cessurum, si in iudicium vocarentur. Vulgo est *vacationes*. Itaque alii legendum putabant: *non vult vacationes et iudiciariam causam* scil. eis deferri. Ernesti malebat *non vero vacationes* etc. *SCHÜTZ*. Ueber *quinos*, was Ernesti einklammerte, s. Ramsh. §. 157, 2. Anmerk. 2, c. Grotef. §. 300. *delaturum*, er wolle sie beim Aerario angeben, empfehlen. *vacatio* = das Freisein, Befreiung von Diensten (militiae od. a militia. S. Philipp. V, 12. Caes. B. G. VI, 13. Liv. VIII, 20. XXVII, 38.) Diese fünf Praefecti sollten nur in dem Falle von Kriegesdiensten frei sein, wenn sie vor Gericht berufen d. i. zur Untersuchung gezogen, verklagt würden. Denn oft bekam Iemand ietzt durch Mifsbrauch bei der Armee den Titel und die Emolumente eines praefecti, ohne Dienste zu thun. S. ad Div. VII, 8. (CXXXIX, 1 am Ende.) ad Attic. V, 21 (CCL, 10.) VI, 1 (CCLII, 2.) Cornel. Nep. Attic. c. 6. Doch könnte man übersetzen: „die Gerichtssachen sollten der Gegenstand sein, wovon sie frei wären;“ indem man zu *vacationis* sich *rem* hinzudächte. So Cicer. de Legg. 1, 4: alicui dare vacationem a causis; Brut. c. 11: vacationem augures, quo minus iudiciis operam darent, non habere. — *cum* = in seiner Gesellschaft, *apud* = bei ihm im Hause als Gast; wie ep. CLXXXIX, 1: *secum et apud se*. — *a. d. XIII. Kal. Iun.*, den 20. Mai. Sic Man. Vict. 2. Bos. Graev. Sch. in Ed. min. XIV. Md. Oxon. 1. 2. Asc. 1. Crat. Vict. i. *XII.* de Malasp. susp. Lamb. *XI.* de Corradi susp. (prob. Ern. Lün.) Sch. in Ed. mai. („Triduum habes, si ipsum XV., quo Tarentum ad Pompeium venit, cum integro XIV. et parte XIII, quo Brundisium proficiscebatur, numeres.“ Bentiv. Recte et ex more Romanorum dies numerandi.) *ORELLI*. Am 22. Mai langte er zu Brundisium an. S. d. folg. Br. im Anf. — *Civem... egregium*, der die besten Gesinnungen für die Republik hegt. — *quae timentur* bezieht sich auf Cäsars Pläne. S. ep. CLXXXV, 3. am Ende. CLXXXVI, 1.

APPIO PULCHRO. S. zu ep. CLXXX.

1. *Q. Fabius*. Md. Vict. 1. *Q. Fabianus*. Puto legendum cum Beng. *Q. Fabius Vergilianus*. *ORELLI*. s. ep. 194. — *non mihi* ich will nicht

universo senatui venerant in mentem, praesidio firmiori opus esse ad istam provinciam. Censebant enim omnes fere, ut in Italia supplementum meis et Bibuli legionibus scriberetur. Id quum Sulpicius consul passurum se negaret, multa nos quidem questi sumus: sed tantus consensus senatus fuit, ut mature proficisceremur, parendum ut fuerit: itaque fecimus. Nunc, quod a te petii literis iis, quas Romae tabellariis tuis dedi, velim tibi curae sit, ut, quae successori coniunctissimo et amicissimo commodare potest is, qui provinciam tradit, ut ea pro nostra consociatissima voluntate cura ac diligentia tua complectare: ut omnes intelligant nec me benevolentiori cuiquam succedere nec te
2 amiciori potuisse provinciam tradere. Ex iis literis, quarum ad me exemplum misisti, quas in senatu recitari voluisti, sic intellexeram, permultos a te milites esse dimissos; sed mihi Fabius idem demonstravit, te id cogitasse facere: sed, quum ipse a te discederet, integrum militum numerum fuisse. Id si ita est, pergratum mihi feceris, si istas exiguas copias, quas habuisti, quam minime imminueris: qua de re senatusconsulta, quae facta sunt, ad te missa esse arbitror. Equidem pro eo, quanti te facio, quidquid feceris, approbabo: sed te quoque confido ea facturum, quae mihi intelliges maxime esse accommodata. Ego C. Pomptinum, legatum meum, Brundisii exspectabam: eumque ante Kalendas Iun. Brundisium venturum arbitrabar. Qui quum venerit, quae primum navigandi nobis facultas data erit, utemur.

---

sagen *od.* nicht etwa mir. Sic Md. Beng. Bos. Mart.-Lag. Sch. Lün. *non modo mihi* Crat. Vict. 1. 2. Lamb. Graev. Ernesti. *Or.* S. Ramsh. §. 181, B, b. u. c. Grotef. §. 340. — *sed.* Lamb. *sed et.* — *praesidio firmiori* cet., dass ein stärkeres Heer zur Beschützung der Provinz Cilicien nöthig sei. S. zu epist. CLXXXVII, 2. — *ut in Italia suppl.* cet., dass man zur Verstärkung der Legionen des Bibulus und der meinigen Werbungen in Italien anordnen und ausschreiben müsse. — *literis iis,* Md. Vict. 1. 2. *his.* — *commodare* zu Gefallen thun. — *ut ea.* Sic Md. Vict. 1. 2. Bened. delev. *ut* ceteri. Aliquoties sic iteratur. *ORELLI.*

2. *ex iis,* Md. *his literis*, Amtsberichte. — *exempl.*, eine Abschrift. — *dimissos,* dass sehr viele Soldaten von Dir den Abschied erhalten hätten. — *pro eo, quanti te facio*, vermöge meiner grossen Achtung gegen Dich. S. Ramsh. §. 109. Grotef. §. 238, 2. — *max. accom.*, das Zuträglichste. — *Pompt.* s. ep. CLXXXVII, 2. — *arbitrabar* = arbitror im Briefstil, was zu *exspectabam* = exspecto am Besten passt. Sic Ern. Mart.-Lag. Sch. Lün. *arbitrabor* Md. a pr. m. *arbitror* Md. a sec. m. Neap. Asc. 1, Vict. 1. 2. Lamb. Graev. Bened. *ORELLI.* — *quae... utemur,* werd ich mit der ersten besten Gelegenheit, mit dem ersten guten Winde von hier absegeln. *ea utemur* Ald. Crat. Lamb. S. Ramsh. §. 159, 3, b.

EPISTOLA CXCII. (ad Div. VIII. 1.)

Scr. Romae circa VIII. Kal. Iun. A. U. C. 703. (a. C. 51.)

Commentarium mittit Caelius rerum urbanarum et excusat se, quod alteri negotium illius colligendi dederit. 1. Addit, de comitiis Transpadanorum esse rumorem, de successione autem Galliarum nihil relatum: de Pompeio cupere se aliquid cognoscere. 2—3. De Caesare varia dissipari. Addit quaedam de Q. Pompeio et Planco Bursa ac de Politicis Ciceronis libris. 4.

CAELIUS CICERONI S.

Quod tibi decedens pollicitus sum me omnes res urbanas diligentissime tibi perscripturum, data opera paravi, qui sic omnia persequeretur, ut verear, ne tibi

---

M. CAELIUS RUFUS, in seiner Iugend den Ausschweifungen ergeben, dann bemüht durch Anklage des C. Antonius, der Cicero's College im Consulate gewesen, und des L. Atratinus sich einiges Ansehen wieder zu verschaffen, aber dafür vom Sohne des Atratinus de vi angeklagt, iedoch von Cicero in der noch vorhandenen Rede vertheidigt (s. das. c. 31.), war in dem Iahre, wo Milo nach Marseille in's Exsil ging, Volkstribun (s. Orat. pr. Milon c. 33. Brut. c. 79) und erhielt die Würde eines Aedilis curulis, als Cicero sich in Cilicien befand. Dieser äusserst leidenschaftliche Mann (iracundissimus bei Senec. de Ira III, 8. Dignus vir, cui et melior mens et vita longior contigisset bei Quintil.) vergötterte anfangs den Caesar, der ihn mit nach Spanien nahm, um daselbst gegen Afranius, Petreius und Varro, die Generale des Pompeius, zu fechten. Bei dem Feldzuge aber gegen diesen in Griechenland liess ihn Cäsar als Praetor peregrinus zu Rom zurück. Erbittert, dass dieser den Trebonius zum Praetor urbanus gemacht und ihm also vorgezogen hatte, nannte er nun die Sache des Cäsars eine causa perdita, womit er es bisher nur aus Hass gegen den Pompeianer Appius und aus Freundschaft zum Caesarianer Curio gehalten habe. Er fing zu Rom so viel Unfug an und störte den Trebonius so boshaft in seiner Amtsführung, dass der Rath ihn seines Amts entsetzte. Cälius, von Rom forteilend, rief ietzt den Milo aus seinem Exsile, um mit ihm gegen Cäsar in Italien zu agiren; aber Milo verlor bei Cosa durch einen Steinwurf von der Mauer sein Leben, dagegen er selbst von den Gallischen und Spanischen Reitern des Cäsars, die er hatte bestechen wollen, zu Thurii ermordet wurde. S. Caes. B. C. III, 20. 21. 22. Dio Cass. 42. 22. Vellei. II, 48 u. 68 u. Schmieder S. 130 ff. Die Briefe ad Div. II, 8 bis 16 sind von Cicero an diesen Cälius, sämmtliche 17 Briefe des VIII. Buchs aber von ihm an Cicero und zwar fast alle zu der Zeit geschrieben, als dieser in Cilicien war; der 15. u. 16. des VIII, und der 16. des II. B. iedoch erst nach dem Ausbruche des Bürgerkriegs und der 17. des VIII. B., als derselbe in Griechenland geführt wurde.

1. *decedens,* Marg. Crat. Manut. Lamb. Ern. Sch. Lün. *decedenti.* Lall. malebat *discedens.* *OR.* — *paravi* hominem *qui... persequeretur*, der Alles so genau und umständlich aufsetzt, aufschreibt.

nimium arguta haec sedulitas videatur. Tametsi tu, scio, quam sis curiosus et quam omnibus peregrinantibus gratum sit minimarum quoque rerum, quae domi gerantur, fieri certiores; tamen in hoc te deprecor, ne meum hoc officium arrogantiae condemnes, quod hunc laborem alteri delegavi: non quin mihi suavissimum sit et occupato et ad literas scribendas, ut tu nosti, pigerrimo tuae memoriae dare operam; sed ipsum volumen, quod tibi misi, facile, ut ego arbitror, me excusat. Nescio cuius otii esset non modo perscribere haec, sed omnino animadvertere: omnia enim sunt ibi senatus consulta, edicta, fabulae, rumores: quod exemplum si forte minus te delectarit, ne
2 molestiam tibi cum impensa mea exhibeam, fac me certiorem. Si quid in re publica maius actum erit, quod isti operarii minus commode persequi possint, et quemadmodum actum sit et quae existimatio secuta quaeque de eo spes sit, diligenter tibi perscribemus. Ut nunc est, nulla magno opere exspectatio est. Nam et illi rumores de comitiis Transpadanorum Cumarum tenus caluerunt: Romam quum venissem, ne tenuissimam quidem auditionem de ea

---

nimium arguta zu sehr in's Kleine, zu weit getrieben. — *Tametsi.* Ramsh. §. 191, 1. Grotef. §. 408 u. 428. — *hoc officium* i. e. ne in hoc officio, quod tibi praestare pollicitus sum, ut te de omnibus rebus certiorem facerem, arrogantiae meae tribuas, quod hunc laborem non ipse susceperim, sed alteri delegarim. Du musst den Umstand, dass ich diese Arbeit einem Andern aufgetragen habe, nicht so nehmen, als ob ich aus Hochmuth sie zu gering für mich hielte. — *non quin... operam*, „oder als ob es mir, der ich freilich sehr beschäftigt und dazu, wie Du weisst, ein ungemein träger Briefschreiber bin, nicht unendlich angenehm wäre, Dein Andenken durch Briefschreiben immer frisch in mir zu erhalten. Ueber *non quin* s. Ramsh. §. 186. Grotef. §. 394. — *volumen* = magnitudo voluminis, die Grösse des Paquets. — *Nescio cuius otii esset* cet. (s. Ramsh. §. 160, I. Not. 2: Grotef. §. 417.) eine mir unbegreifliche Musse gehörte dazu diess Alles nur wahrzunehmen, geschweige niederzuschreiben. Ueber den Genit. *otii* beim Verb. subst. s. Ramsh. §. 108, 3. Grotef. §. 236. über *non modo... sed* Ramsh. §. 181, B. 1. N. Grotef. §. 340. — *quod exemplum*, diese von dem Manne abgelegte Probe. — *ne mol... exhibeam*, damit ich nicht sogar Geld dafür ausgebe, Dir Langeweile zu machen.

2. *operarii*, Tagelöhner, Abschreiber, Schreiber für Geld. — *existimatio*, Urtheil darüber. — *quaeque de eo spes sit*, und was für einen Erfolg man sich davon verspricht. — *perscribemus* nos ipsi. — *ut nunc est* cet., dermalen ist die öffentliche Aufmerksamkeit auf Nichts sonderliches gespannt. — *de comitiis Transpad.* S. ep. 185, 3. am Ende. — *Cumarum tenus caluerunt*, „diese Gerüchte haben sich nur bis Cumae warm erhalten" im Gegens. vom ausgelassenen *sed Romae refrixerunt.* Ueber *tenus* c. Genit. s. Ramsh. §. 115, III, 3. Grotef. §. 271. — *venissem*, redissem. Denn er hatte den Cicero bei dessen Abreise in die Provinz bis Cumae beglei-

re accepi. Praeterea Marcellus, quod adhuc nihil retulit de successione provinciarum Galliarum et in Kalendas Iunias, ut mihi ipse dixit, eam distulit relationem, sanequam eos sermones expressit, qui de eo tum fuerant, quum Romae nos essemus. Tu si Pompeium, ut volebas, offendisti: 3
qui tibi visus sit et quam orationem habuerit tecum quamque ostenderit voluntatem — solet enim aliud sentire et loqui neque tantum valere ingenio, ut non appareat, quid cupiat: — fac mihi perscribas. Quod ad Caesarem, crebri 4
et non belli de eo rumores, sed susurratores dumtaxat, veniunt: alius equitem perdidisse, quod, opinor, certe factum est: alius septimam legionem vapulasse; ipsum apud Bellovacos circumsederi, interclusum ab reliquo exercitu: neque adhuc certi quidquam est, neque haec incerta tamen vulgo iactantur: sed inter paucos, quos tu nosti, palam secreto narrantur: at Domitius, quum manus ad os apposuit. Te a. d. IX. Kal. Iunias subrostrani, (quod illorum capiti

---

tet. — *Marcellus.* Der Antrag dieses Consuls, „dass dem Cäsar noch vor Ablauf des zweiten Quinquennii ein Nachfolger in Gallien sollte geschickt werden," wird hier als noch bevorstehend angekündigt. Bekanntlich beschleunigte dieser Antrag den Ausbruch des Bürgerkrieges. — *provinciarum*, quod e glossa accesserit, Ernest. uncis inclus. Sch. Lün. delev. — *et* nach *nihil* = sed. S. Ramsh. §. 179, B. a. 6. — *expressit*, von Neuem aufgeregt. Lamb. *repressit.* — *fuerant*, Ern. Sch. Lün. *fuerunt.*

3. *offendisti*, „angetroffen hast." Er traf ihn zu Tarent. S. ad Attic. V, 6 (189, 1) und blieb drei Tage bei ihm. S. ad Attic. V, 7 (190, 1). — *qui tibi visus sit*, wie er Dir vorgekommen sei. — *et* nach *aliud* = ac. S. Ramsh. §. 179, B. 4. Grotef. §. 385, Anm. *neque* tamen *tantum* (wie Neap. Lamb.) *valere ingenio, ut* cet., und hat doch nicht Witz genug, dass man seine wahre Gesinnung nicht immer durchscheinen sieht. — *perscribas.* S. ep. CXCIX, 2.

4. *Quod ad Caesarem*, Neap. Lamb. fügen *attinet* hinzu. — *sed susurratores dumtaxat* = susurrationes, wie Andere geben, beides ein ἅπαξ λεγόμ. „Gerüchte, die man sich nur in's Ohr flüstert." Sie waren iedoch übertrieben und veranlassten voreilige Hoffnungen. — *factum est.* Henr. Stephan. susp. *fictum est.* — *vapulasse*, sei niedergehauen. Ueber diess verb. neutrale passiv. s. Ramsh. §. 48 am Ende. Grotef. §. 51. — *Bellovacos* in Gallia Belgica (ietzt Beauvais); s. Hirtius lib. VIII. de Bello Gallico. — *vulgo iact.*, und selbst von diesem Ungewissen wird doch nicht öffentlich gesprochen. — *palam secreto*, ein drollichter Ausdruck = wie ein öffentliches Geheimniss. Sie reden unter sich laut davon, aber in grösster Heimlichkeit. Die *pauci, quos tu nosti*, sind Cäsars Feinde, Bibulus, Cato, Domitius, die Hauptchefs der Optimaten u. senator. Partei gegen die Macht des Cäsars und Pompeius. Letzterer fing iedoch an, ienen in Hinsicht der Zurückberufung des Cäsars aus Gallien ietzt beizutreten. — *at L. Domitius* Ahenobarbus, consularis cet., aber Domitius selbst nicht anders als mit der Hand

sit!) dissiparant perisse: unde [in] urbe ac foro toto maximus rumor fuit te a Q. Pompeio in itinere occisum. Ego, qui scirem, Q. Pompeium Baulis embaeneticam facere et usque eo, ut ego misererer eius esuriei, non sum commotus et hoc mendacio, si qua pericula tibi impenderent, ut defungeremur, optavi. Plancus quidem tuus Ra-

---

vor dem Munde. — *a. d. IX. Kal. Iun.*, am 25. Mai. — *subrostrani*, der niedrigste Pöbel (forensis factio ac turba), der sich unter den Rostris auf dem Foro bei öffentlichen Verhandlungen zuzudrängen pflegte, bei Plaut. Capt. IV, 2, 35. subbasilicani genannt; beides ἅπαξ λεγόμενα. — *quod ill. cap. sit*! was auf ihre eigenen Köpfe zurückfallen möge, quod in illorum caput recidat. Eine Formula averruncandi. — *perisse* scil. te, *unde* [in] *urbe.* Sic scripsi, etsi alia quoque excogitari poterant. v. c. *igitur eo die in urbe; igitur postridie in urbe.* Scil. *perisse ur de urbe* Md. *ita ut in urbe* Vict. 1. 2. Lamb. Ern. Sch. Lün. seq. *fuerit.* *Orelli.* — *Q. Pompeio* Rufo, dem Enkel des Dictators Sulla und vertrautesten Freunde von Clodius. Als Volkstribun hatte er mit seinem Collegen Plancus Bursa gegen Milo und gegen Cicero als dessen Vertheidiger heftig declamirt; er wurde aber mit Bursa nachher aus Rom verbannt, weil der Pöbel durch sie sollte aufgehetzt sein, die Leiche des Clodius nach dem Rathhause zu bringen und es anzuzünden, bei welcher Gelegenheit auch die basilica Porcia in Flammen aufging. S. Sull. c. 19. ad Attic. IV, 16. Quint. Fratr. III, 2. ad Famil. VIII, 1. Pedian. zur Rede pro Milone. Dio Cass. XL. p. 141. — *Baulis* (am Lucrinersee; s. zu ep. CLXXXV, 2 *et infirm. et tam longe*) in Campania. Ibi exsulabat in summa paupertate, qua eum M. Caelius idem, qui ante accusaverat, liberat cogendo matrem Corneliam, ut praedia fidei suae commissa redderet. v. Valer. Max. IV, 2. *ERNESTI*, — *embaeneticam* Vict. u. Corrad. in dem Sinne: Pompeium paupertate et fame coactum navicularìam fecisse; *empeneticam* (πεινητικήν a πεινᾶν) Lamb. Salmas. Tunstall. *schoenobaticam* alii. Allein so arm war Q. Pompeius wohl nicht, dass er sich mit so niedrigen Beschäftigungen hätte forthelfen müssen. „*emeticam* Sch. coni. (Lünem.) optima videtur inter coniecturas adhuc propositas: probatur etiam Passovio in Lex. Graec. ἐμετικός. *ORELLI.* Legendum censeo *emeticam facere*, ut significetur Q. Pompeium solitum esse quotidie vomendo vorandi facultatem moliri, ut cum Celso loquar 1, 3. Sic Caesar ἐμετικὴν agebat ad Attic. VIII. largius edendo vomendi necessitatem arcessens. *SCH.* — *misererer*, da er zuvor sein Ankläger gewesen war. Vid. Perizon. de L. Voconia. p. 141. — *non sum commotus*, wurde dadurch nicht beunruhigt. — *et* = sed... *optavi* wünschte iedoch, dass wir mit dieser Lüge aller Gefahren, die Dir sonst zustossen könnten, quitt oder überhoben sein möchten d. i. dass wir in der Hinsicht mit dieser Lüge abkommen möchten. So Liv. XXVIII, 21: defungi non levi poena, mit keiner leichten Strafe davon kommen; das. II, 35 unius poena; das. X, 29: defunctos consulis fato, indem sie mit dem Tode des Consuls so durchgekommen sind d. i. alle Gefahren überstanden haben; Cic. Verr. III, 16 tribus decumis. — *Plancus* Munatius Bursa (s. ep. CLXXXII, 2. u. hier zu *Q. Pompeio*,) der auch verbannt war. *Ravennae* in Gallia Cispadana unter Cäsars Schutz. — *congiario*, Wartegeld. S. ad Attic. X, 7. XVI, 8. Senec. Benef. II, 16. de

vennae est: et magno congiario donatus a Caesare nec beatus nec bene instructus est. Tui politici libri omnibus vigent.

EPISTOLA CXCIII. (ad Att. V. 8.)

Scr. Brundisii IV. Non. Iun. A. U. C. 703. (a. C. 51.)

Rogat Atticum, ut suspicionem iniuriae Miloni ob quaedam eius bona a Philotimo Terentiae liberto empta factae a se amoveat. 1—3.

CICERO ATTICO S.

Me et incommoda valetudo, qua iam emerseram, utpote quum sine febri laborassem, et Pomptini exspectatio, de quo adhuc ne rumor quidem venerat, tenebat duodecimum iam diem Brundisii: sed cursum exspectabamus. Tu 2
si modo es Romae; — vix enim puto: — sin es, hoc vehementer animadvertas velim. Roma acceperam literas, Milonem meum queri per literas iniuriam meam, quod Philotimus socius esset in bonis suis. Id ego ita fieri volui de C. Duronii sententia; quem et amicissimum Miloni perspexeram et talem virum, qualem tu iudicas, cognoram. Eius autem consilium meumque hoc fuerat: primum, ut in potestate nostra esset res, ne illum malus emptor alienus

---

brevit. vit. 8. Sueton. Vespas. 18. — *nec bene instr.*, noch reicher. — *politici libri*, von der Republik, die er kurz vor seiner Abreise in die Provinz publicirt hatte. S. ep. CXLIX, 2. u. s. f. *omnibus vigent*, werden von Iedermann gelesen und gepriesen.

1. *qua iam.* deren ich bald wieder los wurde. Crat. Lamb. *e qua iam.* Ut nos, Md. Ascens. utraque. Vict. 1. 2. Manut. Bos. Seqq. Sed facile excidit *e.* (*quamquam emersi iam* I. Fr. Gronovii susp.) *Orelli.* — *Pompt.* s. ep. CLXXXVII, 2. — *rumor*, nämlich, dass er im Anzuge sei. — *cursum* = navigandi facultatem am Ende des 191. Briefs.

2. *hoc. veh. animadv. velim*, so bitt' ich Dich angelegentlich, Dem, was ich Dir ietzt melden will, Deine ganze Aufmerksamkeit zu schenken. *sin es* = wofern Du aber da bist, im Gegens. von *vix enim puto.* Denn Attikus wollte nach Epirus reisen. — *literas* regirt als Substantiv. nuntiandi den folg. Accus. c. infin., *Milonem m. queri.* — *per literas* de Ern. susp. delev. Schütz. „At queri poterat per aliquem familiarem." Bentiv. *Or.* — *quod Philot.* cet., dass Philotimus (ein Freigelassener der Terentia und Cicero's Agent in ökonomischen Geschäften) mit den Käufern seiner Güter in Gesellschaft stehe. — *de C. Duronii sent.*, auf Anrathen des C. Duronius. — *consilium*, Absicht dabei. — *malus emptor alienus*, ein ihm übelwollender oder wildfremder Käufer. Cum Cdd. Lamb. Vict. 2. Bos. Ern. probante Spengel in Seebode *N. Archiv* 3. 4. p. 105. *emptor et alienus* Cd. Urs. (Oxon. 1.) (non decurtatus, ut ait Bentiv.) Graev. Sch. Lün. Bentiv. *emptor alienis* Md. Oxon. 2. Asc. 1. Crat. Vict. 1. *OR.* Mehre Adiectiva finden sich bei ei-

mancipiis, quae permulta secum habet, spoliaret: deinde, ut Faustae, cui cautum ille [esse] voluisset, ratum esset. Erat etiam illud, ut ipsi nos, si quid servari posset, quam
3 facillime servaremus. Nunc rem totam perspicias velim. Nobis enim scribuntur saepe maiora. Sed si ille queritur, si scribit ad amicos, si idem Fausta vult, Philotimus, ut ego ei coram dixeram mihique ille receperat, ne sit invito Milone in bonis. Nihil nobis fuerit tanti. Sin haec leviora sunt, tu iudicabis. Loquêre cum Duronio. Scripsi etiam ad Camillum, ad Lamiam: eoque magis, quod non confidebam Romae te esse. Summa erit haec: statues, ut ex fide, fama reque mea videbitur.

---

nem Subst. ohne und mit *et*. S. Ramsh. §. 152, b. c. — *secum* nempe Massiliae, ubi Milo exsulabat. *SCH.* Die Sclaven machten einen integrirenden Theil der erstandenen Güter aus, die also ein schlimmer Käufer dem Milo zu Marseille abfordern konnte, so dass er sie von daher abholen liess. — *cui cautum* Milo volebat de dote. „sodann, damit Fausta, die er für ihre Mitgift gesichert wissen wollte, dieserwegen Nichts zu befürchten hätte.“ Die von Philotimus in der Milonischen Auction erstandenen Güter mussten sehr beträchtlich sein, wenn Milo's Gemahlinn, die reiche Tochter des Sulla, Sicherheit für ihr grosses Vermögen darin finden sollte, dass nicht Philotimus sondern Cicero selbst der wahre Käufer sei. Omis. [*esse*] Amb. 16. Ern. uncis inclus. delev. Sch. Lünem. *ORELLI.* — *Erat et. illud*, auch hatte ich Das dabei, dass u. s. w. Zur Sache vgl. ep. CCIV, 2.

3. *rem totam perspic. vel.*, nun wünschte ich, dass Du der ganzen Sache auf den Grund zu kommen suchen möchtest. — *maiora*, Mehr als wahr ist. — *scribit* hac de re. — *idem*, quod Milo. — *Philotimus ne sit... in bonis*, so soll Philotimus nicht wider Milo's Willen im Besitz der erstandenen Güter bleiben. — *mihi... receperat*, mir zugesagt hatte. — *fuerit tanti*, um diesen Preis wären sie mir zu theuer. Sic Ascens. 1531, ut volebat Graevius in Add. *fuerat* Cett. — *leviora*, eine Sache von zu geringer Erheblichkeit. — *tu iudicabis*, so überlasse ich Deiner Beurtheilung, Was zu thun sein möge. — *Loquêre* Futurum esse significavit Lamb. *Or.* und diess statt des Imperat. — *Scripsi* hac de re. — *Camillum*, einen Rechtsgelehrten und Freund Cicero's. S. ad Attic. VI, 2. XI, 16. 23. XIII, 33. ad Famil. V, 20. IX. 20. XIV, 5. 14. Fuit curiosus in rebus novis perquirendis et iuris praediatorii peritus. — *Lamiam*. Vermuthlich war es der Römische Ritter L. Aelius Lamia, der nach verwalteter Aedilitas plebis die Prätur unter dem Consulate des Antonius und Dolabella bekleidete. S. ad Famil. XI, 16. 17. XII, 29. ad Attic. XIII, 45. Senat. p. Red. 5. Sext. 3. Plin. VII, 52. Valer. Max. 1, 8. — *Summa erit haec*, Alles wird darauf hinauslaufen; Bestimme Dich für Das, was Dir meiner Redlichkeit, meiner Ehre und meinem Interesse am Angemessensten (*ex*) scheinet. Ueber *ex* = gemäss s. Ramsh. §. 150, 1, c.

EPISTOLA CXCIV. (ad Div. III. 4.)

Scr. Brundisii Non. Iun. A. U. C. 703. (a. C. 51.)

Exspectari a se scribit Clodium cum Appii mandatis eique studium et officia pollicetur. 1—2.

CICERO S. D. APPIO PULCHRO.

Pridie Nonas Iun., quum essem Brundisii, literas tuas accepi: quibus erat scriptum te L. Clodio mandasse, quae illum mecum loqui velles. Eum sane exspectabam, ut ea, quae a te afferret, quam primum cognoscerem. Meum studium erga te et officium, tametsi multis iam rebus spero tibi esse cognitum, tamen in iis maxime declarabo, quibus plurimum significare potuero, tuam mihi existimationem et dignitatem carissimam esse. Mihi et Q. Fabius Vergilianus et C. Flaccus, Lucii filius, et diligentissime M. Octavius, Cnaei filius, demonstravit me a te plurimi fieri: quod egomet multis argumentis iam antea iudicaram maximeque illo LIBRO AUGURALI, quem ad me amantissime scriptum suavissimum misisti. Mea in te omnia summa necessitudi- 2
nis officia constabunt. Nam quum te ipsum, ex quo tempore tu me diligere coepisti, quotidie pluris feci: tum ac-

---

APPIO PULCHRO. S. zu ep. CLXXX.

1. *Prid. Non. Iun.*, am 3. Iunius. — *quibus*, Lamb. *in quibus.* — *L. Clodio*, einem Legaten oder Präfectus fabrûm des Cicero und nahen Verwandten des Appius. — *exspectabam* = exspecto im Briefstil. — *studium*, Ergebenheit; *officium*, Dienstbeflissenheit. — *in iis*, Md. Vict. 1. 2. *in his*, Mart.-Lag. *iis. OR.* „bei solchen Gelegenheiten." — *declar.*, ich werde zu Tage legen. — *signif.*, beweisen. — *potuero.* Sic Md. Crat. Vict. 2. Lamb. Graev. *potero* Vict. 1. Ern. Bened. Mart.-Lag. Sch. Lün. *ORELLI.* — *existim.*, die öffentliche Meinung von Dir. — *Q. Fabius Vergilianus*, legatus Appii Pulchri in Cilicia, Pompeianus. Vid. ep, CXCI, 1. ad Attic. VIII, 11. — *C. Flaccus L. F.* fuit de cohorte Appii Pulchri in Cilicia, certe summus eius amicus et familiaris. Itaque ep. 11, (CCLXV) dicitur curasse, ut testes mercenarii in Appium a suis civitatibus notarentur. *ERN. M. Octavius*, Cn. F. M. N. Appii Pulchri legatus aut praefectus. Famil. VIII, 2 petit aedilitatem cum Caelio, minime gratiosus fuit. Attic. V, 21. aedilis curulis, M. Marcello et Servio Sulpicio Coss. Das Betragen seines Vaters in seiner Proprätur in Macedonien empfahl Cicero seinem Bruder Quintus zum Muster. S. ad Quint. Fr. 1, 1, 21. 2, 7. — *illo LIBRO AUGURALI* de augurum disciplina scripto. S. zu ep. CLXXX, 1. CCXLIX, 3. u. CCLXV, 4. u. Festus. — *ad me... scriptum.* Appius hatte das erste Buch seines grofsen Werks über die Augurien seinem Collegen Cicero zugeeignet, was dieser als einen besonderen Beweis aufrichtiger Aussöhnung und Freundschaft ansah. *quem ad me, suavissime scriptum, amant. misisti* Mart.-Lag. Sch. Lün. contra Md. *ORELLI.*

2. *summa* Manut. *summae.* — *coniunct. nec. t.* die Verwandt-

cesserunt etiam coniunctiones necessariorum tuorum. Duo enim duarum aetatum plurimi facio, Cn. Pompeium, filiae tuae socerum, et M. Brutum, generum tuum: collegiique coniunctio, praesertim tam honorifice a te approbata, non mediocre vinculum mihi quidem attulisse videtur ad voluntates nostras copulandas. Sed et, si Clodium convenero, ex illius sermone ad te scribam plura et ipse operam dabo, te ut quam primum videam. Quod scribis tibi manendi causam eam fuisse, ut me convenires, id mihi, ne mentiar, est gratum.

EPISTOLA CXCV. (ad Att. V. 9.)

Scr. vel Actii vel alio loco inter Actium et Athenas in itinere circa XV. Kal. Quintil. A. U. C. 703. (a. C. 51.)

Scribit se, postquam Actium venerit, pedestri itinere Athenas proficisci; et rogat Atticum, ut diligenter curet, ne proconsulatus annus prorogetur. 1—3.

CICERO ATTICO S.

Actium venimus a. d. XVII. Kal. Quint., quum quidem et Corcyrae et Sybotis muneribus tuis, quae et Areus et

---

schaft des Appius mit Pompeius u. Brutus trat als eine Verstärkung der Freundschaft des Cicero gegen Appius hinzu. — *Duo enim duarum* (*diversarum* de Schütz. coni. Lün.) *aetatum* cet. „Denn zwei von zweierlei Alter schätz' ich sehr hoch u. s. w." Pompeius alterte schon u. M. Iunius Brutus war ein Iüngling. — *socerum* als Vater des Cn. Pompeius. Denn der andere Sohn des Pom-Pompeius, Sextus, hatte Libo's Tochter zur Gemahlinn. S. Dio a. a. O. — *generum.* M. Iunius Brutus (Cäsar's Mörder) schied sich nachher von der Tochter des Appius und heirathete die Porcia, eine Tochter seines mütterlichen Onkels, des Cato Uticensis. S. ad Attic. II, 24 (L, 2.) V, 20 (CCXXVIII.) VI, 1. 3. (CCLIII. u. CCLXIV). — *collegii coniunctio.* Cicero war an die Stelle des im Parthischen Kriege umgekommenen iüngern Crassus in das Collegium der augures aufgenommen. — *ad vol. n. copul.*, unsere Gemüthsverbindung nach fester zu knüpfen. — *si Clod.* (s. §. 1.) *conv.*, wenn ich ihn nach seiner Ankunft werde gesprochen haben. Sic Md. Vict. 1. Graev. Seqq. cfr. Goerenz *Acad.* 2. *p.* 93. *Sed si* Vict. 2. Lamb. *ORELLI.* — *ex* = gemäss. — *manendi* in provincia. — *ne mentiar*, aufrichtig zu reden. Man sieht, dass Cicero dem Appius auf eine artige Weise zu verstehen geben will; sein eigenmächtiges Zurückbleiben in der Provinz, worin er Nichts mehr zu schaffen hatte, sei ihm nicht angenehm." Wozu also die Verbesserung *vehementer* statt *ne mentiar?*

1. *Actium*, eine Stadt am Akarnanischen Vorgebirge gleiches Namens, berühmt durch den entscheidenden Sieg des Cäsar Octavianus über Antonius u. Cleopatra im I. R. 723. — *a. d. XVII. Kal. Quint.*, am 16. Iunius. — *Sybotis*, einer Gruppe kleiner Inseln zwischen Corcyra (Corfu) und Actium, die so nahe beisammen lagen, dass sie nur für eine gerechnet wurden. — *muneribus tuis*, nempe

meus amicus Eutychides opipare et φιλοπροςηνέστατα nobis congesserant, epulati essemus Saliarem in modum. Actio maluimus iter facere pedibus, qui incommodissime navigassemus: et Leucatam flectere molestum videbatur. Actuariis autem minutis Patras accedere sine his impedimentis non satis visum est decorum. Ego, ut saepe tu me currentem hortatus es, quotidie meditor, praecipio meis, faciam denique, ut summa modestia et summa abstinentia munus hoc extraordinarium traducamus. Parthus, velim, quiescat
et fortuna nos iuvet: nostra praestabimus. Tu, quaeso, 2
quid agas, ubi quoque tempore futurus sis, quales res nostras Romae reliqueris; maxime d. xx. et DCCC., cura, ut sciamus. Id unis diligenter literis datis, quae ad me utique perferantur, consequere. Illud tamen — quoniam nunc abes, quum id non agitur: aderis autem ad tempus, ut mihi rescripsisti — memento curare per te et per omnes nostros, in primis per Hortensium, ut annus noster maneat

---

cibariis varii generis et vinis, quae Areus et Eutychides, Attici liberti, qui eius res Corcyrae et Sybotis agebant, eius nomine ad Ciceronem detulerant. — *opip. et φιλοπροςην.*, auf's herrlichste und reichlichste. — *Saliarem in modum*, auf Saliarisch, ganz Saliarisch; sprichwörtlich um ein übermässiges Gastmahl scherzhaft zu bezeichnen. Bekanntlich wurde den Priestern des Mars, den Saliis, nach Beendigung ihres von Numa eingeführten Feierzuges am 1. März ein prächtiger Schmaus auf Kosten des Staats gegeben, wobei sie es sich wohl schmecken liessen. — *iter* scil. Athenas. — *qui* = quippe qui, da unsere Ueberfahrt von Brundisi höchst beschwerlich gewesen war. — *Leucatam flectere*, das Vorgebirge Leucate zu umsegeln. *flectere*, = se, navem flectere circa Leucaten. So absolut *flectendis promontoriis* ad Divers. II, 45. *Leucate*, jetzt capo Ducato, auf der Halbinsel Leucadia, wo Sappho sich ins Meer stürzte. — *Actuariis minutis*, in kleinen Böten, Iagdschiffen. — *Patras*, bei Paträ (Patrasso,) dem Hauptwaffen- und Handelsplatze der Römer in Achaia, anzulegen (accedere.) *sine his* (*iis* Asc. 1. 2. Vict. 1. omis. *his* Cd. Urs. Oxon. 1. Crat.) *impedimentis* i. e. lictoribus et aliis, quae ad pompam proconsulis pertinerent, et ad dignam speciem eius. *ERNESTI.* — *currentem*, bei meiner Abreise. — *faciam*, und werde es dahin bringen, efficiam. — *extraordinarium*, quia haec provinciae administratio ei non ex consulatu, sed multo post iniuncta erat. *SCH.* S. zu ep. CLXXXIII, im Anf. — *traducamus* bezieht sich mit auf Cicero's sämmtliche Unterbeamte, Dienerschaft u. s. w. Vgl. ad Q. Fratr. 1, 1. — *nostra praestabimus*, für Alles, was von mir abhängt, steh' ich. *nos nostra* Casaub. et Graevii susp. *nos cetera pr.* altera Casaub. susp. *OR.*

2. *de xx. et DCCC.*, wie es mit den 820,000 Sestertien steht; ob sie schon an Cäsar bezahlt sind. S. ep. CLXXXIV, 2. CLXXXVII, 3 u. CLXXXVIII, 2. — *diligenter*, ausführlich. — *utique*, unfehlbar. — *aderis* Romae. — *ad tempus*, zu rechter Zeit. — *ut annus... statu*, dass es bei meinem einzigen Proconsulatsiahre

suo statu, ne quid novi decernatur. Hoc tibi ita mando, ut dubitem, an etiam te rogem, ut pugnes, ne intercaletur. Sed non audeo tibi omnia onera imponere. Annum qui-
3 dem utique teneto. Cicero meus, modestissimus et suavissimus puer, tibi salutem dicit. Dionysium semper equidem, ut scis, dilexi: sed quotidie pluris facio, et mehercule in primis, quod te amat nec tui mentionem intermitti sinit.

EPISTOLA CXCVI. (ad Att. V. 10.)

Scr. Athenis III. Kal. Quint. A. U. C. 703. (a. C. 51.)

Narrat se multum Athenis de Attico cogitasse ibique suaviter vixisse; suam in proconsulatu abstinentiam testatur, muneris molestiam queritur. 1—5.

CICERO ATTICO S.

Ut Athenas a. d. VII. Kal. Quint. veneram, exspectabam ibi iam quartum diem Pomptinum: neque de eius adventu certi quidquam habebam: eram autem totus, crede mihi, tecum: et quamquam sine his per me ipse, tamen acrius vestigiis tuis monitus de te cogitabam. Quid quae-
2 ris? Non mehercule alius ullus sermo, nisi de te. Sed tu

---

verbleibe. S. CLXXXIII, 2. decursus mei temporis. CLXXXIV, 1: ne quid novi decernatur (dass Nichts neues verfügt werde;) ut hoc nostrum desiderium ne plus sit annuum. CLXXXV, 1: ne pateretur... prorogari nobis provincias. — *ita*, so dringend. — *ut dub... pugnes*, dafs ich anstehe, ob ich Dich nicht sogar bitten solle, Dich mit aller Gewalt dagegen zu setzen. Ueber *an* nach *dubito* s. Ramsh. §. 174, 2. Not. 3. Grotef. §. 345. — *ne intercaletur* scil. ne anno meo ex intercalatione aliquot dies accedant. cf. ep. CXCIX, 3. Die Operation, nach Numa's Verordnung alle zwei Iahre einen Schaltmonath einzuschalten, war der Willkühr der Pontifices überlassen, bis Iulius Cäsar seinen neuen Kalender einführte. S. Adam's Handb. der Röm. Alterth. II. Bd. S. 1—4. — *annum* meum *utique teneto*, aber wenigstens darauf bestehe, dass ich nur ein Iahr Proconsul bleibe. —

3. *Dionysium.* S. zu ep. CLXXXVI, 3. — *tui mentionem intermitti*, dass unser Andenken an Dich einschlummere; dafs Deiner nicht in iedem Augenblicke gedacht werde.

1. *Ut* = sobald als, seit dem Augenblicke, wo. S. Ramsh. §. 189, IV. Zumpt. §. 506. — *a. d. VII.* (*XV.* Md. Asc. 1. Crat. Vict. 1. 2.) *Kal Quint.* am 24. Iunius. — *vener.*, *exsp.* u. s. f. Ueber das Temp. der Verba in Briefen s. Ramsh. 164. III, 2. Anm. 2. Grotef. §. 177. — *Pompt.*, s. ep. CLXXXVII, 2. — *sine his* (*iis* Asc. 1. Crat. Vict. 1. Lamb.) tuis vestigiis i. e. sine locis iis in urbe, in quibus tu versari solitus esses. — *per me ipse* de te cogito. — *Quid quaeris?* = mit einem Wort. S. Ramsh. §. 174, 1. N. 5.

2. *Adhuc... comitum.* Bis ietzt hab' ich auf meiner ganzen

aliquid de me scire fortasse mavis. Haec sunt. Adhuc sumptus nec in me aut publice aut privatim nec in quemquam comitum. Nihil accipitur lege Iulia, nihil ab hospite. Persuasum est omnibus meis serviendum esse famae meae. Belle adhuc. Hoc animadversum Graecorum laude et multo sermone celebratur. Quod superest, elaboratur in hoc a me, sicut tibi sensi placere. Sed haec tum laudemus, quum erunt perorata. Reliqua sunt eiusmodi, ut 3
meum consilium saepe reprehendam, quod non aliqua ratione ex hoc negotio emerserim. O rem minime aptam meis moribus! O illud verum, ἔρδοι τις! Dices, quid adhuc? Nondum enim in negotio versaris. Nescio; et puto molestiora restare: etsi haec ipsa fero equidem fronte et vultu bellissime; sed angor intimis sensibus: ita multa vel iracunde vel insolenter vel in omni genere stultitiae insulse, arroganter et dicuntur et tacentur quotidie. Quae, non quo te celem, non perscribo: sed quia δυςεξίλλητα sunt.

Reise weder für mich noch für irgend Einen meines Gefolges dem Staate oder einer Privatperson die geringsten Kosten verursacht. — *lege Iulia*, „wir nehmen nicht einmal Etwas von Dem, was wir nach dem Iulischen Gesetze fordern könnten; auch Nichts von unsern Wirthen.“ Nach diesem vom Iulius Cäsar, als er zum ersten Male Consul war, gegebenen Gesetze sollten die Provinzen den durchreisenden Statthaltern und den zu ihrem Gefolge gehörigen Personen u. s. w. sonst Nichts als das benöthigte Holz, Salz, Heu für die Pferde u. s. w. unentgeltlich zu liefern haben. — *ab hospite.* Publice enim hospitia magistratibus in provincias proficiscentibus dabantur, quum hospes cuique suus assignaretur; sed Cicero sumptum ubique fecit de suo; accipi ab hospitibus vetuit. *MANUTIUS.* — *Persuasum ... meae,* alle meine Leute haben sich's zur Regel gemacht, meinem guten Ruf diefs Opfer zu bringen. *WIELAND.* — *Belle adhuc*, in so weit geht es bis ietzt gut. — *Quod superest* = kurz. — *placere.* vergl. d. vorig. Brief: ut saepe tu me currentem hortatus es. — *perorata* metaphorice i. q. quum de provincia decessero. *SCH.*, wann Alles vorbei sein wird.

3. *ex hoc negotio*, aus dieser Last, eine Provinz zu verwalten. — *minime aptam.* Nam clitellae bovi sunt impositae. Vid. ep. CCVII, 3. *Corrad.* — *o illud v.*, o! wie wahr ist Das, was iener Dichter sagt. Sic Vict. 1. ut Ep. ad Att. V. 11 *si verum illud est;* et ubi non? *illum* Cett. *ORELLI.* — ἔρδοι τις ἥν ἕκαστος εἰδείη τέχνην, „ein Ieder treibe nur die Kunst, die er versteht,“ Der 1422. Vers aus Aristoph. Vesp., wovon Cicero nach seiner Gewohnheit nur die zwei ersten Worte anführt. Vgl. Tusc. Disp. 1, 18. u. das. Moser. *Dices, quid adhuc*, sagen wirst Du: wie kannst Du ietzt schon so sprechen u. s. w.?“ — *Nescio*, freilich weis ich Nichts darauf zu antworten. *Scio* Sch. Lün. tacite. *OR.* — — *et dicuntur* nempe a comitibus meis. *SCH.* Er meint die iungen Herrn seines Proconsularischen Gefolges. — *et tacentur* scil. a me, mussitantur, devorantur. *Sch.* — *non quo te celem*, nicht um Dir Etwas vorzuenthalten. Ueber *quo* s. Ramsh. p. 186. Grotef. §. 394. — δυςεξίλλητα. Sic cod. decurt. Ducunt. a v. ἐξίλλω, *evolvo, explico.* Malim tamen: δυςεξέλικτα. De Bos. coni. Graev. Ern.

Itaque admirabere meam *βαθύτητα*, quum salvi redierimus: tanta mihi *μελέτη* huius virtutis datur. Ergo haec quoque
4 hactenus. Etsi mihi nihil erat propositum ad scribendum; quia, quid ageres, ubi terrarum esses, ne suspicabar quidem: nec hercule unquam tam diu ignarus rerum mearum fui; quid de Caesaris, quid de Milonis nominibus actum sit: ac non modo nemo, sed ne rumor quidem quisquam, ut sciremus, in re publica quid ageretur. Quare si quid erit, quod scias de iis rebus, quas putabis scire me velle, per mihi gratum erit, si id curaris ad me perferendum. Quid
5 est praeterea? Nihil sane nisi illud: valde me Athenae delectarunt: urbs dumtaxat et urbis ornamentum et hominum amores in te et in nos quaedam benevolentia. Sed multum et philosophia. *Ἄνω κάτω*. Si quid est, est

---

Sch. Lün. *δυςεξίμητα*. *ORELLI*. i. e. res non sine difficultate ex profundo tanquam ex puteo protrahendae. Cicero igitur ait istas comitum suorum ineptias et insolentias, quibus ipse intimis sensibus angatur, eiusmodi esse, ut eas aegre expromere possit, quod se ea referre pigeat ac poeniteat. *SCH*. — *meam βαθύτητα*, die Zurückhaltung, die ich dabei gewonnen und erlernt habe; summam taciturnitatem et prudentiam in ferendo. — *μελέτη*, meditatio; so viel Gelegenheit wird mir gegeben, ein ganz besonderes Studium aus dieser Tugend zu machen.

4. *Ergo haec quoque hactenus. Etsi*. Sensus: „Verum de his rebus dicendi hic finem faciam. Etsi" (Gleichwohl) omnino nihil habebam, de quo praeterea ad te scriberem. *Sch*. Ueber das Anatapodoton s. Grotef. §. 442. Ramsh. §. 206, B. 6, c. *ubi terrarum*. S. Ramsh. §. 115, III, 1. Grotef. §. 232. Zumpt §. 434. — *quid... actum sit*, ich weis nicht, was in Hinsicht meiner Schuld an Cäsar, an Milo geschehen sei." Cicero erinnert den Attikus an Das, wovon ep. 184, 2. 187, 3. 188, 2. 189, 2. 195, 2. u. in Hinsicht des Milo ep. 193, 2. 3. die Rede war. — *ac*. Asc. sec. Crat. *hoc* i. e. *huc*, ut vidit Corradus. *OR*. — *quisquam* scil. venit. — *ageretur*. Md. a pr. m. *gerretur* (sic) i. e. *gereretur*. Graev. *OR*. — *de iis*. Asc. 1. Crat. Vict. 1. Lamb. *de his*. — *per... gratum*. Figura Tmesis. S. Ramsh. §. 206, B. 2. 218, B. II, 4. — *curaris... perfer*. S. Ramsh. §. 171, II, A, 3. Zumpt §. 653. Grotef. §. 323, b.

5. *dumtaxat*, wenigstens die Stadt selbst. — *ornamentum*. de Ern. susp. Sch. Lün. *ornamenta*. Sed dictum est, ut alibi *ornamentum fori, scenae, σχῆμα*. — *philosophia* ibi me delectavit. — *Ἄνω κάτω*. Locum difficillimum sic constitui partim cum Tunstallo p. 125. Sententia haec erit: veluti Attico tribuuntur ista: *sed multum et philosophia* Atheniensis te (Ciceronem) delectet necesse est. Respondet Marcus: „*Ἄνω κάτω*· multum in ea est confusionis ac vanae disputationis. Si quid sobriae ac verae philosophiae etiam nunc restat Athenis, est in Aristo." Sic Cod. Decurt. Pro Graecis *sursum deorsum* Md. Oxon. 1. 2. Asc. 1. et ex altera familia Cd. Crusellin. Bos. et Tornaes. Lamb. et Bosii. *Ceteri* (praet. Lamb.) *Ἄνω κάτω si quid est* h. e. si philosophia Academica viget, viget in Aristo. *ORELLI*. Academicorum philosophia appellatur *ἄνω κάτω*, quoniam in utramque partem de omnibus rebus

in Aristo, apud quem eram. Nam Xenonem tuum vel nostrum potius Quinto concesseram: et tamen propter vicinitatem totos dies simul eramus invicem. Quum primum poteris, tua consilia ad me scribas; ut sciam, quid agas, ubi quoque *tempore* et maxime quando Romae futurus sis.

EPISTOLA CXCVII. (ad Div. XIII. 1.)

Scr. Athenis circa Kal. Quintil. A. U. C. 703. (a. C. 51.)

A Memmio, qui damnatus lege de ambitu Athenis exsulabat, pridie autem, quam Cicero Athenas veniret, Mytilenas discesserat, petit, ut in gratiam cum Patrone Epicureo redeat eique ut parietinas aedium, in quibus olim Epicurus habitaverat, concedat. 1—7.

M. CICERO S. D. C. MEMMIO.

Etsi non satis mihi constiterat, cum aliquane animi mei molestia, an potius lubenter te Athenis visurus essem, quod iniuria, quam accepisti, dolore me afficeret; sapientia tua, qua fers iniuriam, laetitiâ: tamen vidisse te mallem. Nam, quod est molestiae, non sane multo levius est, quum te non video: quod esse potuit voluptatis, certe, si vidissem te, plus fuisset. Itaque non dubitabo dare operam, ut te videam, quum id satis commode facere potero.

---

disputant, nihil certi affirmant. Itaque ad Attic. XIII, 23 ait: O Academiam volaticam et sui similem, modo huc modo illuc. *SCH.* „Die Philosophie, von welcher Alles, was von oben herab (aus Plato's Schule) noch übrig sein mag, in Aristus anzutreffen ist.“ *WIEL. Aristus* war ein akademischer Philosoph u. Bruder des Antiochus. S. Brut. c. 97, wo er ihn *haeredem veteris Academiae,* hospitem et familiarem suum nennt; c. 91. c. 31. c. 40. Tuscul. Disput. V, 8. Acadd. 1, 3. — *ap. q. eram,* bei dem ich wohnte. Vgl. de Orat. 1, 18, 82. — *Xenonem,* Epicureum philosophum, qui et ab Attico *Epicureo* et a Cicerone diligebatur. Hinc *tuum.* Vid. ep. CXCVIII, 6. et CCLXXXIV, 1. — *Quinto* fratri et legato meo. — *tempore,* wie ep. CXCV, 2. Sic iam Crat. ut volebat Ern. deditque Sch. Lün. (*ubi quoque tempore Romae futurus sis* Lamb.) omis. *tempore* Cdd. noti. Edd. meae ante Crat. Tum Vict. 1. 2. Man. Bos. Graev. Ern. Bent. *quoque maxime* Md. Facile caremus v. *et. ORELLI.*

C. *MEMMIO.* S. ad Attic. IV, 18 (CLVII. 16. (CXLIX.) Er wurde vom Q. Curtius de ambitu verklagt und verurtheilt ging er nach Athen in's Exsil. ad Quint. Fratr. III, 2 (CLI.) ad Attic. VI, 1. (CCLII). Vergl. den folg. Brief §. 6.

1. *Etsi non... constiterat,* aliquid certi statueram, obgleich ich mit mir darüber nicht einig (d. i. zweifelhaft) war. — *iniuria,* Kränkung, welche Dir widerfuhr. Wie Cicero eigentlich darüber dachte, ergibt sich aus ep. CLI. — [*tamen vid. te mallem,* so wollte ich doch lieber, ich hätte Dich gesehen, zu Athen getroffen. — *videam* in Ciliciam proficiscens.

Interea, quod per literas et agi tecum et, ut arbitror, con-
2 fici potest, agam. Nunc a te illud primum rogabo, ne quid invitus mea causa facias: sed id, quod mea intelliges, tua nullam in partem multum interesse, ita mihi des, si tibi, ut id libenter facias, ante persuaseris. Cum Patrone Epicurio mihi omnia sunt: nisi quod in philosophia vehementer ab eo dissentio. Sed et initio Romae, quum te quoque et tuos omnes observabat, me coluit in primis: et nuper, quum ea, quae voluit, de suis commodis et praemiis consecutus est, me habuit suorum defensorum et amicorum fere principem: et iam a Phaedro, qui nobis, quum pueri essemus, antequam Philonem cognovimus, valde, ut philosophus, postea tamen, ut vir bonus et suavis et officiosus probabatur, traditus mihi commendatusque est. Is
3 igitur Patro, quum ad me Romam literas misisset, uti te

2. *Nunc a te.* Sic Cdd. multi. (Bas. Lips.) Crat. Vict. 2. Bened. *agam nunc. Ac te illud* Vict. 1. Graev. Ern. (de Md. nondum satis constat; etsi sic habere videtur ex collat. mea.) *agam. Nunc te illud* Lamb. *agam. Ac te illud* Sch. Lün. *ORELLI.* — *interesse.* Lall. e Cdd. Regg. *quod intelliges tua nullam in partem, mea multum interesse.* S. Ramsh. §. 114. Grotef. §. 240. — *Epicurio.* Sic Md. Vict. 2. = *Epicureio* Vict. 1. = *Epicureo* Cett. *OR.* Vgl. Moser zu Tuscul. Disp. 1, 17 am Ende. Dem Epicureer Patro (s. ad Attic. V, 11. 19. VII, 2. ad Quint. Fratr. II, 4.) hatte der Epikureer Phàdrus vor seinem Ende durch ein ihm abgenommenes feierliches Versprechen die Sorge für die Aufrechthaltung und für das Interesse ihrer Schule zur Pflicht gemacht. Dieser hielt sich desshalb sowohl für berechtigt als für verbunden für die Erhaltung der Trümmer des ehemaligen Wohnhauses ihres *Stifters* zu kämpfen, sogar mit Gefahr sich die Ungnade eines Römischen grofsen Herrn, wie Memmius war, auf den Hals zu laden. — *omnia sunt* = summa coniunctio inter nos, ich stehe mit... in Allem auf den freundschaftlichsten Fufs. *omnia communia* Crat. Lamb. — *dissentio* ut Academicus. — *observabat,* fleifsig seine Aufwartung machte. — *de suis commodis et praemiis* mufs sich auf gewisse Vortheile und Belohnungen beziehen, die ihm als einem Chef der Epikurischen Schule zukamen, aber zu Athen versagt waren: wesshalb er sich an den Römischen Senat gewandt hatte, wo bes. Cicero sich für ihn verwandte. — *a Phaedro.* S. ad Attic. XIII, 37. de Finibb. V, 1. de Nat. Deor. 1, 33. Philipp. V, 5. Sein Sohn hiess Lysiades. Man verwechsele ihn nicht mit dem Lieblinge des Plato, nach welchem er einen seiner Dialoge benannte. S. Laërt. III, 29. de Orat. 1, 7. Orat. 4. 12. Finibb. II, 2. Tuscul. 1, 23. Div. 1, 37. Legg. II, 3. — *antequam Philonem cognovimus.* Cicero enim ait sibi adolescenti Phaedrum Epicureum magnum philosophum esse visum, antequam Philonem Academicum cognoverit, quem scilicet subtilitate philosophandi illo multo superiorem iudicaverit. *SCH.* *Philo* Larissaeus Clitomachi auditor, post Academiae quartae princeps Mithridatico bello cum optimatibus Atheniensium domo fugit et Romam venit et Ciceronem, cui valde probatus erat, auditorem habuit. Vid. Acad. pr. II, 4. 6. Brut. 89. de Nat. Deor. 1, 3. 40. Tuscul. II, 3. 110. V, 37. Acad. post. 1, 4. Plutarch. in vit. Lucull.

sibi placarem peteremque, ut nescio quid illud Epicuri parietinarum sibi concederes: nihil scripsi ad te ob eam rem, quod aedificationis tuae consilium commendatione mea nolebam impediri. Idem, ut veni Athenas, quum idem ut ad te scriberem rogasset, ob eam causam impetravit, quod te abiecisse illam aedificationem constabat inter omnes amicos tuos. Quod si ita est et si iam tua plane 4
nihil interest, velim, si qua offensiuncula facta est animi tui perversitate aliquorum — novi enim gentem illam — des te ad lenitatem vel propter *tuam* summam humanitatem vel etiam honoris mei causa. Equidem, si, quid ipse sentiam, quaeris, nec, cur ille tanto opere contendat, video, nec cur tu repugnes: nisi tamen multo minus tibi concedi potest quam illi, laborare sine causa. Quamquam Patronis et orationem et causam tibi cognitam esse certo scio. Honorem, officium, testamentorum ius, Epicuri auctoritatem,

---

et Cicer. *ERN.* *commendatusque.* Sic Md. Crat. Vict. 2. Lamb. *mihique commendatus.* ett. *OR.*

3. *igitur* = nun, also; beim Uebergange zum Hauptgegenstande der Rede. S. Ramsh. §. 187, II, 1. Grotef. §. 366. 367. — *ut... sibi concederes*, „dass Du ihm ienes, ich weis nicht welches, Stück verfallenes Gemäuers von Epikur's ehemaligem Hause überlassen möchtest.“ Ueber *illud* c. Genit. s. Ramsh. §. 132, 5, c. Grotef. §. 231; über *nescio quid* Ramsh. §. 160, 1. N. 2. Grotef. 417. Anm. — *pariet.* = areae, ubi fuit olim domus Epicuri. — *aedif. tuae consil.* Areopagitae decreto facto Memmio concesserant, ut aedes Epicuri veteres, quas Cicero ut in contemptum adduceret, *parietinas* vocavit, commodi sui gratia exaedificare posset. *MANUT.* — *idem* negotium, eandem rem. — *scriberem* Mytilenas. — *abiecisse,* aufgegeben habest.

4. *offensiuncula*, ein kleiner Unwille. — *perversitate*, durch verkehrte Dienstfertigkeit einiger dem Patro übel wollenden Leute. — *illam gentem*, das freilich angenehme und dienstfertige, aber ietzt so eigennützige, missgünstige, intriguante Volk der Griechlein. S. ad Quint. Fratr. II, 1. Orat. pro Flacco. Daher auf *vir bonus* §. 2 ein solches Gewicht ruht. — *des te ad lenit.*, betrachte die Sache in einem milderen Lichte; missam fac iram. — *propter tuam.* Ex antiquo supplem. Lamb. Graev. Ern. Sch. Lün. omis. *tuam* Md. Crat. Vict. 1. 2. Bened. — *contend.*, eine Sache eifrig betreiben. — *nisi tamen... sine causa*, nur wäre Dir weniger zu gut zu halten, als ihm, so viel Lärms um Nichts zu machen. *laborare* = reluctari eius voluntati et precibus ob nullam causam. — *orationem et causam*, Was Patro zur Begründung seiner Ansprüche vorbringt. Eine Hendiadys. — *Honorem*, sein dem Sterbenden gegebenes Ehrenwort, dass das Haus des Epikurs nicht sollte veräussert werden. — *officium* suum, debitum Epicuri aedibus. *MANUT.* — *testamentorum ius.* Hoc dicit, quia suos hortos Epicurus, in quibus habitare ac docere solitus erat, amico suo Metrodoro moriens *testamento* reliquerat eo iure, ut post eius obitum ad alios Epicureae sectae principes possessio perveniret. Vid. Diogen. Laërt. Libr. X. *MANUT.* Vgl. Plin. H. N. XIX, 4. Senec.

Phaedri obtestationem, sedem, domicilium, vestigia summo-
rum hominum sibi tuenda esse dicit. Totam hominis vi-
tam rationemque, quam sequitur in philosophia, deridea-
mus licet, si hanc eius contentionem volumus reprehen-
dere. Sed, mehercules, quoniam illi ceterisque, quos illa
delectant, non valde inimici sumus; nescio an ignoscen-
dum sit huic, si tanto opere laborat: in quo etiam si pec-
5 cat, magis ineptiis quam improbitate peccat. Sed, ne
plura — dicendum enim aliquando est — Pomponium At-
ticum sic amo, ut alterum fratrem: nihil est illo mihi
nec carius nec iucundius. Is — non quo sit ex istis: est
enim omni liberali doctrina politissimus: sed valde diligit
Patronem, valde Phaedrum amavit — sic a me hoc con-
tendit, homo minime ambitiosus, minime in rogando mole-
stus, ut nihil unquam magis: nec dubitat, quin ego a te
nutu hoc consequi possem, etiam si aedificaturus esses.
Nunc vero, si audierit te aedificationem deposuisse neque
tamen me a te impetrasse; non te in me illiberalem, sed
me in se negligentem putabit. Quamobrem peto a te, ut
scribas ad tuos posse tua voluntate decretum illud Areopa-
6 gitarum, quem ὑπομνηματισμὸν illi vocant, tolli. Sed re-

ep. 21. — *Phaedri obt.* Obtestatus erat Phaedrus, quum viveret, ne hortos Epicuri negligerent neve occupari a quoquam sinerent. *MANUT.* — *vestigia*, die denselben eingedrückten Fussstapfen so vieler trefflicher Männer. *rat.*, *sectam.* — *derid. licet.*, wir müssten belachenswerth finden. — *content.* de parietinis, Eifer. — *quoniam.* Sic scripsi. *quo* cum Lin. Md. *quom* Vict. 2. *quum* Vict. 1. Graev. Bened. *quando* Crat. Lamb. Ern. Sch. Lün. S. zu ep. CLXXXI, 2. Ramsh. §. 187, I, 2. — *illa* dogmata Epicuri, diese Epikurische Philosophie. Selbst Memmius war dieser Philosophie nicht abhold, wie die Zueignung des Lucrez. Gedichts de Nat. rer. zeigt. — *nescio an.* Ramsh. §. 174. 2., N. 3. Grotef. §. 435. — *si... laborat* = dass ihm die Sache so sehr am Herzen liegt. — *si peccat*, wenn er zu weit geht. — *mag. inept. q. impr.* mehr, weil er auf Kleinigkeiten einen grossen Werth legt, als aus bösem Willen.

5. *ne plura.* Ueber diese Ellipse s. Ramsh. §. 174, 1, N. 5. — *non quo sit ex istis* Epicureis. Consulto ambiguis verbis usus est; significare enim volebat, Atticum, etiamsi Epicuri decreta sequeretur (vid. ad Attic. V, 19. de Legg. I, 7.), multo tamen Epicureis eruditiorem esse. *SCH.* Der oft absichtlich missverstandene und alsdann der faulen Vernunft so behagliche Spruch des Epikurs: „Παίδειαν πᾶσαν φεῦγε" zog viele Ignoranten zu. S. de Finibb. 1, 7, 25. vgl. mit 1, 21, 71 u. 72. Quinctil. Plutarch. Dennoch nennt Cicero am Schlusse des II. Dialogs de Finibb. den Syro und Philodemus, zwei Epikureer, viros doctissimos und ertheilt de Nat. Deor. dem Zeno von Sidon das grösste Lob. — *ambit.*, ein anmassender. — *sic a me... unquam magis*, liegt mir so ernstlich, wie er noch nie gethan hat, an, mich dieser Sache anzunehmen. — *si aedif. esses*, wenn Du zu bauen gesonnen wärest. — *deposuisse* = abiecisse §. 3. — *illiberalem*, ungefällig. — *tuos*, quos habe

deo ad prima. Prius velim tibi persuadeas, ut hoc mea causa libenter facias, quam ut facias. Sic tamen habeto: si feceris, quod rogo, fore mihi gratissimum. Vale.

EPISTOLA CXCVIII. (ad Att. V. 11.)

Scr. Athenis prid. Non. Quintil. A. U. C. 703. (a. C. 51.)

Rogat Atticum, ut provideat, ne sibi provincia prorogetur. 1. Marcelli factum de Comensi improbat. 2. de Pompeio in Hispaniam ituro. 3. de sua et suorum erga provinciales abstinentia. 4—5. de Attici mandatis, in primis de Patronis negotio 6. de Piliae epistola. 7.

CICERO ATTICO S.

Hui! totiesne me literas dedisse Romam, quum ad te nullas darem? At vero posthac frustra potius dabo, quam, si recte dari potuerint, committam, ut non dem. Ne provincia nobis prorogetur, per fortunas! dum ades, quidquid provideri potest, provide. Non dici potest, quam flagrem desiderio urbis, quam vix harum rerum insulsitatem feram. Marcellus foede de Comensi. Etsi ille magistratum 2

Athenis. — *decretum*, quo area Patronis abiudicata et tibi tradita est. — *Areopag.* s. zu §. 3.

6. *Prius velim* cet., ich wünsche, Du möchtest Dich überzeugen, es liege mir nicht so viel daran, dass Du es thuest, als dass Du es gern thuest. — *habeto*, sei Du versichert. Clausula!

1. *totiesne me lit. dedisse?* S. Ramsh. §. 168, B, 6. Grotef. §. 311. Anm. — *recte*, mit Sicherheit. — *prorogetur*. Vgl. ep. CLXXXIV, 1. CLXXXV, 3. u. s. f. — *per fortunas!* um's Himmels willen! Formula obtestandi. Vgl. ep. CCI, 3. S. Ramsh. §. 137. 6. Grotef. §. 461. — *quicq... provide*, wende alle ersinnliche Vorsicht an. — *insuls.*, die Abgeschmacktheit meiner dermaligen Art zu leben. Vgl. ep. CXCVI, 3.

2. *Marcellus foede de Comensi*, „Consul Marcellus hat auf eine hässliche Art den Comenser gemisshandelt." Die Sache ist die: Der Vater des Pompeius Magnus, Cn. Pompeius Strabo hatte 665 als Consul allen Kolonialstädten in Gallia Transpadana das ius Latii verschafft, vermöge dessen alle Bürger dieser Kolonien, die ein obrigkeitliches Amt darin bekleideten oder bekleidet hatten, eo ipso das Bürgerrecht in Rom erhielten. Cäsar gab einer Kolonie, die er um diese Zeit unter dem Namen *Comum novum* (ietzt Como) im ienseits des Po gelegenen Gallien aufgestellt hatte, eigenmächtig das nämliche Recht, weil er voraussetzte, dass iener Act des Pompeius Strabo sich auf alle damalige und künftige Transpadanische Kolonien erstrecke und es also unnöthig sei, die förmliche Bestätigung des den Comensern ertheilten Rechts beim Römischen Senate und Volke nachzusuchen. Der Consul Marcellus, ein erklärter Gegner Cäsars, scheint dieses als einen Eingriff in die Rechte der obersten Staatsbehörden sehr hoch empfunden zu haben, und, um einen auffallenden Beweis zu geben, wie wenig er ienes Recht anerkenne, liess er einen Novocomenser, der keine Magistratswürden an seinem Orte bekleidet hatte, eines geringen

non gesserat, erat tamen Transpadanus. Ita mihi videtur non minus stomachi nostro ac Caesari fecisse. Sed hoc
3 ipse viderit. Pompeius mihi quoque videbatur, quod scribis Varronem dicere, in Hispaniam certe iturus. Id ego minime probabam; qui quidem Theophani facile persuasi nihil esse melius, quam illum nusquam discedere. Ergo Graecus incumbet. Valet autem auctoritas eius apud illum
4 plurimum. Ego has pridie Nonas Quint. proficiscens Athenis dedi; quum ibi decem ipsos fuissem dies. Venerat Pomptinus; una Cn. Volusius: aderat quaestor: tuus unus Tullius aberat. Ἄφρακτα Rhodiorum et dicrota Mytilenaeorum habebam et aliquid ἐπικώπων. De Parthis erat silen-

---

Vergehens wegen, in seiner Gegenwart öffentlich mit Ruthen peitschen, und sagte, als die Execution vorbei war: „er könne nun gehen und Cäsarn seine Striemen zeigen.“ Dieses eben so unkluge als grausame Verfahren missbilligt hier Cicero im Vorbeigehen, wiewohl bloss aus dem Grunde, weil Pompeius im Namen seines verstorbenen Vaters sich nicht weniger dadurch beleidigt finden werde, als Cäsar selbst. S. Appian. Lib. II. de bello civ. Strabo L. v. — *nostro* i. e. Pompeio. Denn die Römer fingen ietzt an sich in zwei Parteien, in die Senatorische, die den Pompeius bereits als ihr Oberhaupt betrachtete, uud die Cäsarische zu theilen. — *hoc ipse viderit*, doch das möge er selbst verantworten.

3. *Varronem.* Dieser M. Terentius Varro, als πολυγραφώτατος und Besitzer einer grossen Bibliothek berühmt, konnte diess als Vertrauter des Pompeius und als dessen Legat in Spanien wissen, wohin er freilich auch noch nicht abgereiset war. — *Theophani* von Mytilenae, oder Lesbos, einem der vertrautesten Kammerdiener des Pompeius. Er schrieb die Thaten desselben in Versen und erhielt das Bürgerrecht. S. pro Arch. c. 10. ad Attic. II, 5. VII, 7. Balb. 25. Rykius ad Tacit. Ann. VI, 8. Plutarch im Pompeius. — *discedere*, imo Romae remanere. — *incumbet*, wird sich's angelegen sein lassen, den Pompeius davon zu überzeugen.

4. *prid. Non. Quint.*, am 6. Iulius. *ipsos*, volle, gerade. Ramsh. §. 158, 2, d. — *Pomptinus.* s. ep. CLXXXVII, 2. CXCVI, 1. — *Cn. Volusius*, ebenfalls einer der Legaten, auch wohl Quästoren des Cicero. S. Epist. ad Divers. V, 20. *Q. Volusius* de Corradi coni. Lamb. prob. Ern. in Clavi. vid. ad Famil. V, 10. 20. ad Attic. V, 21., — *quaestor*, mein Quaestor. Zwei Quaestoren hatte Cicero in Cilicien, den L. Mescinius Rufus (s. ep. ad Famil. V, 19. 20. 21. und den Cn. od. Q. Volusius (s. ad Attic. V, 11. hui. ed. ep. 198); am Ende des Iahres aber, als Volusius abging, den C. Caelius Caldus. S. ad Attic. VI, 2. u. 6. ad Famil. II. 15. 19. Hier ist also L. Mescinius *Rufus* zu verstehen. Sic Bos. distinxit: (— *nam Cn. V. aderat quaestor tuus, unus T. aberat* Vict. 1. 2.) Seqq. *iam Q. V. aderat et quaestor Rufus*; *tuus* Lamb. 1566.; sed in m. 1584,: — — *Rufus. Unus Tullius aberat.* Ueber Tullius s. zu ep. CLXXXVII, 2. am Ende. — *Ἄφρακτα*, naves non tectas, apertas, platte Lastschiffe aus Rhodus. — *dicrŏta* = biremes. — *aliquid ἐπικώπων* i. e. navium, quae remis aguntur, etliche Boote anderer Art. *aliquid* h. l. = aliud quid. S. Ramsh. §. 150, 2. Not. 5*.

tium. Quod superest, dii iuvent! Nos adhuc iter per Graeciam summa cum admiratione facimus. Nec mehercule 5
habeo, quod adhuc quem accusem meorum. Videntur mihi nosse nos, nostram causam et conditionem profectionis suae. Plane serviunt existimationi meae. Quod superest, si verum illud est: *οἵα γ' ἡ δέσποινα*, certe permanebunt. Nihil enim a me fieri ita videbunt, ut sibi sit delinquendi locus. Sin id parum profuerit, fiet aliquid a nobis severius. Nam adhuc lenitate dulces sumus; et, ut spero, proficimus aliquantum. Sed ego hanc, ut singuli dicunt, *ἀνεξίαν* in unum annum meditatus sum. Proinde pugna, ne, si quid prorogatum sit, turpis inveniar. Nunc redeo ad quae 6
mihi: mandas †In praefectis excusatio iis, quos voles, de-

---

5. *admirat*, unter grösster Bewunderung meiner Person. — *facimus*, Cett. *fecimus*. — *Nec habeo, quod.* S. Ramsh. §. 160, 1. Not. 2. 184, 2, Not. 1. — *meorum* comitum. — *nos*, meine Denkart. — *n. caus.*, „mein Interesse," das in dem Ruhm der vollkommensten Uneigennützigkeit bestand. — *condit. prof.*, die Bedingung, unter welcher ich sie mitgenommen. — *serv. exist. meae*, sie beeifern sich mir Ehre zu machen. — *οἷα γ' ἡ δέσποινα, τοία δὲ καὶ ἡ κύων*, qualis hera, talis et canis. Ein Sprichwort aus Plato de republ. VIII, p. 223. edit. Bip. „Magis placet quod Vict. *in Adnot.* se reperisse ait in antiquo suo exemplari: *οἷα περ ἡ δέσπ.* (ut Plato *de Rep.* 8. c. 13. *Ast. ἀτεχνῶς γὰρ αἵτε κύνες κατὰ τὴν παροιμίαν οἷαί περ αἱ δέσποιναι*) — *ὁποία ἡ δέσποινα τοῖαι καὶ θεραπαινίδες* Asc. sec. Crat. *οἷα τ' ἂν δέσπ.* Margo Crat. Vict. 1. Lamb. *ORELLI.* — *permaneb.*, so werden sie auch in der Folge so bleihen. — *ut singuli*, wie Dieser und Iener unter meinem Gefolge verlauten lässt. S. ep. CXCVI, 3. v. *singuli* etsi explicare tentant, corruptum videtur. *Siculi* ingeniosa I. Fr. Gronovii susp. *ORELLI.* Vid. de Orat. II. c. 54. §. 217: Inveni autem ridicula et salsa multa Graecorum; nam et Siculi in eo... genere excellunt. cf. ibid. c. 69. §. 280. Brut. c. 12. Tuscul. Disputt. 1, 8, 15.: Epicharmi, acuti nec insulsi hominis ut Siculi. — *ἀνεξίαν* i. e. abstinentiam et moderationem, ich habe diese Sanftmuth nur auf ein Iahr berechnet. Die Sicilier, die einen Verres hatten kennen lernen, pflegten das in bitterem Sinne von ihren neuen Statthaltern zu sagen. — *ne turpis inveniar*, dass ich nicht mit Schanden bestehe, wenn man mir eine längere Zeit der Statthalterschaft aufbürdete. Eine scherzhafte Wiederholung derselben Bitte, die ep. CXCV, 2. u. CLXXXV, 1. vorgetragen ist.

6. *Nunc redeo ad* (ea) *quae.* Sic Md. Oxon. 1. 2. Vict. 1. Graev. Ern. Sch. Lün., ut Lib. 6. Ep. 5, 1. *in primis de quo scripsi* pro *de eo, quod.* Rom. Asc. I. Crat. Lamb. Vict. 2. Bos. *ad ea quae. ORELLI.* Ueber diese Weglassung des Demonstrativi od. Attraction nach Griech. Gebrauch s. Ramsh. §. 159, 3. b., Not. Grotef. §. 372. — † *in praefectis... deferto.* Locus corruptus. Sic Md. Oxon. 1. (*is*). 2. Asc. 1. Crat. Vict. 1. 2. *in praefectis excusatoi iis, quos voles, def.* e Cdd. Ambb. Bentiv. *ni praefectis excusationi sis, quos voles, def.* Cod. decurt. Bos. Ern. *in praefectis excusatio ne sit, quos v., def.* de Popmae coni. Sch. Lün. *in praefectis*

ferto. Non ero tam *μετέωρος*, quam in Apuleio fui. Xenonem tam diligo quam tu: quod ipsum sentire certo scio. Apud Patronem et reliquos barones te in maxima gratia posui: et hercule merito tuo feci. Nam mihi † is ter, dixit, te scripsisse ad se, mihi ex illius literis rem illam curae fuisse, quod ei pergratum erat. Sed quum Patron mecum egisset, ut peterem a vestro Ariopago, *ὑπομνηματισμὸν* tollerent, quem Polycharmo praetore fecerant, commodius visum est et Xenoni et post ipsi Patroni, me ad Memmium scribere, qui pridie, quam ego Athenas veni, Mytilenas profectus erat, ut is ad suos scriberet posse id sua voluntate fieri. Non enim dubitabat Xeno, quin ab Ariopagitis invito Memmio impetrari non posset. Memmius

---

excusato: tribunos quos v., d. Lamb. coni. Quae omnia nec Latina satis sunt, nec rectam praebent sententiam. Iam si compares infra Ep. 21.: *negavi me cuiquam negotianti dare* (praefecturam); *quod idem tibi ostenderam.* Lib. 6. Ep. 1.: *nos sic agere, ut, quot vellet, praefecturas sumeret, dum ne negotiatori.* ibid. *Id vero per te exceperamus ne negotiatori:* apparet h. quoque l. sic fere scripsisse Cic.: *in praefectis, excusatis negotiatoribus* (vel *exceptis negotiantibus*, vel *extra quam negotiantes*) *quos* (an *quot?*) *voles, deferto.* (Idem fere, ut postea vidi, volebat I. F. Gronov. in *Add. Graevii* proponens: *in praefectis, negotiator ni sit* (sed hoc durius:) *quos voles deferto. ORELLI.* „Zu Präfecten empfiehl Du, mit Ausnahme der Gross- und Geldhändler, welche *oder* wie viele Du willst.“ Vgl. ep. CLXXXVII, 3. u. bes. CXC. — *μετέωρος* superbus in aliquo scil. admittendo, Sch. ich werd' es so genau mit ihnen nicht nehmen, als mit dem Apuleius. — *Apuleio*, quem mihi commendasti, ut praefecturam ei darem. Apuleius negotiator videtur esse, qui et praediator, cuius mentio ad Attic. XII, 13. 17. *ERNESTI.* — *Xeno.* S. zu ep. CXCVI, 5. — *Patron.* S. zu ep. CXCVII, 2. 3. 4. — *barones* = Dickköpfe, Pedanten. Er versteht die literarisch ungebildeten Anhänger der Epikurischen Schule zu Athen. S. zu ep. CXCVII, 4. am Ende. de Finibb. II, 23. extr. — *posui* nämlich durch den Werth, den ich auf Deine Fürsprache legte. — *† is ter, dixit, te scr. ad se.* Ambb. 16. Lamb. 1566. *iste dixit* (*rescripsisse* Asc. Marg. Crat.) Lamb. *dixit scripsisse te* (= *te scr.* 1584.) Scil. Cicero ita scripsit: *nam mihi is te dixit scripsisse ad se:* illud *ter* omnino in his nihil est nisi corruptela pronominis *te*, quippe videbimus infra *Lib.* 6. *Ep.* 6. in Victoriana prima: *ἐπέχειν ter scripseras* pro *te* et *Lib.* 6. *Ep.* 9.: *ἐπέχειν ter scribebas* pro *te* reperiri. Sic hoc loco accidit. *ORELLI.* — *ex illius literis*, bloss aus Rücksicht auf seine Briefe. — *Sed* = damit Du *aber doch* wissest, was ich in der Sache gethan habe. Ueberdiess *sed* bei den Uebergängen vgl. Ramsh. §. 181. II, 1. — *ὑπομνημ. tollerent*, scil. Ariopagitae, was in *Ariopago* versteckt liegt; „sie möchten das Decret zurücknehmen.“ S. Ramsh. §. 95. 3, a. üb. die Synesis das. §. 206, A, 4, b. Grotef. §. 195. Zur Sache vergl. ep. CXCVII, 5. am Ende. — *praetore*, unter dem Archon. Pol. — *dubit... quin... non posset.* S. Ramsh. §. 185. 2, Not. 3. Grotef. §. 404. bes. Zumpt. §. 540. — *sed erat Patr. iratus* kurz für: er macht aber noch Schwierigkeiten, weil er auf

autem aedificandi consilium abiecerat: sed erat Patroni
iratus. Itaque scripsi ad eum accurate: cuius epistolae
misi ad te exemplum. Tu, velim, Piliam meis verbis con- 7
solere: indicabo enim tibi: tu illi nihil dixeris. Accepi
fasciculum, in quo erat epistola Piliae: abstuli, aperui,
legi: valde scripta est συμπαθῶς. Brundisio quae tibi epi-
stolae redditae sunt sine mea, tum videlicet datae, quum
ego me non belle haberem. Nam illam † νομανανδρίαν ex-
cusationem ne acceperis. Cura, ut omnia sciam, sed ma-
xime, ut valeas.

EPISTOLA CXCIX. (ad Div. II. 8.)

Scr. Athenis prid. Non. Quintil. A. U. C. 703. (a. C. 51.)

Monet, ut sibi potius, quae in re publica futura prospiciat quam praeterita aut praesentia scribat. Addit se cum Pompeio de re publica multa locutum, eique ut se Caelius det, hortatur. 1—2. Denique petit, ut curet, ne sibi tempus provinciae prorogetur. 3.

M. CICERO PROCOS. S. D. M. CAELIO.

Quid? tu me hoc tibi mandasse existimas, ut mihi gladiatorum compositiones, ut vadimonia dilata et Chresti

---

Patron ungehalten ist. — *cuius epistolae.* Est ep. CXCVII. — *misi* = mitto im Briefstil. — *exempl.* eine Abschrift.

7. *consolere.* Pilia, Attici uxor, epistolam ad Quintum Ciceronis fratrem scripserat, in qua Pilia cum magna animi commotione (*συμπαθῶς*, heftig) Quintum admonebat, ut cum Pomponia, uxore sua, Attici sorore in gratiam rediret (vid. ep. CLXXXIV, 3 sqq.) Qua de re Cicero petit ab Attico, ut uxorem suam consoletur eique Ciceronis verbis fidem faciat, Quintum posthac ita, ut velit, erga Pomponiam futurum esse. *SCHÜTZ.* — *abstuli,* ich nahm ihn heraus. — *aperui* aus Versehen; in der Meinung, der Brief sei an ihn selbst. Diess verräth das Asyndeton. s. Ramsh. §. 206. C. 2, Not. 2. §. 179, A. c. — *Brundisio*, von Brundisium aus. — *datae,* Lamb. *sunt datae*, Ern. susp. *datae sunt.* — *me non belle hab.*, als ich mich nicht wohl befand. S. ep. CXCIII im Anf. — † *νομαν.* Sic corrupte Cod. decurt. Bos. Ern. *νομανδρίαν* Md. Crat. Vict. 1. 2. Lamb. Graev. *γεράνδρυον* I. Fr. Gronovii suspicio. Sed adiectivi loco hoc nomen (Persii 1, 97. *ramale vetus*) vix fungi potest. *νομαρχίας* Sch. coni. Lün. *ORELLI.* Rescripsi *νομαρχίας excusationem.* Nam *νομαρχία* est *praefectura.* Cicero igitur significat hoc: „Nam illud epistolarum omissionis excusationem a negotiis petitam, qua usus sum in excludendis a praefectura negotiatoribus; ne acceperis (metuo). Cf. ep. LXXXVIII, §. 1. *SCH.* u. oben §. 3. † *in praef.* Dagegen Schneider im Griech. Lex. unter d. Worte *νομανδρία* hier *μονανδρίαν* vermuthet. Vielleicht schrieb Cicero *νομίμην*, die gewöhnliche Entschuldigung mit Geschäften.

M. CAELIO. S. zu ep. CXCII. im Anfange.

1. *compos. gladiat.*, ein Verzeichniss der seit meiner Abwe-

compilationem mitteres et ea, quae nobis, quum Romae sumus, narrare nemo audeat? Vide, quantum tibi meo iudicio tribuam! nec mehercule iniuria: πολιτικώτερον enim te adhuc neminem cognovi. Ne illa quidem curo mihi scribas, quae maximis in rebus rei publicae geruntur quotidie, nisi quid ad me ipsum pertinebit. Scribent alii: multi nuntiabunt: perferet multa etiam ipse rumor. Quare ego nec praeterita nec praesentia abs te, sed ut ab homine longe in posterum prospiciente, futura exspecto, ut, ex tuis literis quum formam rei publicae viderim, quale aedi-
2 ficium futurum sit, scire possim. Neque tamen adhuc habeo, quod te accusem: neque enim fuit, quod tu plus providere posses, quam quivis nostrûm in primisque ego, qui cum Pompeio complures dies nullis in aliis nisi de re publica sermonibus versatus sum: quae nec possunt scribi nec scribenda sunt. Tantum habeto, civem egregium esse Pompeium et ad omnia, quae providenda sunt in re publica, et animo et consilio paratum.

Quare da te homini: complectetur, mihi crede.

---

senheit aufgestellten Fechterpaare. — *vad. dilata*, ein Verzeichniss aller seither vertagten Prozesse *oder* aufgeschobenen Gerichtstermine. — *Chrestus* hiess der Mensch, dessen sich Caelius nach epist. CXCII im Anf. bedient hatte, alle Stadtneuigkeiten für Cicero aufzusetzen. — *compilationem et ea*, eine Hendiadys statt compilationem et quidem eorum πραγμάτων. Cicero macht ihm diese Vorwürfe, weil er ein solches Verfahren des Caelius einer geheimen Sinnesänderung und entschiedenen Anhänglichkeit desselben an Cäsars Partei zuschreibt. — *quantum... tribuam*, wie gross meine Meinung von Dir ist. — πολιτ., grössern Politiker. Er zeigte iedoch in der Folge mehr Leidenschaft als Klugheit. — *Scribent* enim alii talia. — *nunt.*, mündlich überbringen. — *formam rei p.*, den Grundriss der ietzigen Staatslage. Es liess zum Bürgerkriege an und Alles schied sich allmählig in zwei Partheien, in die Senatorische des Pompeius und die Cäsarische. — *quale aed. f. sit.*, was für ein Gebäude daraus werden könne; vielleicht eine Monarchie des Cäsars.

2. *Neque habeo, quod.* S. Ramsh. §. 184, 2. N. 1. Zumpt. §. 562. Grotef. §. 432, Anm. 2. — *provid.*, vorhersehen. — *qui* = quum ego... *versatus sum.* Warum nicht *sim*, s. Ramsh. §. 194, 2. Not. Grotef. §. 432. — *quae*, scil. res = welche Dinge, dergleichen; wo man *qui* in Bezug auf *sermonibus* erwartet hätte. Das Pronomen ist aber im Neutro gebraucht, weil darin der Begriff des vorigen Satzes nur allgemein als *Ding* aufgefasst wird. Vgl. Cicero de senect. c. 3. im Anf. S. Ramsh. §. 159, 2. a. Reuschers Lat. Schulgramm. 2. Th. §. 30. Zur Sache vergl. ep. CXCII, 3. CLXXXVIII, 2. — *civem egreg. esse.* Vgl. epist. CXC. — *ad omnia, quae provid. s. in re p.,... paratum*, „darauf gefasst, alle der Republik zuträglichen Vorkehrungen zu treffen." Als es aber Ernst wurde, zeigte sich das Gegentheil. — *complectetur*, er wird Dich mit offenen Armen umfangen. — *crede.* Quo hexametrum

Iam iidem illi et boni et mali cives videntur, qui nobis videri solent. Ego quum Athenis decem ipsos dies 3
fuissem, multumque mecum Gallus noster Caninius, proficiscebar inde pridie Nonas Quintiles, quum hoc ad te literarum dedi. Tibi quum omnia mea commendatissima esse cupio, tum nihil magis, quam ne tempus nobis provinciae prorogetur: in eo mihi sunt omnia. Quod quando et quomodo et per quos agendum sit, tu optime constitues.

EPISTOLA CC. (ad Att. V. 12.)

Scr. in insula Delo a. d. v. Id. Quintiles A. U. C. 703. (a. C. 51.)

Scribit de navigatione sua usque ad Delum insulam. 1. de rei publicae statu se Attici literas exspectare. 2. eique negotia sua commendat. 3.

CICERO ATTICO S.

Negotium magnum est navigare, atque id mense Quintili. Sexto die Delum Athenis venimus. Pridie Nonas Quintil. a Piraeeo ad Zostera, vento molesto, qui nos ibidem Nonis tenuit. A. d. VIII. Idus ad Ceo iucunde. Inde Gyarum saevo vento, non adverso: hinc Scyrum, inde Delum, utroque citius, quam vellemus, cursum confecimus. Iam nosti

---

hunc pessumdarent, Santenius ad *Terentianum* p. 280. pro *Quare* volebat *Quamobrem*, Graevius dedit *complectetur te.* Mihi videtur versus v. c. Lucilii. *ORELLI.* — *Iam* = dermalen, bereits, ietzt. S. Ramsh. §. 178. *.)

3. *decem ipsos dies.* S. ep. CXCVIII, 4. Ueber *ipsos* = eben, grade, volle s. Ramsh. §. 158, 2. d. Zumpt. §. 695. — *Gallus Caninius* od. C. Caninius Gallus, amicus M. Varronis et Ciceronis, tribunus plebis Marcellino et Philippo Consulibus (698.). Vid. ep. ad Famil. 1, 2. VII, 1. IX, 2 et 6. *mecum* scil. fuisset, was aus *fuissem* zu nehmen ist. — *pridie Non. Quint.*, am 6. Iul. — *hoc literarum.* S. Ramsh. §. 104, 2. Zumpt. §. 432. Grotef. §. 231. — *comm. esse cupio.* Vgl. Ramsh. §. 171, II, A. 2. Grotef. §. 324. Znmpt. §. 610. — *quam ne*, Mart.-Lag. Sch. Lün. *ut ne* contr. Md. Zur Sache vergl. ep. CXCVIII, 5. am Ende. — *in eo* cet., daran liegt mir Alles. — *constitues*, wirst Du am Besten bestimmen, beurtheilen.

1. *Negot. magn.*, ein langweiliges Geschäft, Ding. — *navig.*, zur See reisen. — *atque id* = zumahl. S. Ramsh. §. 158, 2, h. Zumpt §. 699. — *Sexto die*, wozu bei günstigem Wetter nur zwei Tage nöthig waren. — *prid. Non. Quint.* S. d. vorig. Brief. §. 3. — *Piraeeo*, dem Hafen Athens. — *Zostera*, einer kleinen Stadt und einem gleichnamigen Hafen und Vorgebirge Attika's. — *A. d. VIII. Idus*, am 8. Iulius. — *Ceo*, ietzt Zia, einer Cycladischen Insel, dem Vaterlande des Simonides und Bacchylides. — *Gyarum*, ietzt Iourna. — *Scyrum*, ietzt Sciro, des Neoptolemus Vaterland, Euböa gegenüber. — *Delum*, ietzt Dili. — *Iam* = nun aber. Ueb.

ἄφρακτα Rhodiorum: nihil, quod minus fluctum ferre possit. Itaque erat in animo nihil festinare, Delo nec movere,
2 nisi omnia *ἀκρωτηρίων οὔρια* vidissem. De Messala ad te statim, ut audivi, de Gyaro dedi literas: et id ipsum consilium nostrum etiam ad Hortensium: cui quidem valde *συνηγωνίων*. Sed tuas de eius iudicii sermonibus et mehercule omni de rei publicae statu literas exspecto, *πολιτικώτερον* quidem scriptas — quoniam meos cum Thallumeto nostro pervolutas libros — eiusmodi inquam literas, ex quibus ego, non quid fiat, — nam id vel Helenius, vir gravissimus, potest efficere, cliens tuus — sed quid futurum sit. Etiam quum haec leges, habebimus consules. Omnia perspicere poteris, de Caesare, de Pompeio, de ipsis iudiciis.
3 Nostra autem negotia, quoniam Romae commoraris, amabo

ἄφρακτα Rhod. s. ep, CXCVIII, 4. — *Delo nec movere*, und von Delos nicht eher, anders aufzubrechen. Ueber *nec nisi* = nicht anders, als. s. Ramsh. §. 190. Anm. 7. — *nisi omnia ἀκρωτ, οὔρια vidissem*, i. e. signa secundae tempestatis ex vexillis in fastigiis domorum et navium. *omina* Cod. decurt. Bos. Graev. Sch. in Ed. mai. *διοσημεῖα* tamen Latine *omina* non dicuntur. Cd. Mureti *ΑΧΡΑΤΗΚΙΝΗΡΑ*, unde is (*Var. Lect.* 14, 11.) *omnia ἀκραῆτε καὶ οὔρια v. ORELLI.*

2. *De Messala.* M. Valerius Messala hatte 701 das Consulat erhalten, ward aber, wie früher seine Mitbewerber Hypsaeus und Memmius (s. ep. CLVII, 2) 703 de ambitu angeklagt. Aus ep. CLXXXIV u. CLXXXV erhellt, dass, als sie geschrieben wurden, sein Prozess noch nicht entschieden war. Den ferneren Verlauf werden wir aus den Briefen des Cälius ersehen. — *ad Hortensium* eius avunculum.— *cui... συνηγωνίων* i. e. simul cum ipso Messalae causa in angore et metu eram. *SCH.* — *de eius iud. serm.*, über Das, was man von diesem Gerichtshandel spricht. — *πολιτικ.*, denn als Epikureer kümmere er sich wol um Politik eben nicht. Ein Verweis mit Scherz! Epicurus enim sapientem non *πολιτεύεσθαι* monuit eiusque dictum *λάθε βιώσας* decantatissimum erat. Vid. Ménage ad Diogen. Laërt. X, §. 119. Cic. de Offic. 1, 20, 59. Tuscul. V, 37, 118. 38, 110. Plato de Rep. VI, p. 596. ed. Steph. — *Thallumeto*, Attici liberto erudito. — *libros* politicos s. de re publica.. Quae lectio Attici indicabat eum rei politicae studiosum esse. *ERNESTI.* Cicero stellt sich aus Scherz sehr hoch! — *inquam*, sag', mein' ich. S. Zumpt §. 736. Grotef. §. 468. — *ex quibus ego* scil. perspiciam, intelligam. — *Helenius.* Corrad. susp. Venonius. Helenius cognomine Acro, Grammaticus scripsit commentarios in Terentium, qui apud veteres Grammaticos interdum citantur. — *quid futurum sit.* Vgl. ep. CXCIX, 1. gegen Ende. „Was etwa Cäsar und Pompeius im Schilde führen." — *habebimus cons.* i. e. erunt designati. *MANUT.* „werden wir vermuthlich schon Consuln für das nächste Iahr haben. — *de iudiciis*, was die Criminalprozesse Derer betrifft, die kraft des voriährigen Pompeiischen Gesetzes de ambitu angeklagt waren und für welche sich Cicero aus mancherlei politischen Rücksichten interessirte.

3. *amabo te*, so wahr ich Dir's Dank wissen werde. — *ex-*

te, explica. Cui rei fugerat me rescribere, de strue laterum, plane rogo. De aqua, si quid poterit fieri, eo sis animo, quo soles esse: quam ego quum mea sponte, tum tuis sermonibus aestimo plurimi. Ergo aliquid conficies. Praeterea, si quid Philippus rogavit, quod in tua re faceres, id velim facias. Plura scribam ad te, quum constitero: nunc eram plane in medio mari.

EPISTOLA CCI (ad Att. V. 13.)

Scr. Ephesi post XI. Kal. Sext. A. U. C. 703. (a. C. 51.)

Scribit sibi, quum Ephesum venisset, multas legationes magnamque privatorum multitudinem praesto fuisse. 1. Attici negotia sibi curae fuisse. 2. Denique iterum rogat, ut efficiat, ne sibi provinciae administratio prorogetur, et ut reliqua mandata curet. 3.

CICERO ATTICO S.

Ephesum venimus a. d. xi. Kal. Sext. sexagesimo et quingentesimo post pugnam Bovillanam. Navigavimus sine timore et sine nausea: sed tardius propter aphractorum

---

plica, bring' in's Reine. z. B. die Schuld an Cäsar. S. ep. CXCVI, 4. u. s. f. — *rescribere,* „die Anschaffung der Ziegelsteine, worüber ich Dir letzthin zu antworten vergass, bitte ich ohne Weiteres zu besorgen. Cicero enim cogitabat de aquae ductu lateritio faciendo. *SCH.* Vgl. ep. CXLVI, 1—7. CLII, 1. *De aqua* intell. *Crabra* e libr. XVI, ep. 18. ad Divers. *ERN.* DCLXVII. nostr. edit. Cfr. Agr. III, 2. extr. „Kannst Du es möglich machen, dass ich mehr Wasser aus der Crabra auf mein Tusculanum bekomme, so verlasse ich mich auf Deine gewohnte Gefälligkeit." Die Crabra heisst ietzt la Marrana od. Marranella. S. Forcellini Lexic. tot. Latinit. Vol. I. p. 631. *quam* scil. aquam. — *tuis serm.*, weil Du so oft davon gesprochen hast. Attikus, der Epikur's Mässigkeit affectirte, hatte dem Cicero das Wasser, besonders dieses oft angerühmt. — *Philippus*, wol ein wasserbauverständiger Conductor, der den Canal, wenn Cicero das Wasser von den Tusculanern erhielte, nach seinem Landgute führen sollte. Andere beziehen diese Stelle auf den L. Philippus, der mit Cn. Lentulus Marcellinus 698 Consul war. Vielleicht ist *Philotimus* zu lesen. S. ep. CXLVI, 6. u. CLIX, 7. u. CXVIII, 2. — *rogavit* ἀορίστως. *rogarit* Asc. 1. 1531. prob. Bentiv. *rogat* Cod. Faerni. *rogabit* de Corradi sententia Sch. Lün. *ORELLI.* z. B. ihm Geld zu dem Bau vorzustrecken. — *in tua re*, Deiner Seits, in Deiner Lage. Attikus war stets bei Gelde und half gerne damit aus. Sic Md. Oxon. 1. 2. Asc. 1. Crat. Vict. 1. Lamb. Sch. Lün. *sua* Vict. 2. Bos. Graev. Ern. *ORELLI. in sua re*, zu seinem vorhabenden Geschäfte. — *quum constitero*; wann *od.* sobald ich wieder fest stehe, in provinciae aliquo loco, terra continenti. Vgl. *consedero* in ep. CCIV, 1. — *medio in mari*, in insula Delo.

1. *a. d. xi. Kal. Sext.*, den 22. Iulius. — *quingent.* DLV. dies numerat Pontedera *Antiqq.* p. 321. *ORELLI.* — *Bovillanam*, bei Bovillae an der Appischen Strasse, wo Clodius vom Milo getödtet ward." Aus Cicero's richtiger Berechnung (S. Graev.) ersieht

Rhodiorum imbecillitatem. De concursu legationum, privatorum, et de incredibili multitudine, quae mihi iam Sami, sed mirabilem in modum Ephesi praesto fuit, aut audisse te puto aut quid ad me attinet? Verumtamen. Decumani, ac si venissem cum imperio, Graeci quasi Ephesio praetori se alacres obtulerunt. Ex quo te intelligere certo scio multorum annorum ostentationes meas nunc in discrimen esse adductas. Sed, ut spero, utemur ea palaestra, quam a te didicimus; omnibusque satisfaciemus; et eo facilius, quod in nostra provincia confectae sunt pactiones. Sed hactenus, praesertim quum coenanti mihi nuntiaret
2 Cestius se de nocte proficisci. Tua negotia Ephesi curae mihi fuerunt: Thermoque, tametsi ante adventum meum liberalissime erat pollicitus tuis omnibus, tamen Philoge-

---

man, von welcher Wichtigkeit der Tod des Clodius für ihn gewesen sei. Sic Margo 1584. *ad Bovillas* Lamb. *Bovillam.* Cett. soloece. *OR.* — *nausea*, die Schiffskrankheit. — *tardius*, zu langsam; langsamer, als mir lieb war. — *aphract. Rhod.* s. ep. CXCVIII, 4. CC, 1. — *praesto fuit.* Vgl. ep. CXCVIII, 5. — *quid ad me*, Sch. susp. *quid ad te.* S. Ramsh. §. 206, C, 2, c. über diese Schlussformel. — *Verumtamen*, genug, es war so. — *Decumani* = publicani, qui decumas in Asia conduxerant. *SCH.* Die Staatspächter. — *cum imp.*, an der Spitze eines Kriegsheers; denn da gab es einträgliche Lieferungen für die Armee zu pachten. — *Graeci... obtulerunt*, die Griechen empfingen mich mit solcher Lebendigkeit d. i. mit so lauten Freudensbezeigungen, als ob ich als Prätor von Asien nach Ephesus gekommen wäre. — *ostent.... add.*, dass mein Vorsatz, worauf ich mir so viel zu Gute thue, Gerechtigkeit und Enthaltsamkeit in meiner Amtsführung zu bewahren und dennoch die Staatspächter und Geldhändler nicht zu beleidigen, nun auf die Probe gestellt ist. S. ep. CXCV, 1. gegen Ende. CXCVI, 2. 3. am Ende und zu ep. CLXXXVII, 3. im Anf. — *palaestra*, von der Kunst, von dem Kunststücke. — *omnibusque*, wo *que* = nämlich, und zwar. S. Ramsh. §. 179, B, a, Anm. 3. Keiner verstand so, wie Attikus, die Kunst sich so zu benehmen, dass Alle mit ihm zufrieden waren. — *pactiones* huius anni, „weil die Pächter in meiner Provinz ihre Verträge für diess Iahr mit den Städten schon abgeschlossen hatten." Die für das folgende Iahr schloss er, wie er sich ad Attic. VI, 1. (CCLII) rühmt, zum Glück seiner Untergebenen selbst ab. — *Sed* haec *hactenus* scripsi, doch ich muss abbrechen. Vgl. §. 2. am Ende. S. Ramsh. §. 206, C, 2, c. — *C. Cestius*, ein Römischer Ritter (s. Orat. Flacc. c. 13.), der diesen Brief mitnehmen sollte. Sic Vict. 1. 2., ut est in Cestii pyramide. *Caestius* Cett. An *nuntiarit? ORELLI.* — *de nocte*, s. Ramsh. §. 147, 2.

2. *negotia*, Aufträge, Empfehlungen einiger Freunde des Attikus an Q. Minucius *Thermus*, den damaligen Statthalter in der Provinz Asia. S. ad Divers. II, 18. u. 17. XIII, 53. Philipp. XIII, 8. ad Attic. 1, 1. An ihn sind die Briefe ad Divers. II, 18. XIII, 53. 57. (CCXXX, CCLIII, CCLIV) u. s. f. — *tametsi*, s. Ramsh. §. 191, 1. Grotef. §. 408. 428. — *liber. er. pollic.*, die gefälligsten

nem et Seium tradidi; Apollonidensem Xenonem commendavi. Omnino omnia se facturum recepit. Ego praeterea rationem Philogeni permutationis eius, quam tecum feci, edidi. Ergo haec quoque hactenus. Redeo ad urbana. 3
Per fortunas! quoniam Romae manes, primum illud praefulci atque praemuni, quaeso, ut simus annui; ne intercaletur quidem. Deinde exhauri mea mandata; maximeque, si quid potest, de illo domestico scrupulum, quem non ignoras; deinde de Caesare, cuius in cupiditatem te au-

---

Versprechungen gemacht hatte. — *Philogenem*, Attici libertum. Vid. ad Attic. VI, 3. (CCLXIV, 1.) — *Seium*, Attici procuratorem. — *tradidi* = vehementer commendavi. — *Apollonid.*, aus der Stadt Apollonis in Kleinasien und zwar in Lydien. S. ad Q. Fratr. 1, 2, 3. Flacc. 29 u. 32. Plin. H. N. V, 3. Durch diess Beiwort ist er vom Epikureer Xeno in ep. CXCVIII, 6. unterschieden. — *rationem... edidi*, auch hab' ich dem Philog. die Rechnung über die mit Dir verwechselten Gelder zugestellt.“ Weil die Currentmünze in den Griech. Provinzen schlechter war, als die Römische, so pflegten Römer, die in diesen Provinzen reiseten oder Geschäfte hatten, sich mit Wechseln zu versehen, die in Griech. Gelde zahlbar waren. *WIELAND.*

3. *Per fortunas*, so lieb Dir Dein Glück ist! S. ep. CXCVIII, 1. — *illud praef. atque praemuni*, baue vor und verwahre mir das. — *ut simus annui.* Vgl. ep. CXCV, 2. — *de illo domestico* scil. mandato vel negotio *scrupulum* exhauri vel tolle, *quem non ignoras. SCH.* *exime* h. l. habet Nizolius in v. *scrupulus*, quod v. sane facile potuit absorberi a. v. *maxime.* Alioquin vel per zeugma e. v. *exhauri* congruens verbum eliciendum est ad accus. *scrupulum*, vel *scrupulum quem* artius iungendum et per attractionem explicandum. *ORELLI.* Zum ersteren Falle s. Ramshorn §. 151, B, 3, Not. u. §. 206, C, 3, c. Im letzteren muss construirt und supplirt werden: *maximeque* exhauri meum mandatum *de illo domestico* scrupulo i. e. negotio scrupuloso (die Wiederverheirathung seiner Tullia. S. ep. CLXXXVII, 1 u. 2. u. ep. CCIV, 3.) — *scrupulum quem* cet. = quem scrupulum. S. Ramshorn §. 159, 3, d. „Du weisst, wie sehr dieser Stein mich drückt.“ Vgl. ad Atticum 1, 18: domesticarum sollicitudinum aculeos et scrupulos occultabo. Beispiele der Attraction mit voranstehendem Substantiv geben Virgil.: *Urbem quam* statuo, vestra est; Plaut: *Pancrătem quem* convenire volui, in navi non erat; auch mit voransteh. Pronom. als: *Istum quem* quaeris, ego sum. Zu *exhauri* vgl. ep. CLXXXIX, 2. *si quid potest*, wenn's irgend möglich ist. So absolut findet sich's ad Divers. 1, 2. Cluent. 37. Terent. Phormio II, 1, 73. Cic. Tuscul. 1, 32 u. s. w. Unnöthig also *potes* der Asc. 2. Crat. — *de Caesare* i. e. de LLS. XX et DCCC, quae fieri Caesari volebat. cf. supra ep. CLXXXVIII, 2. et CLXXXIX, 2. — *cuius in cupid. te auct. incubui*, dessen ehrgeizigen Wünschen ich auf Dein Anrathen bisher beförderlich gewesen bin. „Er hatte sein persönliches Ansehen, sein Vermögen, seine Familie, die Ruhe seines Alters, besonders aber den Bestand der Republik dadurch zu sichern gesucht. Ietzt aber, da sich die Wetterfahne der Politik so ganz gedreht hatte, war sein Plan, sich von Cä-

ctore incubui: nec me piget. Et, si intelligis quam meum sit scire et curare, quid in re publica fiat: — fiat autem? immo vero etiam quid futurum sit, perscribe ad me omnia; sed diligentissime: in primisque, ecquid iudiciorum status aut factorum aut futurorum etiam laboret. De aqua, si curae est, si quid Philippus aget, animadvertes.

EPISTOLA CCII. (ad Div. VIII. 2.)

Scr. Romae mense Quintili A. U. C. 703. (a. C. 51.)

Messalam nuntiat Caelius absolutum eiusque defensorem Hortensium a populo male acceptum. 1. Addit quaedam de re publica et suis in aedilitate competitoribus. 2.

CAELIUS CICERONI S.

Certe, inquam, absolutus est; me in re praesenti pronuntiatum est, et quidem omnibus ordinibus et singulis in unoquoque ordine sententiis. Vide modo; inquis. Non,

---

sar's Maschen allmählig abzulösen, was er dem Attikus hier zu verstehen gibt. — *quam meum sit* = *quid mea intersit* Cod. Ursin., wie viel mir daran gelegen sein müsse. — *fiat autem*, was sag' ich? geschehen? S. Ramsh. §. 181, II. 6. Grotef. §. 362. — *quid fut. sit.* Vgl. ep. CXCIX, 1. am Ende, bes. ep. CC, 2. gegen Ende. — *ecquid... laboret*, ob Etwas an dem gerichtlichen Verfahren bei den bereits abgeurtheilten oder noch vor Gericht schwebenden Criminalprozessen auszustellen ist." Zur Sache vergl. ep. CC, 2. Ueber *ecquid* Ramsh. §. 160, 1, Not. 3. Grotef. §. 292. 343. — *De aqua*, was die Wasserleitung aus der Crabra betrifft. S. ep. CC, 3. — *si curae est*, wenn Dir's anders der Mühe werth däucht. — *si quid* cet., ob sich Ph. das Geschäft angelegen sein lässt. Ueber *si quid* = εἴπως, εἴ τι s. Ramsh. §. 174, 2. Not. 1. Grotef. §. 427, Anm. 4. — *animadvertes*, habe Acht. Sic Md. Oxon. 1. Asc. 1. Crat. Vict. 1. Lamb. *animadvertas* Vict. 2. Bos. Seqq. Ueber das Futur. statt des Imperat. s. Ramsh. §. 164. Anm. 8. 167, N. 2. Grotef. §. 186.

CAELIUS. S. zu ep. CXCII. im Anf.

1. *absolutus est* scil. Messala, reus de ambitu. Vid. ep. CC, 2. — *me in re praesenti.* Sic de Gronovii coni. dedi; verba vero sic construenda: ἐμοῦ ὄντος *in re praesenti* vel, quod idem est, *praesente.* Sed forma *praesenti* constans videtur, cfr. praeter exempla Forcelliniana *Inscriptt.* meas *Latinas* N. 3671. *CUM ITAQUE ET IN RE PRAESENTI SAEPIUS FUERIM.* Md. Crat. Vict. 1. 2. Graev. Bened. *me repraesentante.* Ern. Sch. Lün. de Rutilii coni. *me praesente.* Sed hoc vix corrupissent librarii. *ORELLI.* Ueber den doppelten Ablat. *praesente* u. *praesenti* s. Ramsh. §. 28, III, Anm. 5, a.) über *me* = ἐμοῦ ὄντος ebendas. §. 172. Der Sinn: „ich war selbst zugegen, als man das Urtheil publicirte." — *et quidem omnibus... sententiis*, und zwar ward er einhellig durch alle drei Classen der Richter so losgesprochen, dass in ieder Classe Mann für Mann seine Stimme abgelegt hatte.

mehercules. Nihil unquam enim tam praeter opinionem, tam quod videretur omnibus indignum, accidit. Quin ego, quum pro amicitia validissime faverem ei et me iam ad dolendum praeparassem: postquam factum est, obstupui et mihi visus sum captus esse. Quid alios putas? Clamoribus scilicet maximis iudices corripuerunt et ostenderunt plane esse, quod ferri non posset. Itaque relictus lege Licinia, maiore esse periculo videtur. Accessit huc, quod postridie eius absolutionem in theatrum Curionis Hortensius introiit, puto ut suum gaudium gauderemus. Hic tibi

Strepitus, fremitus, clamor tonitruum et rudentum sibilus.

Hoc magis animadversum est, quod intactus a sibilo pervenerat Hortensius ad senectutem: sed tum ita bene, ut in totam vitam cuivis satis esset et poeniteret eum iam vicisse. De re publica quod tibi scribam, nihil habeo. Mar- 2

— *Vide modo*, bedenke nur, wie günstig ihm die öffentliche Meinung war = da siehst Du's. — *indignum*, unverantwortlich. — *quum* = ungeachtet. — *et me... praeparassem*, und mich schon auf eine Condolenz gefasst gemacht hatte. — *captus esse*, wie in einem Garne verfangen d. i. bethört zu sein. Zu captus erg. oculis et auribus = blind und taub *oder* mente, animo = amens, verrückt, bezaubert. — *Quid alios* scil. fecisse *putas?* — *plane esse, quod* = ut id cet., das Verfahren der Richter sei ganz der Art, dass es u. s. w. — *relictus lege Licinia* (Ern. *legi Liciniae*), nach der lex Licinia einer neuen Anklage bloss gestellt *oder* der lex Licinia nun preisgegeben (s. ep. CCVI.). Die vom Consul Licinius Crassus gegebene lex de sodalitiis hatte verboten, sich um die Stimmen ganzer Innungen, Corporationen und Pöbelclubs durch Geldaustheilung zu bewerben. Diese lex war dem Angeklagten furchtbarer, als die lex Pompeii de ambitu, nach welcher man ihn diessmahl angeklagt hatte. Denn iene gab dem Kläger das Recht die Richter, aus welchen Zünften er wollte, selbst zu ernennen (*editicios iudices* edere) welche der Angeklagte nicht verwerfen (reiicere) durfte. — *maiore esse periculo videtur* i. e. accusabitur de ambitu lege Licinia maiore periculo; quippe quae multo severior erat aliis. — *absolutionem*, Crat. Lamb. *absolutionis.* Ueber *postridie* c. genit. s. Ramsh. §. 115, IV, 2. c. accusat. Grotef. §. 226. Anm. *in theatrum* a. C. Scribonio Curione in funebri patris munere exstructum. Vid. ep. CLXVIII et CLXIX. — *Hortensius.* S. zu ep. CC, 2. — *ut s. g. gauderemus*, damit wir uns seiner Freude erfreuen sollten; denn er hatte ihn als mütterlicher Onkel mit Glück vertheidigt. Ueber *gaudium gaudere* s. Ramsh. §. 132, 1, a. u. 2. Grotef. §. 214. — *Hic tibi* scil. exortus est. Ueber das pleonast. *tibi* Ramsh. §. 119. — *Strepitus... sibilus.* Dieser troch. septenarius scheint aus einem Tragiker entlehnt zu sein. — *Hoc* (ablat. S. d. folg. Br. §. 1.) *magis anim. est*, das fiel um so stärker auf. — *ita bene* a sibilo tactus est, wurde er so reichlich ausgezischt. — *vicisse* i. e. mallet clientem suum potius causa cecidisse, quam se propter eius absolutionem sic exsibilari. *SCH.*

celli impetus resederunt, non inertia, sed — ut mihi videbatur — consilio. De comitiis consularibus incertissima est existimatio. Ego incidi in competitorem nobilem et nobilem agentem: nam M. Octavius, Cn. filius, et C. Hirrus mecum petit. Hoc ideo scripsi, quod scio te acriter propter Hirrum nuntium nostrorum comitiorum exspectaturum. Tu tamen simul ac me designatum audieris, ut tibi curae sit, quod *ad* pantheras attinet, rogo. Syngrapham Sittianam tibi commendo. Commentarium rerum urbanarum primum dedi L. Castrinio Paeto: secundum ei, qui has literas tibi dedit.

---

2. *Marcelli* consulis impetus (die Hitze) de successore Caesari in Gallias mittendo. *MANUT.* S. ep. CXCII, 2. — *non inertia*, nicht aus Ermattung. — *consilio*, mit gutem Bedacht. Sein College Sulpicius arbeitete ihm entgegen. Suet. im Iul. — *De comit. consul.* Vgl. ep. CC, 2 gegen Ende. — *competitorem*, Mitbewerber um die Aedilität. — *et nobilem* i. e. nobilis partes *agentem*, und Einen, der den Edeln spielt. Der Namensstellung nach geht diess auf Hirrus. Crat. *et ignobilem egentem.* — *M. Octavius, Cn. F.*, M. N., ille Appii Pulchri legatus, petiit aedilitatem cum Caelio, sed minime gratiosus fuit. Vid. ad Famil. III, 4. ad Attic. V, 21. Aedilis tamen curulis factus est hoc anno (703), M. Marcello et Servio Sulpicio Coss. — *C. Hirrus* Lucceius, C. Fil., Pompeianus, quem Caesar *Ulcillam* dixit, a Caelio in petitione aedilitatis vincitur (vid. ad Attic. XIII, 11. ad Famil. 1, 10. VIII, 9.) Contra Caesarem sententias dicit post repulsam et totus mutatur. Vid. ad Q. Fratr. III. 8. Cicero schildert ihn daselbst als einen eingebildeten lächerlichen Geck. Vgl. ep. II, 9. (CCXXIV.) — *ad Pantheras.* Cicero sollte ihm zu den öffentlichen Spielen, die er als Aedil dem Volke geben musste, Panther aus Cilicien schicken; eine kleinere Art (Felis Panthera Linn.) als die Afrikanische *od.* Felis Pardus, der Parder. *quod panth.* omiss. *ad* Md. Bened. contra Caelii usum cfr. *Ep.* 4. §. 3. (CCVI. h. edit.) *ORELLI.* Ibi est: *quod ad Hirrum attinet.* — *syngrapham* (die Schuldverschreibung des Sittius), ex qua exigeretur a Sittio pecunia, quam in aedilitatis impensas Caelius erogaret. *MANUT.* De *Sittio* cfr. ad Attic. XV, 17. Hirtius Bell. Afric. c. 36. — *Commentarium*, Journal der Stadtneuigkeiten. S. ep. CXCII im Anf. u. CXCIX. — *L. Castrinio Paeto*, wol ein negotiator, der nach Cilicien reisete. — *dedit* sehr gewählt im Briefstil für *dabit.* Crat. Lamb. *reddet. Vale.*

EPISTOLA CCIII. (Div. VIII. 3.)

(Scr. Romae mense Quintili A. U. C. 703. (a. C. 51.)

De suo in scribendo officio et Ciceronis desiderio; de suis comitiis et in aedilitate competitoribus. 1. de Milonis bonis a Philotimo restitutis. 2. Denique rogat, ut ad se Cicero librum aliquem scribat. 3.

CAELIUS CICERONI S.

Estne? vici? et tibi saepe, quod negaras discedens curaturum tibi, literas mitto? Est, si quidem perferuntur, quas do. Atque hoc ego diligentius factito, quod, quum otiosus sum, plane, ubi delectem otiolum meum, non habeo. Tu quum Romae eras, hoc mihi certum ac iucundissimum vacanti negotium erat, tecum id otii tempus consumere: idque non mediocriter desidero; ut mihi non modo solus esse, sed Romae, te profecto, solitudo videatur facta: et qui — quae mea negligentia est — multos saepe dies ad te, quum hic eras, non accedebam, nunc quotidie non esse te, ad quem cursitem, discrucior. Maxime vero, ut te dies noctesque quaeram, competitor Hirrus curat. Quomodo illum putas auguratus tuum competitorem dolere et dissimulare me certiorem, quam se, candidatum? de quo, ut, quem optas, quam primum nuntium accipias, tua medius fidius magis, quam mea causa cupio. Nam mea, si fio, forsitan cum locupletiore referam: sed hoc usque eo

---

I. *Estne? vici?* Nun wie ist's? hab' ich gewonnen? Bin ich nicht ein fleissiger Briefschreiber? — *quod me neg.* Lamb. — *Est*, ich habe gewonnen. — *hoc ego.* Sic Md. Bened. *hoc* est ablat., ut in Ep. super. *hoc magis animadversum est.-hoc eo dil.* Cett. *ORELLI.* — *factito* i. e. literas mitto. — *ubi* = qua re, woran. S. Ramsh. §. 203, IV, 1, a. Grotef. §. 379. Anm. 1. — *vacanti*, otioso, wann ich Musse hatte. — *solus*, allein in der Welt. — *quae mea negl. est* = pro mea negligentia. Ramsh. §. 159, 3, e. Grotef. §. 374, Anm. 2. — *ut... quaeram*, dass ich... vermisse. *Hirrus.* S. d. vorig. Br. §. 2. — *augur. tuum compet.*, Deinen Mitbewerber um das Augurat. S. ep. CXCIV, 2. *collegii coniunctio.* — *dolere et dissimulare* = dissimulare dolorem, was für Gesichter, meinst Du wol, muss er schneiden, um seinen Aerger darüber zu verbergen, dass ich mir zur Aedilität gewissere Hoffnung machen kann, als er? — *quem optas*, dass ich nämlich Aedil möge geworden sein. — *med. fid.*, bei meiner Treue! — *Nam mea* intell. *causa* i. e. nam quod ad me meamque causam in ea re attinet. *ERNESTI.* S. Ramsh. §. 103, N. 4. Ist vielleicht *mea* = quod ad me attinet der Accusat. plural.? S. Ramsh. §. 132, 4. Not. u. 5. — *si fio* aedilis. — *forsitan cum locupletiore referam*, so bekomme ich vielleicht einen reicheren Collegen, als ich bin; der mich also durch die Pracht der Schauspiele, die er als Aedil zu geben hat, verdunkeln, und in der Gunst beim Volke ausstechen kann. Forte *re* vitiose duplicatum est et scribendum *fors. cum locupletiore feram* (illud munus) i. e. accipiam, consequar aedilitatem, a quo

suave est, ut, si acciderit, tota vita risus nobis deesse non possit. Sed tanti? Sed, mehercules. Non multum M. Octavius eorum odia, quae Hirrum premunt, quae permulta
2 sunt, sublevat. Quod ad Philotimi liberti officium et bona Milonis attinet: dedimus operam, ut et Philotimus quam honestissime Miloni absenti eiusque necessariis satisfaceret, et secundum eius fidem et sedulitatem existimatio tua con-
3 servaretur. Illud nunc a te peto, si eris, ut spero, otiosus, aliquod ad nos, ut intelligamus nos tibi curae esse, σύνταγμα conscribas. Quî tibi istuc, inquis, in mentem venit, homini non inepto? Aliquid ex tam multis tuis monumentis exstare, quod nostrae amicitiae memoriam posteris quoque prodat. Cuiusmodi velim, puto, quaeris. Tu citius, qui omnem nosti disciplinam, quod maxime convenit,

---

vincar magnificentia munerum, quod mihi parum iucundum foret. *ERNESTI.* — *et hoc*, fällt aber Hirrus durch, so ist das eine solche Lust für uns, dass u. s. w. — *Sed tanti? Sed, mehercules,* tanti est. „Ist denn aber die Sache von dem Belang? Ia, bei Gott! das ist sie. S. Ramsh. §. 109, a. Grotef. §. 238, 2. Ueber die Antwort auf eine Frage s. Grotef. §. 341. u. bes. 344. — *eorum odia.* Pronomen, quod Ernestio delendum videbatur, accipiendum est genere neutro. Sinn: Denn Hirrus ist so verhasst, dass sogar die schlechte Meinung, die das Publikum vom Octavius hat, den Hass wegen der Albernheiten und Geckenstreiche, die den Hirrus drücken, in Menge drücken, nicht mindern kann. Sensus: videatur competitor Octavius, quia parum gratiosus est ac dignus honore, facere, ut Hirrus minus invisus sit. Sed id non fit. *ERNESTI.* S. ep. CCII, 2.

2. *officium*, das Benehmen. Ueber diesen Philotimus in Hinsicht der Güter des Milo s. ep. CXCIII, 2. — *ut... conservaretur*, und dass dieser seiner Treue und Dienstfertigkeit zufolge Deine Ehre sicher gestellt werde.

3. *ut spero.* Wie konnte der leichtköpfige eit'le Mensch *hoffen*, dass der Regent von Cilicien Musse haben werde, eine so unbescheidene Bitte zu befriedigen? *WIELAND.* Vielleicht wollte er dem Cicero ein blosses Compliment damit machen, oder als Cäsarianer dessen Aufmerksamkeit dadurch von den Staatssachen ablenken. Schrieb er ihm doch meistens nur Lappalien, oder liess sie ihm schreiben. — *ut aliquod ad nos... σύνταγμα* (opus) *conscribas*, dass Du irgend ein Werkchen mir zuschreiben, dediciren möchtest, ut meo nomine librum aliquem inscribas. — *homini non inepto*, da Du doch sonst eben kein alberner Mensch bist. Brachylogie. — *exstare.* Hîc verbum deest, a quo pendeat Infinitivus. Puto excidisse *cupio. ERNESTI.* was aus *in mentem venit* zu abstrahiren ist. Ueber diese Synesis vgl. Ramsh. §. 206, A, 4. *prodat*, *velim. Cuiusmodi*, *puto* Vict. 2. Lamb. contra Md. *OR.* — *omnem... discipl.* den ganzen Umfang der Literatur. — *quod* scil. monumentum. — *convenit.* Sic Md. Crat. Vict. 1. 2. Bened. Puto legendum *conveniet.* Lamb. Graev. Ern. Sch. Lün. *conveniat.* Sed hoc vix corruptum esset. *ORELLI.* — *Genere tamen*, Lamb. *Ex eo genere*, „doch müsste es freilich Etwas der Art sein, das in mein Fach einschlüge, und lehrreich genug, um immer gelesen zu

excogitabis. Genere tamen, quod et ad nos pertineat et διδασκαλίαν quandam, ut versetur inter manus, habeat.

EPISTOLA CCIV. (ad Att. V. 14.)

Scr. Trallibus circa IV. Kal. Sextil. A. U. C. 703. (a. C. 51.)

Scribit de itinere suo in provinciam; de nuntiis inde allatis, et, ut Atticus sibi, quae in re publica gerantur, scribat et mandata sua curet, petit. 1—3.

CICERO ATTICO S.

Antequam aliquo loco consedero, neque longas a me neque semper mea manu literas exspectabis. Quum autem erit spatium, utrumque praestabo. Nunc iter conficiebamus aestuosa et pulverulenta via. Dederam Epheso pridie: has dedi Trallibus. In provincia mea fore me putabam Kal. Sextilibus. Ex ea die, si me amas, παράπηγμα ἐνιαύσιον commoveto. Tamen interea haec, quae vellem, mihi afferebantur: primum otium Parthicum, dein confectae pactiones publicanorum, postremo seditio militum sedata ab Appio stipendiumque eis usque ad Idus Quint. persolutum. Nos Asia accepit admirabiliter. Adventus noster ne- 2
mini ne minimo quidem fuit sumptui. Spero meos omnes servire laudi meae. Tamen magno timore sum: sed bene speramus. Omnes iam nostri praeter Tullium tuum venerunt. Erat mihi in animo recta proficisci ad exercitum, aestivos menses reliquos rei militari dare, hibernos iuris-

---

werden." Also über Bereds. S. Brut. c. 79, §. 273. Quinctil. VI, 3, 59. διδασκ., loci alicuius ex arte dicendi aut philosophia explicationem.

1. *consedero* = constitero in ep. CC. am Ende. — *spatium*, Raum. Auf Reisen ist man zu enge, zu beschränkt zum Schreiben. — *Epheso*. S. ep. CCI. Am 27. Iul. kam er nach Tralles (s. folg. Brief); also muss dieser Brief am 29. geschrieben sein. Zu Ephesus hatte er sich drei Tage aufgehalten. ep. CCV, 5. — *Trallibus* in Karien, dessen Ruinen ietzt den Namen Eskihissar (Altschloss) tragen. — παράπηγμα ἐνιαύσιον i. e. tabulam suspensam sive calendarium in tabula lignea suspensum, in quo dies anni notati sunt. Er meint das Iahr seiner Statthalterschaft, die er nicht länger verwalten wollte. Attikus sollte desshalb die Tage seines Proconsulats vom ersten August an sich in dem Tafelkalender bemerken. — *quae vellem*, erwünschte Nachrichten. — *otium Parthicum*, dass sich die Parther ruhig verhalten; von welchen seit der Niederlage des Crassus Viel zu fürchten war. S. ep. CXCV, 1. am Ende. CXCVIII, 4. — *conf. pact. public.* S. ep. CCI, 1. am Ende. — *Id. Quint.*, 15. Iul.

2. *Asia* = Asiani. S. Ramsh. §. 203, 1, a. — *sumptui fuit*. S. ep. CXCVI, 2. — *servire laudi meae*, wie ep. CXCVI, 2. u. CXCVIII, 5. — *magno timore*. Er besorgte, dass sein Gefolge mit der Zeit nicht so löblich verfahren möchte. — *sed bene sper.*, doch ich will das Beste hoffen. — *Tullium tuum*. S. ep. CLXXXVII, 2. am Ende u. CXCVIII, 4. — *recta* via.

4*

3 dictioni. Tu, velim, si me nihilo minus nosti curiosum in re publica quam te, scribas ad me omnia, quae sint, quae futura sint. Nihil mihi gratius facere potes: nisi tamen id erit mihi gratissimum, si, quae tibi mandavi, confeceris; in primisque illud ἐνδόμυχον, quo mihi scis nihil esse carius. Habes epistolam plenam festinationis et pulveris. Reliquae subtiliores erunt.

EPISTOLA CCV. (ad Div. III. 5.)

Scr. Trallibus IV. Kal. Sextil. A. U. C. 703. (a. C. 51.)

Appio gratias agit danti operam, ut expeditam provinciam traderet. 1—2. Deinde itineris rationem exponit, ut Appius de congressu statuat. 3—5.

CICERO S. D. APPIO PULCHRO.

Tralles veni a. d. VI. Kalend. Sextiles. Ibi mihi praesto fuit L. Lucilius cum literis mandatisque tuis: quo quidem homine neminem potuisti nec mihi amiciorem nec, ut arbitror, ad ea cognoscenda, quae scire volebam, aptiorem prudentioremve mittere. Ego autem et tuas literas legi libenter et audivi Lucilium diligenter. Nunc, quoniam et tu ita sentis, — scribis enim, quae *de* nostris officiis ego ad te scripserim, etsi tibi iucunda fuerint, tamen, quoniam ex alto repetita sint, non necessaria te putasse — et re vera, confirmata amicitia et perspecta fide, commemoratio officiorum supervacanea est; eam partem orationis praetermit-

---

3. *quae fut. sint*, wie ep. CXCIX, 1. CC, 2. CCI, 3. — *ἐνδόμυχον*, arcanum de re domestica (das geheime Hausanliegen), nempe de coniugio Tulliae filiae. Ἐνδόμυχον proprie est, quod in intimo recessu ac penetrali abditum est. Sic ἐνδόμυχον πῦρ urebat Leandrum apud Musaeum p. 246. Nam μυχὸς dicitur cuiusque rei intimum. Vid. Spanh. ad Iulian. Or. 1. p. 68. *ERNESTI.* Cfr. ep. CCI, 3. *de illo domestico scrup.* et ep. CLXXXVII, 1. u. 2. — *carius* i. e. maioris curae. Cfr. ep. CCIX, 4. *de mea domestica et maxima cura.*

APPIO PULCHRO. S. zu ep. CLXXX.

1. *a. d.* VI. *Kal. Sext.*, am 27. Iulius. — *L. Lucilius* inter Appii pulchri comites in Cilicia fuisse videtur. Corradus putat eum L. Lucilii Balbi, viri docti, qui Servii Sulpicii praeceptor erat (vid. Brut c. 42.), filium fuisse facitque eius patruum Quintum Lucilium Stoicum, cui Libr. II. de Nat. Deor. partes tribuuntur Stoicorum sententiam de Deis explicandi. — *ad ea cogn.*, um mir über Das Auskunft zu geben. — *prudent.*, unterrichteteren. — *dilig.*, mit Aufmerksamkeit. — *scripserim.* Cdd. multi (non Md., ut videtur.) Crat. *scripseram.* — *de.* Ex suppl. Edd. omis. *de* Md. Cdd. plerique. *OR.* — *ex alt. rep. sint*, weil ich etwas weit ausgeholt hätte. *commem. off. superv. est*, alle weitere Versicherung gegenseitiger Dienstfertigkeit überflüssig ist. — *praetermitt.*, so will ich über

tam: tibi tamen agam, ut debeo, gratias. Animadverti enim et didici ex tuis literis te omnibus in rebus habuisse rationem, ut mihi consuleres restitueresque et praeparares quodammodo omnia, quo mea ratio facilior et solutior esse posset. Hoc tuum officium quum mihi gratissimum esse du- 2
cam, sequitur illud, ut te existimare velim mihi magnae curae fore atque esse iam, primum ut ipse tu tuique omnes, deinde ut etiam reliqui scire possint me tibi esse amicissimum. Quod quibus adhuc non satis est perspectum, ii mihi nolle magis nos hoc animo esse, quam non intelligere videntur. Sed profecto intelligent; neque enim obscuris personis nec parvis in causis res agetur. Sed haec fieri melius, quam dici aut scribi volo. Quod itinerum 3
meorum ratio te nonnullam in dubitationem videtur adducere, visurusne me sis in provincia, ea res sic se habet: Brundisii quum loquerer cum Phania, liberto tuo, veni in eum sermonem, ut dicerem me libenter ad eam partem provinciae primum esse venturum, quo te maxime velle arbitrarer. Tunc mihi ille dixit, quod classe tu velles decedere, per fore accommodatum tibi, si ad illam maritimam partem provinciae navibus accessissem. Dixi me esse facturum: itaque fecissem, nisi mihi L. Clodius noster Cor-

---

diesen Artikel in meinem Briefe ganz hinausgehen, ihn auslassen. *restitueresque*, herstelltest. S. ep. CXCI, 2. CCI, 1. CCIV, 1. am Ende. *statueresque* e Graevii Cod. Sch. Lün. *ORELLI*. — *quo mea ratio... posset*, damit mir meine künftigen Amtsgeschäfte möglichst erleichtert und von Hindernissen befreiet würden. Ueber quo = damit dadurch s. Ramsh. §. 193, 1. Grotef. §. 403.

2. *ducam*. Sic scripsi coniect. *dicam* Cett. cum Md. De construct. *esse duco* vid. Moser ad II. *de Rep*. p. 562. *OR*. „Indem ich mich Dir für diesen Freundschaftsdienst für höchst verbunden erkenne." — *ii*. Md. Vict. 2. *hi*. — *neque enim... agetur*, denn die handelnden Personen stehen nicht so tief und die Sachen selbst sind nicht so unbedeutend, dass sie nicht aller Welt in die Augen fallen müssten. — *Sed haec fieri* cet. „Doch ich will lieber, dass diess durch die That, als durch mündliche oder schriftliche Worte zu Tage gelegt werde." Cicero hatte bereits Ursache an der Aufrichtigkeit des Appius zu zweifeln.

3. *itiner. m. ratio*, mein Reiseplan. — *ea res sic se hab.*, so wisse, dass es so damit steht. — *arbitrarer*. wie gleich nachher. Mart.-Lag. *arbitraretur*. — *per fore accomm*. st. peraccommodatum fore. Tmesis. — *si ad illam*. Vict. 2. coni. Lamb. Mart.-Lag. *si ad Sidam mar. prov. partem n.* Vulgatam defendit Matthiae *Epp. sel. p.* 128. Sane, oppidum partem provinciae dici, absurdum est. Hoc sentiens Sch. audacter: *si ad Sidam navibus*. *ORELLI*. Lünem. v. *mar. p. prov.* unc. inclus. Auch ep. CCXIII, 1. schreibt Cicero: nihil me tibi gratius facere posse, quam si *ad Sidam* navigassem. *Sida* (*Σίδη*), eine Aeolische Pflanzstadt in Pamphylien mit einem guten Hafen. Auf ihren Münzen Minerva mit einem

cyrae dixisset minime id esse faciendum: te Laodiceae fore ad meum adventum. Erat id mihi multo brevius multoque commodius, quum praesertim te ita malle arbitrarer.
4 Tua ratio postea est commutata. Nunc, quid fieri possit, tu facillime statues: ego tibi meum consilium exponam. Pridie Kal. Sextil. puto me Laodiceae fore: perpaucos dies, dum pecunia accipitur, quae mihi ex publica permutatione debetur, commorabor. Deinde iter faciam ad exercitum, ut circiter Idus Sextil. putem me ad Iconium fore. Sed si quid nunc me fallit in scribendo, — procul enim aberam ab re ipsa et a locis — simul ac progredi coepero, quam celerrime potero et quam creberrimis literis faciam, ut tibi nota sit omnis ratio dierum atque itinerum meorum. Oneris tibi imponere nec audeo quidquam nec debeo. Sed, quod commodo tuo fieri possit, utriusque nostrûm magni interest, [*ut te videam ante*] quam decedas. Quam facultatem si quis casus eripuerit, mea tamen in te omnia officia constabunt non secus ac si te vidissem. Tibi de nostris rebus nihil sum ante mandaturus per literas, quam desperaro coram
5 me tecum agere posse. Quod te a Scaevola petisse dicis,

Granatapfel (σίδη) in der Hand. — *itaque* = et ita *fecîssem.* — *L. Clodius.* S. ep. CXCIV, 1. — *Laodiceae.* Hier ist die Hauptstadt von Grossphrygien gemeint, einer der angesehensten Asiatischen Handelsplätze und zu Cicero's Provinz gehörig. — *ad m. adv.*, um die Zeit meiner Ankunft.

4. *tua ratio*, dein Plan. — *Pridie Kal. Sext.*, den 31. Iulius. Sic. Neap. Vict. 2. Lamb. Mart.-Lag. *propter* Md. male, ut solet, explicato compendio *PR. prope* malà coni. Asc. 1. Ald. Vict. 1. Graev. Ern. Sch. Lün. *ORELLI.* Nach ep. CCVII, 1. kam Cicero wirklich *pridie Kal. Sext.* zu Laodicea in Phrygien an. — *perp. dies.* Md. Vict. 1. *per paucos.* Ern. Mart.-Lag. Sch. Lün. *ibi perpaucos* ex antiquo suppl. *ubi perp.* Ed. 1584. *OR.* — *dum pecunia* cet., bis das Geld ausgezahlt ist, welches ich auf eine Anweisung der Schatzkammer zu erheben habe. — *circiter Id. Sextil.*, gegen den 13. August. S. Ramsh. §. 137, 4. Grotef. §. 226. — *Iconium*, Hauptstadt von Lycaonien, einem Theile von Cicero's Statthalterschaft. Sie ist noch ietzt unter dem Namen *Kuniah* oder *Cogni* die Residenz eines Pascha. — *si quid nunc me fall. in scrib.*, sollte sich in diesem Plane, den ich aus der Ferne Dir schreibe, ein Irrthum finden. — *quod comm. t. fieri poss.*, in sofern es mit Deiner Bequemlichkeit geschehen mag. Ueber *quod* s. Ramsh. §. 182. Not. 1. b. Grotef. §. 393. — *interest.* Ramsh. §. 114. Grotef. §. 240. — *ut te vid. ante* cet. ex antiquo suppl. Graev. Ern. Mart.-Lag. Sch. Lün. *magni in te quam decedam* (sic) Md. *magni interest, prius ut te conveniam, quam decedas* ex alio suppl. Ald. Vict. 1. 2. Lamb. *m. interest, prius conveniamus, quam decedas* ex alio suppl. Cld. Regii Lall. *magni interest, quando decedas.* Bened. *ORELLI. facult.*, Möglichkeit, Gelegenheit dazu. — *me tec. ag. posse*, sie mündlich mit Dir abthun zu können.

5. *Quod ... dicis*, was Deine Meldung betrifft (... so wisse).

ut, dum tu abesses, ante adventum meum provinciae praeesset; eum ego Ephesi vidi fuitque mecum familiariter triduum illud, quod ego Ephesi commoratus sum, nec ex eo quidquam audivi, quod sibi a te mandatum diceret. Sane vellem potuisset obsequi voluntati tuae: non enim arbitror noluisse.

EPISTOLA CCVI. (ad Div. VIII. 4.)

Scr. Romae Kal. Sextil. A. U. C. 703. (a. C. 51.)

Narrat Caelius Messalam et Servium trib. pl. design. condemnatos et Dolabellam XVvirum creatum; Lentulum repulsam tulisse. 1—2. Praeterea de comitiis, de actis in senatu, de Caesaris et Pompeii rationibus; denique de suis mandatis. 3—5.

CAELIUS CICERONI S. D.

Invideo tibi: tam multa quotidie, quae mirere, istuc perferuntur. Primum illud, absolutum Messalam: deinde eundem condemnatum: C. Marcellum consulem factum; M. Calidium ab repulsa postulatum a Galliis duobus: P. Dolabellam quindecimvirum factum. Hoc tibi non invideo, caruisse te pulcherrimo spectaculo et Lentuli Cruris repulsi vultum non vidisse. At qua spe, quam certa opinione descenderat! quam ipso diffidente Dolabella! Et hercules,

---

Ueber die Ergänzung durch *scito* s. Ramsh. §. 205, 3, b. — *a* Q. Mucio *Scaevola*, dem Sohne des berühmten Rechtsgelehrten Q. Mucius Scaevola, der 659 Consul war. S. (ad Famil. IV, 9?) ad Attic. IV, 16. ad Q. Fratr. III, 2. 3. II. ultim. Rupert. ad Pompon. de O. 1. III. 7. Iener hatte sich unter dem Consulate des Ahenobarbus und Appius Pulcher 700 als Tribunus Plebis der Optimaten sehr angenommen. — *nec* = aber nicht. S. Ramsh. §. 179, B, 7, b. — *potuisset.* Sic Vict. 2. Lamb. Graev. Ern. *potuissembsqui* superscr. *o* literae m. — *potuisse obsequi* Crat. Vict. 1. Bened. *potuisse eum obsequi* Mart.-Lag. Sch. Lün. Haud displicet. *ORELLI.* „Ich hätte wirklich sehr gerne gesehen, wenn er Dir zu Willen hätte sein können.

CAELIUS. S. zu ep. CXCII. im Anf.

1. *istuc* = *istoc* (zu Dir) Md. Crat. Vict. 1. 2. Graev. Bened. — *absol. Messal.* S. ep. CCII, 1. — C. Claudium *Marcellum* cum L. Aemilio Paullo *c. f.* 704. Vid. ep. 202, 2. *de comit. cons.* ad Famil. VIII, 7. XV, 8. Brut. c. 64. Sull. c. 6. — *M. Calidium.* Intelligitur nempe M. Calidius orator, quem a duobus fratribus Galliis de ambitu accusatum esse eo verisimilius est, quia ipse quoque eorum alterum Q. Gallium accusaverat, quem Cicero defendit. cf. Brutus c. 79. Idem legitur ap. Valer. Max. VIII, 10. Idem Caelius significat ep. 211. his verbis: *Calidius in defensione sua fuit disertissimus, in accusatione satis frigidus. SCH.* — *ab repulsa* = post repulsam consulatus. Praetor enim Calidius fuerat Lentulo et Metello coss. (697). *MANUT.* Sic scripsi (*a prepulsa* Md.) = *a repulsa* Cett. *ORELLI.* — *P. Dolabellam,* forte eundem,

nisi nostri equites acutius vidissent, paene concedente adversario superasset.
2 Illud te non arbitror miratum, Servium, designatum tribunum plebi, condemnatum: cuius [*in*] locum C. Curio petiit. Sanequam incutit multis, qui eum facilitatemque eius non norunt, magnum metum: sed, ut spero et volo et ut se fert ipse, bonos et senatum malet: totus, ut nunc est, hoc scaturit. Huius autem voluntatis initium et causa est, quod eum non mediocriter Caesar, qui solet infimorum hominum amicitiam sibi qualibet impensa adiungere, valde contempsit. Qua in re mihi videtur illud perquam venuste cecidisse; quod a reliquis quoque usque eo est animadversum, ut Curio, qui nihil consilio facit, ratione et insidiis usus videretur in evitandis iis consiliis, qui se intenderant adversarios in eius tribuna-

---

apud quem praetorem urbanum est acta causa Caecinae. Vid. Caec. c. 8. — *quindecimv.* custodiendis libris Sibyllinis. Dem Priestercollegio der Funfzehnmänner kam es ausschliesslich zu, die Sibyllinischen Bücher auf Befehl des Senats um Rath zu befragen und die dabei üblichen Opfer zu verrichten. Nur Patricier oder Plebeier aus den edelsten Familien konnten zu dieser Würde gelangen. — *et L. Lent. Cruris rep. v. n. vid.* „und das Gesicht nicht gesehen hast, das Lentulus Crus machte, als er durchgefallen war.“ Es ist derselbe, der 696 Prätor war und 704 zum Consul des folgenden Iahres erwählt wurde. — *descenderat*, war er auf den Wahlplatz gekommen! — *adversario* Dolabella.

2. *Servium.* Wer? ist unbekannt. — *plebi* der Genit. = plebis. S. Ramsh. §. 25. Anm. 1. — *condemnatum* de ambitu, quod tribunatum largitione consecutus esset. *SCH.* — [*in*] *locum.* Sic Markland *Remarks p.* 62. 2. *cuius locum* Cett. cum Md. *ORELLI.* — C. Scribonius *Curio* C. filius, ad quem sunt Ciceronis Epistolae II. ad Famil. Vid. ad Attic. 1, 14. (XIX) etc. — *facilit.*, seine Gutmüthigkeit, Lenksamkeit. — *ut se fert ipse*, aus seinem Benehmen zu schliessen. — *malet*, er wird sich lieber an die Wohlgesinnten und an den Senat anschliessen. Bened. *mallet.* — *totus... hoc scaturit*, sprudelt er über und über von Patriotismus. — *autem.* Sic Md. Crat. Vict. 1. 2. Lamb. Graev. omis. *autem* Neap. Asc. 1. Ern. Bened. Sch. Lünem. — *amicitiam.* Sic Md. Vict. 2. *amicitias* Cett. *ORELLI.* — *ut* mit seinem Verb. *usus videretur* dient zur Erklärung von *illud cecidisse* und *usque eo.* S. Ramsh. §. 183, 2. Grotef. §. 396. — *consilio*, mit Ueberlegung. — *ut ratione et insid. us. vider.*, dass er diessmahl viele Besonnenheit und viel List gebraucht zu haben scheint, um die Maasregeln Derer zu vereiteln, welche ihm in seiner Bewerbung um das Tribunat entgegen arbeiteten. — *in evit. iis.* Sic Md. Vict. 1. 2. Bened. del. *iis* Graev. *eorum* Crat. (ante Manutium) Ern. Sch. Lün. *ratione et consiliis u. v. in ev. eorum insidiis* Lamb. *ORELLI.* — *Laelios.* Sed *Lollios* de Manut. coni. prob. Lamb. Sch. Lün. *OR.* Recte sic Manutius: nam *Laelii* Pompeiani fuerunt, quod ex libris Caesar. de bell. Civil. III, 100. intelligitur. *SCH.* — *Antonios.* Ex. grat. M. Antonius, oratoris nepos, 702 quaestor Caesaris erat in Gallia (vid. Philipp. II, 20. ad Famil. VIII, 14); et 703 tribunus plebis Pompeianis Cae-

tum: Laelios et Antonios et id genus valentes dico. Has 3
ego tibi literas eo maiore misi intervallo, quod comitiorum dilationes occupatiorem me habebant et exspectare in dies exitum cogebant, ut, confectis omnibus, te facerem certiorem. Ad Kalendas Sextiles usque exspectavi. Praetoriis morae quaedam inciderunt. Mea porro comitia quem eventum sint habitura, nescio: opinionem quidem, quod ad Hirrum attinet, incredibilem aedilium plebis comitiis nacta sunt. Nam M. Caelium Vinicianum mentio illa fatua, quam deriseramus olim, et promulgatio de dictatore subito deiecit et deiectum magno clamore insecuta est. Inde Hirrum cuncti iam non faciendum flagitare. Spero te celeriter et de nobis, quod sperasti, et de illo, quod vix sperare
ausus es, auditurum. De re publica iam novi quidquam 4

---

sarem oppugnantibus restitit intercessitque 704, ne senatus consultum de Galliarum successione fieret: quo facto ad Caesarem fugit. Vid. Manut. ad Famil. XVI, 11. ad Attic. X, 8. — *id genus valentes*, die für Leute der Art gelten, andere Wichte dieses Schlages, nämlich Cäsarianer.

3. *occup. me hab.*, mir Mehr als gewöhnlich zu thun machten. S. Ramsh. §. 171. II. A. 2. Grotef. §. 324. Anm. — *Praetoriis* comitiis, die Comitien zur Prätorwahl sind auf einige Hindernisse gestossen. — *Mea porro comitia* i. e. aedilibus creandis (S. ep. CCII, 2. et CCIII, 1.) Delev. *comitia* ut superfluam vocem Lamb. Der Wahl der Aediles curules pflegte die Wahl der Aediles plebeii voranzugehen. — *incred.* i. e. magnam *opin.*, scil. Hirrum repulsam laturum, id quod deinde accidit. — *nacta sunt*, weil, als bei der vorangehenden Wahl der Plebeiischen Aedilen Caelius und Hirrus sich um die curulische Aedilität abermahls beim Volke bewarben, sich diese öffentliche Meinung über Hirrus kund gab. Vergl. ep. CCII, 2. CCIII, 1. am Ende. — *M. Cael. Vinicianus* (Md. Neap. Asc. 1. Crat. Vict. 1. 2. Lamb. *Vicinianum* cfr. *Script. de Bello Alex.* c. 77.) hatte früher als Tribunus plebis den Pompeius mit aller Gewalt zum Dictator machen wollen. Desshalb ward er, als er sich mit Caelius Rufus und Hirrus um die curulische Aedilität bewarb, schmählich zurückgewiesen. Dem zufolge musste auch Hirrus, der dasselbe gewollt und betrieben hatte, abgewiesen werden. — *mentio illa fatua* i. e. illa lex, quam ad populum retulit (iener alberne Antrag), et *promulgatio* bezieht sich beides auf die Worte *de dictatore* scil. Pompeio creando. — *deiecit* scil. aedilitate, hat ihn um die Hoffnung gebracht, Aedil zu werden. — *et deiectum magno clamore insecuta est* statt ita ut deiectum magno clamore plebs insequeretur. — *Inde Hirrum c. iam non fac. flagitare.* Nempe omnes clamabant Hirrum eadem de causa non esse faciendum aedilem curulem. Atque ex his clamoribus, voluntatis populi indicibus, Caelius colligebat Hirrum aedilitate deiectum iri. *SCH.* Sic Vict. 2. Graev. Rost. *Spec.* 2, *p.* 8. *cuncti an non* Md. Vict. 1. Ern. *cuncti non* Sch. Lün. *cuncti iam ad non.* Lamb. *cuncti ad non.* Cld. Reg. Crat. Lall. Bened. *ORELLI.* Ueber den Infinit. hist. *flagitare* s. Ramsh. §. 168, 5. Grotef. §. 170. — *auditurum*, nämlich dass ich erwählt und iener durchgefallen sei.

4. *exspectare desier.*, folglich konnte er bis dahin ihm auch

exspectare desieramus: sed quum senatus habitus esset ad Apollinis a. d. xi. Kalend. Sext. et referretur de stipendio Cn. Pompeii, mentio facta est de legione ea, quam expensam tulit C. Caesari Pompeius, quo numero esset, quo appeteretur. Quum Pompeius: „esse in Gallia:" coactus est dicere Pompeius, „se legionem abducturum, sed non statim sub mentionem et convicium obtrectatorum:" inde interrogatus [*est*] de successione C. Caesaris: de qua, hoc est, de provinciis, placitum est, ut quam primum ad urbem reverteretur Cn. Pompeius, ut coram eo de successione provinciarum ageretur. Nam Ariminum ad exercitum Pompeius erat iturus: et statim iit. Puto Idib. Sextil. de ea re

---

Nichts neues berichten. *ad Apoll.* aedem. — *a. d. xi. Kal. Sext.* am 22. Iulius. — *et referretur* a consule *de stip. Cn. Pomp.* über den Sold für die Truppen des Pompeius, welche dieser theils in Spanien unter den drei Legaten Afranius, Petreius und Varro, theils zu Ariminum hatte. — *mentio facta* est a L. Aemilio Paullo consule designato. — *quam expensam tulit* i. e. tradidit, des Staats und der Freundschaft wegen überlassen hatte. Cäsar hatte ihn darum gebeten, weil er einen bedeutenden Aufstand befürchtete. S. de Bell. Gall. VI, 1. — *quo numero esset*, und gefragt wurde, ob sie zu dem Heere des Pompeius oder Cäsars zu rechnen sei und wozu Cäsar sie verlangt habe. — *Quum Pompeius* respondisset, hanc legionem *esse in Gallia.* — *dicere Pompeius.* Sic Md. Neap. Bened. Facile careremus altero v. *Pompeius*, quod omittit Neap. Sed ex Caelii stilo significare videtur: „*coactus est dicere ipse ille homo superbus.*" Ceteri violentâ coni. *quum ex Gallia coactus esset* (*est* Vict. 2.) *dicere Pompeius. ORELLI.* — *abduct.*, er würde die Legion zurück berufen. — *sub ment.* cet. „damit es nicht aussähe, als ob es der Anfrage wegen geschähe, welche die Missgünstigen, um ihn zu verunglimpfen, sich herausgenommen hätten." Man bemerkt, dass man schon ietzt in die Aufrichtigkeit der Gesinnung des für das folgende Iahr ernannten Consuls Paullus gegen die Partei des Pompeius und der Optimaten einigen Zweifel setzte, ungeachtet er und C. Marcellus zu Consuln erwählt waren, weil sie für erklärte Feinde des Cäsars angesehen wurden. S. Appian. de Bell. Civ. II, 26. Es schien, als ob Paullus durch seine Anfrage den Pompeius bei der optimatischen Partei verdächtig machen, anderer Seits aber mit dem Cäsar entzweien und zum offenbaren Bruch nöthigen wollte. Cäsar bestach wirklich den Paullus auf die Art, dass er ihn bewog 3,600,000 Flr. von ihm anzunehmen, um eine Basilika auf dem Marktplatze dafür zu erbauen, mit dem geheimen Artikel: er könne in Cäsars Beutel so tief, als es beliebte, eingreifen, ohne Rechnung abzulegen. — *interrogatus* [*est*] *de succ. C. Caes.*, „man fragte ihn hierauf um seine Meinung, ob dem Cäsar ein Nachfolger in Gallien zu geben sei." Addidi *est* cum Lamb. Sch. *OR.* — *hoc est*, *de provinciis* Ern. [ ] del. Sch. Lün. Eine Glosse! — *quam primum*, sobald als möglich; ie eher, ie lieber; ehestens: wie ad Div. II, 6. u. 19. XIII, 6. Tuscul. 1, 2, 68. S. Ramsh. §. 156. 3, a. Grotef. §. 281. Anm. u. §. 390. Zus. 3. — *ut* = damit. — *provinc.*, Galliarum. — *Ariminum*, ietzt Rimini, diesseits des Flusses Rubicon, der damahls die Grenzlinie

actum iri. Profecto aut transigetur aliquid, aut turpiter intercedetur. Nam in disputando coniecit illam vocem Cn. Pompeius: „Omnes oportere senatui dicto audientes esse.“ Ego tamen sic nihil exspecto, quomodo Paullum, consulem designatum, primum sententiam dicentem. Saepius te admoneo de syngrapha Sittiana: cupio enim te intelligere eam rem ad me valde pertinere. Item de pantheris, ut Cibyratas arcessas curesque, ut mi vehantur. Praeterea nuntiatum nobis et pro certo iam habetur, regem Alexandrinum mortuum. Quid mihi suadeas, quomodo regnum illud se habeat, quis procuret, diligenter mihi perscribas. Kalendis Sextil.

---

zwischen Gallien und Italien machte. Ueber *erat iturus* s. Ramsh. §. 164, Anmerk. 1. b. Grotef. §. 173. — *Idib. Sextil.*, am 13. August. — *transigetur aliquid*, man wird sich in einen Vergleich (mit Cäsar) einlassen müssen. — *aut turp. interced.*, „oder der Senat, die optimatische Partei setzt sich einer schmählichen Protestation aus.“ Schmählichen? Also scheint Cälius es noch mit den Optimaten zu halten. Im folgenden Iahre als Aedil änderte er seine Gesinnung, sei es aus Hass gegen den Censor Appius oder aus Freundschaft gegen den Tribun Curio. S. ad Div. VIII, 12. 13. 17. (CCLXXIX. CCLXXII. CLXXVI.). — *in disp.*, während über die Sache hin und her gesprochen wurde. — *coni. ill. voc.*, liess P. das Wort fallen. — *sen. dict. aud. esse.* S. Ramsh. §. 116, 2, N. 3. Die dem Cäsar ergebenen Tribunen liessen diese Aeusserung schwerlich auf die Erde fallen. — *Ego tamen sic* cet., „Ich bin auf Nichts so gespannt, als wie Paullus sich aus der Sache ziehen werde.“ Denn er stand im Verdacht, dass er den mächtigen Einwirkungen des Cäsars nicht werde widerstehen können. Als Consul designatus ward er zuerst um seine Meinung befragt.

5. *de syngraph. Sittiana.* S. ep. CCII, 2. — *de Pantheris.* S. ep. CCII, 2. — *Cibyratas*, die Einwohner von *Κίβυρα* in Cilicia aspera an der Grenze zwischen Phrygien und Pisidien waren als gute Iäger bekannt. S. ep. CCL. Plin. H. N. V, 27. Liv. XXXVIII, 14. u. 15. Zu *Cibyratas* suppliren Andere *pantheras*. Vgl. iedoch ep. CCXI, 3. — *ut mihi vehantur.* Sic Md. Vict. 1. 2. Bened. *mihi ut vehantur* Crat. Lamb. *ut mihi venentur* scil. Cibyratae: ex antiqua, sed inutili coniect. Graev. Ern. Sch. Lün. *ORELLI.* — *regem Alexandrinum* Ptolemaeum quadriennio ante a Gabinio Syriae proconsule restitutum. cf. ep. 92. *MANUT.* Cälius hatte vermuthlich eine starke Forderung an den verstorbenen Ptolemäus. — *quid mihi suadeas*, um zu meinem Gelde wieder zu kommen. — *quis procuret*, wer dort an der Spitze der Regirung stehe? Photinus, der Eunuch des dreizehniährigen Königs Ptolemaeus XII. Dionysus, auf dessen Rath Pompeius bei seiner Landung in Aegypten getödtet wurde.

EPISTOLA CCVII. (ad Att. V. 15.)

Scr. Laodiceae a. d. III. Non. Sextil. A. U. C. 703. (a. C. 51.)

Iterum Atticum rogat, ut curet, ne sibi onus provinciae administrandae ultra annum prorogetur; paucis aliis interspersis. 1—3.

CICERO ATTICO S.

Laodiceam veni pridie Kal. Sext. Ex hoc die clavum anni movebis. Nihil exoptatius adventu meo, nihil carius. Sed est incredibile, quam me negotii taedeat. Non habet satis magnum campum ille tibi non ignotus cursus animi et industriae meae praeclara opera cessat. Quippe; ius Laodiceae me dicere, quum Romae A. Plotius dicat? et quum exercitum noster amicus habeat tantum, me nomen habere duarum legionum exilium? Denique haec non desidero; lucem, forum, urbem, domum, vos desidero. Sed feram, ut

---

1. *Laodiceam*, einer der ansehnlichsten Städte in Grossphrygien und der ersten in seiner Provinz. S. ad Famil. XIII, 67. (DIX). — *Ex h. d. clav. anni movebis*, mache Dir also ein Erinnerungszeichen, dass von diesem Tage das Iahr meiner Statthalterschaft anfängt.“ Vgl. ep. CCIV, 1: „Ex ea die... παράπ. ἐνιαυσ. commoveto.“ In alten Zeiten schlug man, weil man nicht schreiben konnte, iährlich einen Nagel in die Wand, um nach diesen Nägeln die Iahre zu zählen. S. Liv. VII, 3. Horat. Od. III, 24, 5. Petron. 135. — *negotii*, die Rolle, die ich hier spielen muss. — — *campum*, in quo vagari late liceat, kein für seine Thätigkeit hinreichendes Feld. So metaphor. gebraucht ist *campus* de Orat. III, 31. de Officc. I. 18. Acadd. IV, 35. Philipp. XIV, 4: campus ad laudem. — *cursus animi*, die Lebhaftigkeit meines Geistes. Die Metapher ist vom Wettrennen entlehnt. S. Horat. Epist. 1, 18, 51. Orat. 1, 32. — *cessat*, und meine rühmliche Betriebsamkeit liegt hier brach. Vgl. zu diesem Tropus Virgil. Georg. 1, 70: agri cessant. — *Quippe* = ei sieh doch! Ironisch. Ramsh. §. 187. — *ius... dicere*, ich soll den Prätor zu Laodicea machen, während ein A. Plotius zu Rom Prätor ist? „Aulus Plotius Silvanus, vielleicht derselbe mit A. Plautius, der 706 als Proprätor Bithynien und den Pontus erhielt (ad Famil. XIII, 29.), war zwei Iahre vorher Aedil gewesen. S. Planc. c. 7. Wenigstens hielt er mit Cn. Plancius um die Aedilität an. — *noster amicus* C. Cassius (s. CCXIV, 1.), der mit mir in Hinsicht der Würdigkeit nicht zu vergleichen, noch nicht Consul, sondern nur Quästor gewesen ist. Andere wollen *amicus* auf Bibulus deuten, der aber noch nicht zur Provinz gekommen war. S. ep. CCXIV. CLXXXVII, 2. bes. CCVIII, 4. — *me nomen* cet., ich soll nur über ein Paar so schmächtiger Legionen, dass sie diesen Namen kaum verdienen, zu befehlen haben? Sic distinguunt (cum Corrado) Graev. Ern. Sch. Lün. *habeat, tantum me* cet. Priores, *ORELLI*. „Ego duas tantum legiones ac ne legiones quidem, sed nomen dumtaxat legionum habeo.“ Tres enim cohortes aberant. Vid. ep. CCXIII, 5. ad CLXXXVII, 2. *MANUT*. Ueber die Infinit. c. accus. im Ausruf und in der Frage s. Ramsh. §. 168, 6. Grotef. §. 311. Anm. — *Denique* = Doch kurz, endlich herausgesagt; dass ich es kurz heraussage, aliis omissis.

potero: sit modo annuum. Si prorogatur, actum est. Verum perfacile resisti potest: tu modo Romae sis. Quaeris, 2
quid hic agam? Ita vivam, ut maximos sumptus facio. Mirifice delector hoc instituto. Admirabilis abstinentia ex praeceptis tuis: ut verear, ne illud, quod tecum permutavi, versura mihi solvendum sit. Appii vulnera non refrico: sed apparent nec occuli possunt. Iter Laodicea faciebam 3
a. d. III. Non. Sext., quum has literas dabam, in castra in Lycaoniam: inde ad Taurum cogitabam, ut cum Moeragene signis collatis, si possem, de servo tuo deciderem.

— — Clitellae bovi
Sunt impositae, cillane; non est nostrum onus.

S. Ramsh. §. 177. — *lucem* = das grosse Publicum, die grosse Welt, das Auftreten und Gesehenwerden vor dem Publico im Gegens. von tenebrae, umbra. Vgl. Brut. c. 8: Isocrates luce forensi caruit; Harusp. 23: lucem non adspicere, carere publico. ad Q. Fratr. 1, 1, 2. (XXX): virtutem non latere in tenebris neque esse abditam, sed in luce Asiae cet.; de Senect. c. 4: in luce atque in oculis civium. — *forum*, als den Schauplatz seiner politischen und rednerischen Thätigkeit. — *annuum*, nur ein Iahr dauernd. — *prorogatur* provincia, wird mir meine Statthalterschaft verlängert; so ist es aus mit mir. Zu *actum est* erg. de me. — *Romae sis.* Iens. Asc. 1. Crat. *Romae praesto sis*, sei Du nur zu Rom = wenn Du nur zu Rom bist. Vgl. ep. CLXXXV, 1. CXCIII, 1: si modo es Romae; CXCV, 2. CXCVIII, 1. Ueber *modo* s. Ramsh. §. 190. Anm. 8. Grotef. §. 335, f. 422.

2. *quid hic ag.*, wie ich hier lebe? — *Ita vivam, ut.*, so wahr ich lebe, mit einem ungeheuern Aufwande aus eigenem Vermögen, de meo. Ueber diese Schwurformel s. Ramsh. §. 166, 3, N. 2. Grotef. §. 384. Anm. 5. — *hoc instituto*, an diesem Lebensplane, Vorsatze. — *abst. ex praec. t.*, In der That bewundernswürdig ist die Uneigennützigkeit, die ich mir Deinen Vorschriften gemäss zum Gesetze gemacht habe. S. ep. CXCV, 1. am Ende. CXCVI, 2. am Ende. CXCVIII, 5. CCI, 1: utemur ea palaestra, quam a te didicimus. — *quod tecum permutavi*, dass ich besorge, ich werde, um Dir die Wechsel, die Du auf mich gezogen hast, bezahlen zu können, neue Anleihen und Schulden machen müssen. Nempe literis suis Ciceroni pecunias assignaverat et pecuniam mutuam per procuratores suos in provincia ei dederat Atticus. v. *ERN.* Vgl. ep. CCI, 2: *permutationis* eius, quam tecum feci. — *Appii pulchri vulnera*, quae provinciae imposuit eius avaritia. cf. ep. 208. *MANUT.* *non refrico*, decke ich nicht vorsätzlich auf.

3. *a. d. III. Non. Sext.*, am 3. August. — *ut cum Moeragene* cet., „um den Möragenes wo möglich mit gewaffneter Hand zur Auslieferung Deines Sclaven zu zwingen.“ *Moeragenes*, ein Asiatischer Grieche und Räuberanführer, zu welchem ein Sclave des Attikus sich hingeflüchtet hatte. Cicero scherzt über die Kleinheit seines Heers. Iene Gegend am Taurusgebirge war iedoch ein Sammelplatz gefährlicher Räuber. S. ep. CCLII, 13: Moeragenes periit. — *decid.*, Asc. 2. Crat. *decernerem*, in Hinsicht Deines Sclaven die Sache ausmachte. — *Clitellae bovi* cet. Die Saumsattel wären dem Stier also aufgelegt; oder dem Esel? aber ich muss gestehen, zu

Sed feremus: modo, si me amas, sim annuus. Adsis tu ad tempus, ut senatum totum excites. Mirifice sollicitus sum, quod iam diu ignota sunt mihi ista omnia. Quare, ut ad te ante scripsi, quum cetera, tum res publica, cura, ut mihi nota sit. †Plura scribam tarde tibi reddituro. Sed dabam familiari homini ac domestico, C. Andronico Puteolano. Tu autem saepe dare tabellariis publicanorum poteris per magistros scripturae et portus nostrarum dioecesium.

---

dieser Last passt mein Rücken nicht." Eine sprichwörtliche Redensart, wenn man Iemandem ein Amt aufträgt, wozu er sich nicht schickt; wie Horat. ep. 1, 14, 43: optat ephippia bos piger, optat arare caballus = Niemand ist mit seinem Schicksale zufrieden. Zur Sache vergl. ep. CXCVI, 3: o! rem minime aptam meis moribus. *cillane*, vielleicht *cillone* od. cillove = asino (wie Phaed. 1, 15.) S. Petronius frag. XXXV, 2. vergl. mit Tacit. Histor. V, 3. u. 4. *κίλλος*, davon *κίλλιος, α, ον*, Dorisch der Esel. bei Hesych., der auch *κίλλαι* von *κίλλης* hat. Dieser Vers ist ein iamb. senar. „Sic Cod. decurt. Bos. probante Spengel in Caecilii Statii (cui haec tribuit) *Fragm.* p. 9. *illane* Cdd. Tornaes. Crusell. Marg. Crat. Md. a sec. m. Vict. 1. 2. *illa* Md. a prim. m. *plane* ex antiqua interpolatione *Ammian. Marcell.* 16, 5, 10. Manut. Lamb. Graev. Ern. Sch. Lün." *ORELLI.* — *annuus.* Sic Man. ut *Ep. ad Attic.* 17. §. 5. (CCIX): *ut annui essemus* (vgl. ep. CLXXXIV, 1. u. CCI, 3. *ut simus annui*). Sed. h. l. facilis fuit corruptio. *sit annus* Md. Oxon. 1. 2. Crat. Vict. 1. 2. *sit annuus* Asc. utraque, *sit annuum* Cdd. Malasp. Lamb. Bos. Sqq. ut §. 1. *ORELLI.* — *Adsis* Romae *ad tempus*, zu rechter Zeit. — *ut... excites*, um den ganzen Senat für mich in Bewegung zu setzen. Vict. 1. 2. Md. a prim. m. omis. *totum*, a sec. superscr. *tuum* = tibi deditum, propitium. — *ista omnia*, Alles Das, was bei Euch vorgeht. — *reddituro.* Certum hoc unum est *reddituro* corruptum esse ex *redditum iri*, ut saepissime hoc accidit in infinit. fut. pass. Quo circa sic fere legendum: *Plura scribam alias. Has sciebam tarde tibi redditum iri, sed dabam fam.* Verba ipsa neutiquam praesto. *ORELLI. Plura scribam* alias, quum is, cui hanc epistolam dedi, tarde eam redditurus sit. — *sed dabam* = daturus eram, ich wollte gern mitgeben. S. Ramsh. §. 163, 3, b. — *per magistros* cet., Briefe, die alsdann durch die Einnehmer der Weiden- und Hafenzölle in den Asiatischen Districten meiner Provinz richtig an mich gelangen werden. *scriptura.* Vgl. Plaut. Truc. 1, 2, 44. Cic. Manil. c. 6. Verrin. II, 10. 70. III, 71. V, 7. ad Div. XIII, 65. ad Attic. XI, 10. Varro R. R. II, 1, 16. II, 10. — *nostrar. dioeces.*, *διοικήσεων*, Asiaticarum illarum trium, quae Ciliciae provinciae adiectae erant, ut in ep. ad Div. XIII, 53. 67. (CCXXX. u. DIX.) tradit. *ERN.*

EPISTOLA CCVIII. (ad Att. V. 16.)

Scripta in via quum a Synnade in castra proficisceretur circa Idus Sextiles A. U. C. 703. (a. C. 51.)

Nuntiat provinciam ab Appio immaniter vexatam sua suorumque iustitia, abstinentia et clementia aliquantum recreari. 1—3. Praeterea Appium Tarsi forum agere, de Parthis silentium esse, Bibulum in provinciam nondum accessisse refert. 4.

CICERO ATTICO S.

Etsi in ipso itinere et via discedebant publicanorum tabellarii et eramus in cursu: tamen surripiendum aliquid putavi spatii, ne me immemorem mandati tui putares. Itaque subsedi in ipsa via, dum haec, quae longiorem desiderant orationem, summatim tibi perscriberem. Maxima ex- 2
spectatione in perditam et plane eversam in perpetuum provinciam nos venisse scito pridie Kal. Sextiles. Moratus triduum Laodiceae, triduum Apameae, totidem dies Synnade, audivimus nihil aliud, nisi imperata ἐπικεφάλια solvere non posse: ὠνὰς omnium venditas: civitatum gemitus, ploratus: monstra quaedam non hominis, sed ferae nescio cuius immanis. Quid quaeris? taedet omnino eos vitae. Levantur 3
tamen miserae civitates, quod nullus fit sumptus in nos neque in legatos neque in quaestorem neque in quemquam. Scito non modo nos foenum aut quod lege Iulia dari solet, non accipere, sed ne ligna quidem; nec praeter quattuor lectos et tectum quemquam accipere quidquam: multis locis ne tectum quidem, et in tabernaculo manere plerumque.

---

1. *discedeb.*, zurückgingen. — *eramus in cursu*, und ich eiligst weiter reisen wollte. *tamen* gehört zu *in ipso itinere et via.* — *spatii*, temporis. — *mandati*, nämlich Dir mit ieder Gelegenheit zu schreiben. — *orat.*, Bericht.

2. *exspectatione*, unter sehnlichster Erwartung, abseiten der dortigen Einwohner. — *Moratus* ist per Synesin statt *morati* Lamb. Oliv. mit *audivimus* verbunden. S. Ramsh. §. 206, a, 4. — *Laod. Apam. Synn.* drei der wichtigsten Handelsstädte in Grossphrygien. In den Ruinen von Laodicēa, Eski Hissar, nicht weit vom ietzigen Denizley od. Denisbi hausen nur Füchse; Apamēa verschwand im Mittelalter und *Synnas* oder *Synnada* (wessh. *Synnadae* Margo 1584) lag nicht fern vom ietzigen Flecken Khosrev Passa. Es wohnten hier Griechen mit Phrygern vermischt. — *imper. ἐπικεφ.*, die ihnen aufgelegte Kopfsteuer. — *ὠνὰς* = possessiones, Grundstücke. — *monstra quaedam non hominis* cet., die schrecklichsten Spuren von Verwüstung nicht durch einen Menschen, sondern durch irgend ein Raubthier, durch einen Kalydonischen Eber. Vgl. Verrin. III, 73: non furtum sed monstrum videbatur. Ovid. Metam. X, 553: monstrum culpae. Terent. Eunuch. II, 3, 42: nonne hoc monstri simile est. III, 4, 29: monstrum hominis.

3. *in quemquam* comitum meorum. — *lege Iulia.* S. zu ep. CXCVI, 2. Ueber *non modo non* Ramsh. §. 181, B. 1, N. Grotef.

Itaque incredibilem in modum concursus fiunt ex agris, ex vicis, ex domibus omnibus. Mehercule etiam adventu nostro reviviscunt iustitia, abstinentia, clementia tui Cicero-
4 nis. Itaque opiniones omnium superavit. Appius, ut audivit nos venire, in ultimam provinciam se coniecit Tarsum usque: ibi forum agit. De Partho silentium est: sed tamen concisos equites nostros a barbaris nuntiabant ii, qui veniebant. Bibulus ne cogitabat quidem etiam nunc in provinciam suam accedere. Id autem facere ob eam causam dicebant, quod tardius vellet decedere. Nos in castra properabamus, quae aberant bidui.

---

§. 340. — *ligna*, Brennholz. — *et* nach *ne quidem* = sed. — *ex domibus*, Ernesti susp. *ex oppidis.* Allein im Gegens. von *ex agris* werden unter *domus* hier domicilia s. aedificia continua (Heimathen) i. e. oppida verstanden. Vgl. Suet. Vitell. 2: Vitellius domo Nuceria. Dazu denke man sich, wie der Landmann in Asien wohnte und noch wohnt. Selten bei ihnen ordentlich gebaute Häuser, die den Namen domus von *δέμω* verdienten. — *opiniones*, Erwartungen.

4. *ut* = sobald. S. Ramsh. §. 189, IV. Grotef. §. 382. — *in ult. prov.* st. in ultimam provinciae partem, regionem. Ramsh. §. 152, — *Tarsus*, immer die Hauptstadt Ciliciens, der Hauptstandpunkt von Allem, was nach Oberasien und von da zurückging, durch eine philosophische und philologische Hochschule unter den ersten Kaisern Roms berühmt, die Vaterstadt des Apostels Paulus, in deren Vorstadt der Kaiser Iulianus Apostata begraben liegt. So arm sie geworden ist, so haben doch ietzt noch ihre Mauern eine Stunde im Umfange. — *forum agit*, wo er das Recht handhabt d. i. den regirenden Proconsul macht.“ Der Statthalter handhabte die Iurisdiction in den Gerichts- oder Kreisstädten seiner Provinz, wohin die Einbezirkten kommen und wo sie ihre Klagen anbringen mussten; civitates in id forum convenire debebant. S. Verrin. II, 15, extr. *Conventus iuridicus* ibi habitus est. — *De Partho.* S. zu ep. CCIV, 1. *otium Parthicum.* — *veniebant* ex Syriae confiniis. — *Bibulus*, der neue Proconsul von Syrien. S. zu ep. CLXXX, 1. Cassius als gewesener Quästor des unglücklichen Crassus befehligte indess noch daselbst die zusammengebrachten Reste des von den Parthern fast aufgeriebenen Heeres. S. Appian. de reb. Parthorum u. ep. CCXIV, 1. — *decedere* de provincia. — *properabamus*, wir eilen. Im Briefstiel. — *bidui* scil. spatio, wie CCIX, 1., was ad Divers. X, 17. (DCCCXXI.) dabei steht: *Ventidius bidui spatio abest ab eo.*

EPISTOLA CCIX. (ad Att. V. 17.)

Scr. in itinere ad castra paullo post superiorem a. U. C. 703. (a. C. 51.)

De sua et suorum abstinentia erga provinciales. 1—2. de Ciceronibus filiis ad Deiotarum missis. 3. de filia collocanda. 4. de provincia sibi non proroganda. 5. de Appio Tarsum profecto. 6.

CICERO ATTICO S.

Accepi Roma sine epistola tua fasciculum literarum: in quo, si modo valuisti et Romae fuisti, Philotimi duco esse culpam, non tuam. Hanc epistolam dictavi sedens in rheda, quum in castra proficiscerer, a quibus aberam bidui. Paucis diebus habebam certos homines, quibus darem literas.
Itaque eo me servavi. Nos, tamen etsi hoc te ex aliis au- 2
dire malo, sic in provincia nos gerimus, quod ad abstinentiam attinet, ut nullus teruncius insumatur in quemquam. Id fit etiam et legatorum et tribunorum et praefectorum diligentia. Nam omnes mirifice συμφιλοδοξοῦσιν gloriae meae. Lepta noster mirificus est. Sed nunc propero. Perscribam
ad te paucis diebus omnia. Cicerones nostros Deiotarus 3
filius, qui rex ab senatu appellatus est, secum in regnum. Dum in aestivis nos essemus, illum pueris locum esse bellissi-

1. *Philotimi*, eines Freigelassenen und Geschäftsbesorgers unseres Cicero zu Rom. S. ep. CLXXXVII, 3. CXCIII, 3. — *in rheda*, in meinem Reisewagen. S. Quinctil. 1, 5. §. 57. u. 69. Caes. de B. G. 1, 5. Constant. in Cod. Theod. VIII, 5, 8. — *bidui* s. d. vorig. Br. am Ende. — *habebam* = habeo, habiturus eram s. sum. S. Ramsh. §. 161, III, Anm. 2. 5. u. 7. — *eo me servavi* i. e. eo distuli scribere ipse, quae per librarium scribere nolui. *ERN.* „auf diese Gelegenheit also spare ich mich."

2. *tamen etsi* = *tametsi* Ern. Sch. Lün. Priores, ut nos. *ORELLI.* — *abstin.*, s. d. vorig. Br. §. 3. — *teruncius*, ein Heller. — *insumatur* a provincialibus in quemquam meorum. *ERNESTI.* — *συμφιλοδ.*, simul inserviunt gloriae meae. Vid. ep. CXCVI, 2. CXCVIII, 5. CCIV, 2. CCVIII, 3. — Q. *Lepta* war Praefectus fabrûm bei Cicero's Kriegsheere. Unter diesem Officier standen alle Zimmerleute, Schmiede u. s. w. S. ad Div. III, 7. (CCXLIV, 3.) ad Attic. VI, 8. (CCLXXXI). VIII, 3. IX, 12. 14. ad Fam. VI, 18. IX, 13. — *persrib.*, ich werde ausführlich schreiben.

3. *Cicer. nostros*, filium suum et Q. Ciceronis filium. — *in regnum* deduxit, in das kleine Reich seines Vaters, des ältern Deiotarus, der damahls noch lebte und vom Senate zur Belohnung seiner Anhänglichkeit an die Römer im Mithridatischen Kriege durch Pompeius den Titel eines Königs erhalten hatte, da er vorher nur Galatiae s. Gallograeciae Tetrarches hiess. S. Orat. pro Deiot. c. 1. Philipp. XI, 12. 13. Harusp. Resp. 13, ad Famil. VIII, 10. Nach Cäsars Tode wurde er Alleinherr von Gallatia. S. Strab. XII. Sein Sohn war durch den ihm bewilligten Titel *rex* zum Kronprinzen erklärt. — *in aestivis* = während des Feldzuges. S. ep. CCIV, 2. am Ende.

4 mum duximus. Sestius ad me scripsit, quae tecum esset
de mea domestica et maxima cura locutus et quid tibi esset
visum. Amabo te, incumbe in eam rem et ad me scribe,
5 quid et possit et tu censeas. Idem scripsit Hortensium de
proroganda nostra provincia dixisse nescio quid. Mihi in
Cumano diligentissime se, ut annui essemus, defensurum
receperat. Si quidquam me amas, hunc locum muni. Dici
non potest, quam invitus a vobis absim. Et simul hanc
gloriam iustitiae et abstinentiae fore illustriorem spero, si
cito decesserimus: id quod Scaevolae contigit, qui solos
6 novem menses Asiae praefuit. Appius noster, quum me
adventare videret, profectus est Tarsum usque Laodicea.
Ibi forum agit, quum ego sim in provincia; quam eius in-
iuriam non insector. Satis enim habeo negotii in sanandis
vulneribus, quae sunt imposita provinciae. Quod, do ope-
ram, ut faciam quam minima illius contumelia. Sed hoc
Bruto nostro velim dicas, illum fecisse non belle, qui ad-
ventu meo, quam longissime potuerit, discesserit.

EPISTOLA CCX. (ad Div. VIII. 5.)

Scr. Romae mense Sextili A. U. C. 703. (a. C. 51.)

Metuere se significat Caelius ex Parthici belli fama ob paucitatem copiarum Ciceronis. 1. Addit de successione provinciarum eiusque tardidate. 2—3.

CAELIUS CICERONI S.

Qua tu cura sis, quod ad pacem provinciae tuae finitimarumque regionum attinet, nescio: ego quidem vehementer animi pendeo. Nam si hoc † more moderari possemus, ut

---

4. P. *Sestius* L. F. S. ad Attic. III, 20. (LXXV). III, 19. 23. IV, 3. ad Q. Fratr. II, 3. 4. — *cura*, de collocanda filia. S. ep. CCIV, 3. CLXXXVII, 1. u. 2. — *quid* de ea re *et possit* scil. fieri.

5. *in Cumano* bei seinem Abschiedsbesuche. S. ep. CLXXXV, 2. — *ut annui essemus*. S. zu ep. CCVII, 3. — *hunc loc. muni*, so stelle mich von dieser Seite sicher. — *illustr. spero, si cito d.* Vgl. ep. CXCVIII, 5: Proinde pugna, ne... turpis inveniar. — Q. Mucio *Scaevolae*. S. zu ep. CXLVIII, 26. Orat. p. Planc. c.13.

6. *Tarsum usque*. S. d. vorig. Br. §. 4. Ueber *usque* Ramsh. §. 136, 2. — *quum* = obgleich, da doch. Ramsh. §. 194, 2. — *insector*, ich ahnde. — *imposita* ab illo Appio, geschlagen sind. — *minima illius contumelia*, mit der möglichsten Schonung seiner Ehre. — M. Iunio *Bruto*, Appii genero, Caesaris interfectori. Vid. ad Attic. II, 24. V, 20. VI, 1. 3. — *qui* = dass er, c. coni. *discesserit*. S. Grotef. §. 403. — *quam long. pot.* Grotef. §. 390. Zus. 3. Ramsh. §. 156, 3, a. b.

CAELIUS. S. zu ep. CXCII. im Anf.

1. *animi pendeo*, mir wenigstens ist nicht sehr wohl dabei zu Muthe. S. Ramsh. §. 111, 2. Grotef. §. 244, 5. ausführl. Grammat.

pro viribus copiarum tuarum belli quoque exsisteret magnitudo et, quantum gloriae triumphoque opus esset, assequeremur, periculosam et gravem illam dimicationem evitaremus: nihil tam esset optandum. Nunc si Parthus movet aliquid, scio non mediocrem fore contentionem: tuus porro exercitus vix unum saltum tueri potest. Hanc autem nemo ducit rationem: sed omnia desiderantur ab eo, — tamquam nihil denegatum sit ei, quo minus quam paratissimus esset — qui publico negotio praepositus est. Accedit huc, quod 2
successionem futuram propter Galliarum controversiam non video. Tametsi hac de re puto te constitutum, quid facturus esses, habere: tamen, quo maturius constitueres, quum hunc eventum providebam, visum est, ut te facerem certiorem. Nosti enim haec tralaticia: de Galliis constituetur; erit, qui intercedat; deinde alius exsistet, qui, nisi libere liceat

---

§. 427. Zumpt §. 437. — †*more*. Sic Md. Crat. Beng. Bened. delev. *more* Cett. *hoc modo rem mod.* Beng. et Weiskii susp. *ORELLI.* — *moderari*, so einrichten. — *pro* = im gehörigen Verhältnisse zu. S. Grotef. §. 260. Zus. 1. Anm. 2. Ramsh. §. 150, 1. — *periculosam.* Sic Md. Neap. Asc. Crat. Vict. 1. 2. Bened. *periculosamque* Lamb. Graev. Ern. Sch. Lün. *OR.* — *dimicat.* = ein entscheidendes Treffen. — *movet aliquid* = molitur, Etwas von Bedeutung unternimmt. Ueber *aliquis* s. Ramsh. §. 160, 2. Not. 5. — *tuus* enim. — *saltum,* Pass. — *Hanc... rat.*, aber Das beherziget hier Niemand, darauf nimmt hier Niemand Rücksicht. — *desiderantur* = exspectantur. — *quo minus.* S. Ramsh. §. 193, 1. 2. Grotef. §. 403. Es wird darauf angespielt, dass man dem Cicero es abgeschlagen hatte, zur Verstärkung seines Heers in Italien Werbungen anzustellen. Man schien ihn den Parthern preis zu geben. S. zu ep. CLXXXVII, 2.

2. *propter Galliarum controv.*, wegen der Streitigkeit über Gallien: ob man nämlich den Cäsar aus Gallien abrufen solle, was nicht ohne ihn zu erbittern geschehen konnte. Cälius sieht im Voraus, dass, wann Consul Marcellus darauf dränge, die Volkstribunen dagegen protestiren würden, weil die durch die lex Vatinia u. Trebonia dem Cäsar übertragene gesetzmässige Zeit iener Statthalterschaft noch nicht verflossen sei. Er befürchtet desshalb, dass, wenn Cäsar in Gallien bliebe, auch die übrigen Statthalter, desgleichen Cicero nach Verfluss seines Iahrs keine Nachfolger erhalten dürften. Vgl. ep. CCVI, 4. — *constitutum ... habere.* S. Ramsh. §. 171, II, a. 2. Grotef. §. 324. Anm. Zumpt §. 634. Ueb. *tametsi... tamen* Ramsh. §. 191, 1, Grotef. §. 408. Zumpt §. 341. Anm. — *quo* = ut eo. Zumpt §. 536. Grotef. §. 403. Ramsh. §. 193, 1. *eventum,* diesen Fall. — *visum est* = volui mit folg. *ut*, der Deutlichkeit halben statt des accus. c. infin. S. Ramsh. §. 183, 2, Not. Grotef. §. 499. Anm. Zumpt §. 623. Lambin. *est te facere. OR.* — *tralaticia,* den wohl hergebrachten Gang. — *de Galliis* (sic Lamb. Graev. Bened. Sch. *Gallis* Cett. *OR.*) *const.*, es wird wegen Gallien zu einem Beschluss kommen. — *erit,* tribunus plebis, Caesaris amicus, *qui intercedat.* S. Ramsh. §. 184, 1. Grotef. §. 432. Anm. 2. Vier Tribunen protestirten. S. ep. CCXXIII, 6. — *alius* tribunus pl. Pompeii i. e. optimatum fautor, qui, quum impediri Gallias

de omnibus provinciis decernere senatui, reliquas impediat. Sic multum ac diu ludetur, atque ita diu, ut plus biennium
3 in his tricis moretur. Si quid novi de re publica, quod tibi scriberem, haberem, usus essem mea consuetudine, ut diligenter, et quid actum esset, et quid ex eo futurum sperarem, perscriberem. Sane tamquam in quodam incili iam omnia adhaeserunt. Marcellus idem illud de provinciis urget: neque adhuc frequentem senatum is efficere potuit. Hoc si praeterito anno Curio tribunus et eadem actio de provinciis introibit: quam facile tunc sit omnia impedire et quam hoc Caesari qui sua causa rem publicam non curent, † superet, non te fallit.

---

viderit, reliquas expediri non patiatur. *MAN. qui rel. impediat,* der bei den übrigen alsdann auch keine Veränderung zugeben wird. — *ludetur,* diess Spiel wird getrieben werden. — *in h. tricis moretur,* dass man über diesen Verwirrungen leicht mehr als zwei Iahre hinbringen dürfte. Cälius gebraucht das Verb. impersonaliter. *moreretur* Md. *moremur.* Ern. susp. *mora detur* Bened. susp. *ORELLI.*

3. *ex eo futurum*, daraus erfolgen werde. „Cälius hatte sich Cicero's Wink ep. CXCIX, 1. gemerkt. — *tamq. in quodam incili,* „aber Alles stockt ietzt wie in einem Graben ohne Abzug. S. Cat. R. R. 155. Colum. V, 9. „De Manut. coni. Graev. Ern. Sch. Lün. *in quodam in Cilicia* Md. Asc. 1. Bened. (ut Caelius his verbis carpat Ciceronem, quod lentus nimis et parum sedulus sit in pantheris sibi curandis. vid. ep. CCII, 2.) *vi quadam in Cilicia.* Crat. *in quodam silice* Vict. 1. 2. Lamb. *ORELLI.* — *urget,* bringt den Punkt wegen der Provinzen immer wieder in Anregung. — *neque* tamen *adhuc* (s. Ramsh. §. 179, B, b.) *pot.* „hat aber bisher nicht einmahl den Senat in gehöriger Anzahl zusammen bringen können.“ Um einen Schluss zu fassen, mussten wenigstens hundert Senatoren gegenwärtig sein. — *is.* Sic scripsi. *frequentem senatis* Md. omis. *is* Cett. *OR.* — *Hoc... praeterito anno* U. C. 703, wo er in diesem Monathe schon zum Volkstribunen für das Iahr 704 ernannt war. — *et eadem actio.* Sinn: Wenn Curio nach Verlauf dieses Iahrs als wirklicher Tribun mit derselben Verhandlung wegen der Provinzen auftreten wird u. s. w. Ueber Curio s. zu ep. CCVI, 2. CCXXV, 4. — *quam fac. tunc sit* (sic Lamb. Sch. *nunc* Cett. cum Md.) *omnia imp.,* wie leicht es dann sein dürfte Alles zu verwickeln und zu hemmen. Curio schien iedoch noch immer mit den Optimaten zu halten; eine Meinung, die Cälius nicht theilt. Auch Cicero ad Attic. VI, 2. (CCLVI) sagt: Curionis constantia omnia potius actum iri quam de provinciis und ad Famil. II, 13: eius inconstantiam se praevidisse. Cälius sah im Voraus, dass Curio den Cäsar nicht würde beleidigen wollen. Im folg. Briefe §. 3. (CCXLII) schreibt er: Curioni nostro tribunatus conglaciat. — *et quam... fallit.* Quum et Md. *superet* et Lambini *suppetat* sententiam idoneam nullam praebeat, legend. videtur *sperent:* „et quanto opere, haec omnis actio de provinciis ut impediatur, Caesari sperent ii, qui sua causa (propriae utilitati unice studentes) rempublicam non curent, non te fallit.“ *curent* certum videtur: nimis enim acerbum iudicium de uno Caesare continet singularis *curet:* verum quidem erat, sed non huius loci. *sperare* autem *alicui* recte dicitur, ut *metuere, timere alicui.* cfr. *ad Attic.* 1, 13. *a quo nihil speres boni rei publicae. ORELLI.*

EPISTOLA CCXI. (ad Div. III. 9.)

Scr. Romae IV. Non. Sept. A. U. C. 703. (a. C. 51.)

De Hirri aedilitate deiecti commutatis rationibus. 1. de provinciarum successione. 2. de pantheris sibi mittendis. 3. de Feridii negotio. 4. de Favonii praeturam petentis repulsa; de Pompeii et Scipionis in Caesarem animo; de Calidii orationibus. 5.

CAELIUS CICERONI S.

Sic tu, inquis, Hirrum tractasti? Immo, si scias, quam facile, quam ne contentionis quidem minimae fuerit, pudeat te ausum illum unquam esse incedere tanquam tuum competitorem. Post repulsam vero risus facit: civem bonum ludit et contra Caesarem sententias dicit; exspectationem corripit: Curionem prorsus Curionem non mediocriter obiurgatus: hac repulsa se mutavit. Praeterea qui nunquam in foro apparuerit, non multum in iudiciis versatus sit, agit causas liberales: sed raro post meridiem. De provin- 2
ciis, quod tibi scripseram Idibus Sextil. actum iri, interpellat iudicium Marcelli, consulis designati. In Kalendas [res] reiecta est; ne frequentiam quidem efficere potuerant.

---

1. *tractasti*, so hast Du also dem Hirrus mitgespielt? hör' ich Dich sagen. — *cont. fuerit*, wie es auch nicht den mindesten Kampf gekostet hat. — *illum*, so ein Wicht. — *incedere*, aufzutreten. — *competitorem* scil. in auguratu. Vid. CCIII, 1. CCII, 2, ep. CCVI, 3. — *risus facit*, macht er Spass aus der Sache. — *sententias dicit* in senatu, declamirt im Senate gegen Cäsar. — *exsp. corripit*, schilt auf alle Erwartungen. — *prorsus Curionem.* Sic Md. Neap. Asc. 1. Vict. 2. Inest iocus aliquis: *curionem* et maledicum et macilentum significare posse, disces e Forcellino. *Curionem prorsus non* Cett. *ORELLI.* Er schilt auf den Curio, weil er gegen die Erwartung der Optimaten ihre Partei nicht eifrig genug halte. Vgl. zu ep. CCX. *et eadem actio.* Als Tribunus plebis ging Curio wirklich öffentlich zu Cäsars Partei über. Cälius hat *obiurgatus* analog mit *iuratus*, *rebellatus* (Valer. Max. IX, 10.) als Deponens gebraucht. — *hac rep. se mut.* Sic Md. Crat. Vict. 1. 2. Bened. Sch. *obiurgat: hac* Ern. Lünem. *obiurgat ac* Graev. Lall. *obiurgat*; *scilicet hac.* Lamb. Poterant etiam: *obiurgat; sic hac*; vel: *obiurgat; totus hac. ORELLI.* — *Praeterea qui* = quum is, obgleich er. *in iudic.* in Rechtshändeln. — *agit c. lib.* i. e. parvi momenti, quales sunt liberales causae. *ORELLI. causae liberales* autem sunt, quibus, qui pro servo erat, in libertatem vindicabatur iudicio. *SCH.* Er tritt als Sachwalter für Leute auf, denen die Freiheit streitig gemacht wird. — *raro post merid.*, weil Leute seines Gelichters vor der Tafel in das Bad zu gehen und des Leibes zu pflegen gewohnt waren. *MANUT.:* Hirri patrocinio ita pauci sunt usi, ut raro post meridiem causas ageret.

2. *Idib. Sextil.*, am 13. August. S. ep. CCVI, 4. — *interpellat iudicium* C. Claudii *Marcelli*, diese Berathschlagung ist durch das Gutachten des Marcellus aufgehalten. — *reiecta est*, ward auf den 1. Sept. ausgesetzt. — *ne freq. quidem efficere potuerant*, denn die Consuln hatten es nicht einmahl dahin bringen können, dass am 13. August

Has literas a. d. IV. Non. Septembr. dedi, quum ad eam diem ne profligatum quidem quidquam erat. Ut video, causa haec integra in proximum annum transferetur: et, quantum divino, relinquendum tibi erit, qui provinciam obtineat. Nam non expeditur successio, quoniam Galliae, quae habent intercessorem, in eandem conditionem, quam ceterae provinciae, vocantur. Hoc mihi non est dubium: quo tibi magis scripsi, ut ad hunc eventum te parares.
3 Fere literis omnibus tibi de pantheris scripsi. Turpe tibi erit Patiscum Curioni decem pantheras misisse, te non multis partibus plures: quas ipsas Curio mihi et alias Africanas decem donavit: ne putes illum tantum praedia rustica dare scire. Tu, si modo memoria tenueris, et Cibyratas arcessieris itemque in Pamphyliam literas miseris — nam ibi plures capi aiunt — quod voles efficies. Hoc vehemen-

---

die Senatoren in gehöriger Anzahl erschienen wären. Die meisten wollten den Cäsar nicht beleidigen. Vgl. ep. CCX, 3. — *a. d. IV. Non. Septembr.*, den 2. Sept. — *profligatum* = paene ad exitum perductum, Nichts dem Ende nahe gebracht, abgethan; sondern noch Alles im weiten Felde war. Vgl. Tusc. Quaest. V, 6: quaestio profligata et paene ad exitum perducta est. ad Div. XII, 14: Quae res magna ex parte profligata est. Id. de Provinc. c. 14: oporteret ab eodem illa omnia, a quo profligata sunt, confici velle. Liv. III, 50: profligatam iam rem esse. — *transferetur* in, wird hinaus gespielt werden in's. — *relinquendum* i. e. in medio relinquendum atque ignorandum. Sic Md. Neap. Asc. 1. Bened. *relinquendus* Crat. Vict. 1. 2. Graev. Ern. Sch. Lün. *ORELLI. relinquendus.* Cälius nimirum auguratur Ciceroni post annum successum non iri: ut, si tamen anno finito decedere velit, ei sit aliquis in provincia relinquendus, qui eam eius nomine obtineat; id quod factum est. Nam Cicero reliquit in Cilicia Caelium quaestorem ad Attic. VI, 6. *SCH.* — *Nam... vocantur*, denn es wird Dir kein Nachfolger gegeben werden, weil Gallien mit den übrigen Provinzen auf gleichen Fuss gesetzt, in Hinsicht Galliens aber gegen die Forderung des Senats, dass Cäsar die Provinz verlassen solle, von den Tribunen u. s. w. protestirt wird.“ Zu *quoniam* vgl. zu ep. CXCVII, 4. gegen d. Ende; zur Sache das Ende des vorig. Br. — *quo tibi magis scripsi* = *quod tibi eo magis scr.* Lamb. — *eventum*, Fall.

3. *Patiscum*, ein Cilicischer Privatmann. S. ad Famil. II, 11. IX, 9. XII, 13. 15. Pigh. ad A. U. 709 (710). — *Curioni* funebre patris munus celebraturo. Vid. ep. CLVIII. et CLXIX. et CCII, 1. — *te non m. p. plures*, wenn Du mir nicht ungleich mehre schicktest. *multis partibus* = multo, um Vieles, um vielmahl. Vgl. Cic. ad Div. 1, 2. de Finibb. V, 31. III, 11. Caes. B. C. III, 80. B. G. V, 15. Cic. Verr. III, 19. duabus partibus amplius = zweimahl mehr. — *ipsas*, im Gegens. v. *alias*. S. zu ep. CCVI, 5. *de pantheris.* — *praed. rust.*, eine boshofte Anspielung auf einen etwanigen Versuch des Curio, die lex agraria wieder anzuregen. — *Cibyratas arcess.* und die Cibyratischen Iäger aufbötest. S. ep. CCVI, 5. — *quod voles efficies*, so würdest Du deren leicht so viele heraus- oder zusammenbringen, als Du wolltest. Ist nicht *quot* zu lesen? —

tius laboro nunc, quod seorsus a collega puto mihi omnia paranda. Amabo te, impera tibi hoc. Curare soles libenter, ut ego maiorem partem nihil curare. In hoc negotio nulla tua nisi loquendi cura est, hoc est, imperandi et mandandi. Nam, simulatque erunt captae, qui alant eas et deportent, habes eos, quos ad Sittianam syngrapham misi. Puto etiam, si ullam spem mihi literis ostenderis, me isto missurum alios. M. Feridium, equitem Romanum, amici 4
mei filium, bonum et strenuum adolescentem, qui ad suum negotium istuc venit, tibi commendo: et te rogo, ut eum in tuorum numerò habeas. Agros, quos fructuarios habent civitates, vult tuo beneficio, quod tibi facile et honestum factu est, immunes esse: gratos et bonos viros tibi obligaris. Nolo te putare Favonium a columnariis praeteritum: 5
optimus quisque eum non fecit. † Pompeius tuus aperte

---

seorsus. Sic Md. Vict. 2. Bened. = *seorsum* Cett. „ohne Zuthun meines Collegen.“ Unter diesem ist M. Octavius zu verstehen. S. ep. CCVI, 3. — *impera tibi hoc*, mach Dir die Erfüllung meiner Bitte zum Gesetze. — *libenter.* Sic Md. Recta distinctio est a Graevio optimo; acutissima urbanitate ac prorsus Caeliana. *impera tibi* (*ibi* Vict. 1.); *hoc cura. soles lib.* Crat. Vict. 1. 2. Lamb. *impera tibi hoc curae. Soles lib.* Graev. Ern. Ben. Sch. *hoc curare. Soles* Lün. *ORELLI.* — *curare* scil. soleo. — *imperandi* i. e. iubendi hoc fieri; *mandandi*, hoc negotium alicui committendi. — *ad Sitt. syngr.*, der Sittianischen Schuldverschreibung wegen. S. ep. CCVI, 5. u. s. w.

4. *istuc* = *istoc* Md. *quos fructuarios* i. e. e quibus fructus publice capiunt civitates, non omnes, sed pro parte ut in decimis. *ERN.* „Die Aecker, wovon gewisse dortige Ortschaften Fruchtgülten beziehen, von diesen Abgaben gütigst zu befreien (*immunes*, denn bis dahin waren sie tributarii.) *quod* (Orelli: *quoad?*).. *factu est.* Cälius setzt voraus, dass iene Ortschaften entschädigt würden.

5. *Favonium.* S. zu ep. XIX, 5. XXVI, 9. CXCVIII, 7. Sueton. Aug. 3. Er war ein Nachahmer des M. Cato und hatte mit diesem sich dem Tribun C. Trebonius tapfer widersetzt, als er darauf antrug, dem Crassus Syrien und dem Pompeius Spanien auf fünf Iahre zur Provinz zu übertragen. S. Cass. lib. 39. Unter dem Consulate des Calvinus u. Messala war er Aedil und hielt ietzt um die Prätur an, fiel aber durch. Cicero meinte, weil er *a columnariis* i. e. a vilibus et egenis civibus Caesari adhaerentibus (s. ep. CCVI, 2.) übergangen sei; Cälius aber sagt: im Gegentheil habe er, der eifrige Patriot, gerade die Vornehmsten unter den Optimaten gegen sich gehabt. Er gibt zu verstehen, dass diese schon zum Cäsar sich hinneigten, oder aber als Pompeianer den Erzrepublikaner anstössig fänden. *columnarii* schlechtes Gesindel, was sich in der Gegend der Mänischen Säule auf dem Foro umhertrieb = subrostrani, subbasilicani. — *praeteritum* scil. esse = repulsam tulisse, Vgl. Tuscul. V, 19: sapiens suffragiis praeteritur. Orat. Planc. 21: omnes aedilitate praeteritos. Liv. IV, 35. VI, 40. Caes. B. C. 1, 6. Im I. 704 hielt er iedoch um die Prätur wieder an, die er 705 bekleidete, als er dem Pompeius auf seiner Flucht nach Griechenland folgte, welchen er auch nach der Schlacht bei Pharsalus nicht

Caesarem et provinciam tenere cum exercitu et consulem esse. Ipse tamen hanc sententiam dixit, nullum hoc tempore senatus consultum faciendum: Scipio hanc, ut Kalend. Martiis de provinciis Galliis, neu quid coniunctim referretur. Contristavit haec sententia Balbum Cornelium: et scio eum questum esse cum Scipione. Calidius in defensione sua fuit disertissimus, in accusatione satis frigidus.

EPISTOLA CCXII. (ad Div. XV. 3.)

Scr. in castris ad Iconium III. Kal. Sept. A. U. C. 703. (a. C. 51.)

De rumore belli Parthici scribit et, cur publice nihil scripserit, rationem reddit. 1—2.

M. CICERO IMP. S. D. M. CATONI.

Quum ad me legati missi ab Antiocho Commageno ve-

---

verliess. S. ad Attic. IX, 6. Zu *non fecit* suppl. *praetorem* = eum praeteriit; zu *opt. quisque* vgl. Ramsh. §. 156, 1. Grotef. §. 279 u. 384. — † *Pompeius... Ipse tamen.* Sic dedi cum Beng. in App. *aperte non vult Caesarem prov.* cet. Lamb. *aperte Caesarem vetat* (si quid excidit, ac non potius corruptela inest in *aperte* v. c. *aegre fert*, id erit potius *prohibet*, propter similitudinem cum v. *et provinciam*) *et prov. tenere et consulem esse. Tamen* Ern. Sch. Lün. *ORELLI.* Zur Sache vgl. ep. 223, 9: " *Quid? si, inquit alius,* (Caesar) *et consul esse et exercitum habere volet?* u. ep. 260: *Valde autem non vult* (Pompeius) *et plane timet Caesarem consulem designari prius, quam exercitum et provinciam tradiderit.* — *de provinciis Galliis* male omittit Cd. Gorl.: nam tum *neu* locum non haberet. *ORELLI.* Scipionis sententia hoc postulabat, ut Kal. Mart. unice de provinciis Galliis, non coniunctim de ceteris quoque referretur. *SCH.* P. *Scipio* Nasica, P. ex Licinia Crassi filius (ad Attic. II, 1.) Pompeii M. collega 702 et eiusdem socer. Vid. Verrin. IV, 35. Dio Cass. XL. p. 144. Adoptatus erat a Metello Pio, unde Q. Caecilius Metelius Pius Scipio et modo P. modo Q. dicitur. Vid. Oudendorp. ad Sueton. Tib. 4. — *Balbum* Gaditanum, Caesaris amantissimum, pro quo exstat Ciceronis oratio. *MANUT.* — M. *Calidius.* S. zu ep. CCVI, im Anf. — *in accus.*, (da er) sonst bei seinen Anklagen ein ziemlich frostiger Redner (ist). Er legte eine solche Probe ab, als er den Q. Gallius anklagte, den Cicero vertheidigte. S. Brut. c. 79. §. 274.

M. CATONI. Marcus Porcius Cato war der Urenkel von Cato Censorius, eben der, welcher den Verlust der Freiheit durch Cäsar nicht ertragen konnte, sondern sich in Utica entleibte und davon den Beinamen Uticensis bekam. Die classischen Stellen, aus welchen Schmieder einen Abriss seines Lebens entworfen hat, sind Cic. de Offic. 1, 31. Parad. 1, 3. pro Mur. 2, 3. ad Attic. I, 14. pro Sext. 26. pr. Domo 8. 9. Liv. 105. 107. 108. Caes. Bell. Civ. 1, 30. 32. Cic. ad Div. VII, 3. VIII, 11. ad Attic. X, 16. Liv. 113. 114. Hirt. de Bell. Afric. 36. 88. Cic. Orat. 10. ad Attic XII, 41. Dieser Brief ist an Cicero geschrieben, bevor dieser von seiner Armee in Cilicien Imperator genannt wurde, welchen Titel er erst am 13. October erhielt. S. ad Attic. V, 20 (228). Es muss desshalb *IMP.* in der Unterschrift getilgt werden.

nissent in castra ad Iconium a. d. III. Non. Septembres iique mihi nuntiassent regis Parthorum filium, quocum esset nupta regis Armeniorum soror, ad Euphratem cum maximis Parthorum copiis multarumque praeterea gentium magna manu venisse Euphratemque iam transire coepisse dicique Armenium regem in Cappadociam impetum esse facturum: putavi pro nostra necessitudine me hoc ad te scribere oportere. Publice propter duas causas nihil scripsi: 2
quod et ipsum Commagenum legati dicebant ad senatum statim nuntios literasque misisse; et existimabam M. Bibulum proconsulem, qui circiter Idus Sextiles ab Epheso in Syriam navibus profectus erat, quod secundos ventos habuisset, iam in provinciam suam pervenisse; cuius literis omnia certiora perlatum iri ad senatum putabam. Mihi, ut in eiusmodi re tantoque bello, maximae curae est, ut, quae copiis et opibus tenere vix possumus, ea mansuetudine et continentia nostra, sociorum fidelitate teneamus. Tu velim, ut consuesti, nos absentes diligas et defendas.

---

1. *Antioch. Commagen.* s. Asiaticus, der Sohn von Antiochus X. od. Pius. Ihm hatte Pompeius der Grosse Syrien, welches er in eine Römische Provinz verwandelte, genommen und nur den nördlichen Theil desselben, Commagene, diesseits des Euphrats mit der Hauptst. Samosata, und den Königstitel gelassen. S. Plin. H. N. V, 24. Die Schwester desselben war die Gemahlinn des Parthischen Königs Orodes I. oder Arsaces XIV, dessen Sohn Pacorus gleichfalls bekannt ist. S. Dio XLIX. — *Iconium*, ietzt Kuniah oder Cogni, in Lycaonien, das auch zu Cicero's Provinz gehörte. S. ep. CCXII, 1. CCXIII, 6. CCXXII, 5. CCXXVIII, 2. — *a. d. III. Non. Septembr.*, am 3. September. *a. d. III. Kal. Sept.* (am 30. August.) de Manut. coni. Sch. Lün. *OR.* Aber Cicero war in's Lager bei Iconium am 26. Aug. gekommen, blieb daselbst 10 Tage (s. ad Attic. V, 20. od. ep. CCXXIX) und brach am 30. Aug. von da wieder auf. S. ad Attic. VI, 3. Vgl. zu ep. CCXLIII, 4. *castr. mea.* — *filium*, Pacorum. — *regis* Armeniorum, Artuasdis s. Artavasdis, qui Tigranis 1. filius fuit. S. ep. CCXIX, 2. CCXXVIII, 2. — *pro n. necess.* Cappadocien und dessen König Ariobarzanes standen überdiess unter besonderer Protection des Cato. S. ep. CCXXXVIII.

2. *Publice ... nihil scripsi*, einen amtlichen Bericht hab' ich noch nicht abgestattet. — *Idus Sext.*, um den 13. August. — *eiusmodi.* Sic. Md. Bas. Vict. 1. Bened. *huiusmodi* Cett. *OR.* — *opibus*, mit Gelde. — *possumus.* Sic Md. Crat. Vict. 1. 2. Lamb. Graev. Bened. *possimus* Bas. Erf. Ern. Sch. Lün. *OR.* Man hatte den Cicero weder mit Truppen noch Geld gehörig versehen. S. ep. CCVII, 1. — *mansuet.*, milde Amtsführung. — *teneamus*, Nonius *tueamur* in voc. *Continens.*

EPISTOLA CCXIII. (ad Div. III. 6.)

Scr. in itinere per Cappadociam init. mensis Sept. A. U. C. 703. (a. C. 51.)

Queritur congressum a se expetitum, ab Appio vitatum; ostendit tamen se ei fore amicissimum et, ut locum constituat, ubi convenire possint, sui itineris rationes demonstrat. 1—6.

M. CICERO S. D. APPIO PULCHRO.

Quum meum factum cum tuo comparo, etsi non magis mihi faveo in nostra amicitia tuenda, quam tibi, tamen multo magis meo facto delector, quam tuo. Ego enim Brundisii quaesivi ex Phania, cuius mihi videbar et fidelitatem erga te perspexisse et nosse locum, quem apud te is teneret, quam in partem provinciae maxime putaret te velle ut in succedendo primum venirem. Quum ille mihi respondisset, nihil me tibi gratius facere posse, quam si ad Sidam navigassem: etsi minus dignitatis habebat ille adventus et ad multas res mihi minus erat aptus, tamen ita me dixi
2 esse facturum. Idem ego quum L. Clodium Corcyrae convenissem, hominem ita tibi coniunctum, ut mihi, cum illo quum loquerer, tecum loqui viderer: dixi ei me ita facturum esse, ut in eam partem, quam Phania rogasset, primum venirem. Tunc ille, mihi quum gratias egisset, magno opere a me petivit, ut Laodiceam protinus irem: te in prima provincia velle esse, ut quam primum decederes: quin, nisi ego successor essem, quem tu cuperes videre, te antea, quam tibi successum esset, decessurum fuisse: quod quidem

---

APPIO PULCHRO. S. zu ep. CLXXX.

1. *meum factum*, mein Betragen. — *in amic. tuenda* = in mutuis nostrae amicitiae officiis tuendis, ohne in Ansehung der wechselseitigen Pflichten, deren Erfüllung unsere Freundschaft uns auflegt, parteiischer gegen mich als gegen Dich zu sein. *faveo* h. e. etsi in nostra amicitia tuenda non adeo mihi blandior, ut plus mihi tribuam quam tibi. *SCH.* — *Phania.* S. ep. CCV, 3. — *locum, quem. ... teneret*, was er bei Dir gelte. — *is* Ernest. susp. *ipse vel ille.* Rost. *iste.* — *in succed.* zur Uebergabe derselben. — *minus dignit.*, weniger Anständigkeit. Denn es sähe so aus, als wenn er sich in seine Provinz einschleichen wollte. Nahm er den Weg von Ephesus durch Grossphrygien, einen Hauptheil seiner Provinz, so konnte er sich sogleich den Städten Laodicea, Apamea, Antiochia und Iconium als Statthalter zeigen. — *ad m. res m. minus aptus*, in vieler anderer Rücksicht nicht der bequemste Ankunftsort. S. ep. CCV; 3. — *esse facturum.* Sic ut infra *respondi me ita esse facturum.* Neap. Asc. 1. Ald. Crat. Vict. 1. 2. Lamb. *dixisse fact.* Md. *dixi fact.* Graev. Ern. Mart.-Lag. Sch. Lün. *ORELLI.*

2. *L. Clodium.* S. ep. CCV, 3 am Ende. *in prima prov.* = in prima provinciae parte, im vordersten Theile der Provinz. S. Ramsh. §. 152, a. — *ut quam pr. decederes*, um Deinen Abzug zu

erat consentaneum cum iis literis, quas ego Romae acceperam, ex quibus perspexisse mihi videbar, quam festinares decedere. Respondi Clodio me ita esse facturum ac multo quidem libentius, quam si illud esset faciendum, quod promiseram Phaniae. Itaque et consilium mutavi et ad te statim mea manu scriptas literas misi: quas quidem ex tuis literis intellexi satis mature ad te esse perlatas. Hoc ego 3
meo facto valde delector: nihil enim potuit fieri amantius. Considera nunc vicissim tuum. Non modo ibi non fuisti, ubi me quam primum videre posses, sed eo discessisti, quo ego te ne persequi quidem possem triginta diebus, qui tibi ad decedendum lege, ut opinor, Cornelia constituti essent: ut tuum factum iis, qui, quo animo inter nos simus, ignorent, alieni hominis, ut lenissime dicam, et fugientis congressum; meum vero coniunctissimi et amicissimi esse videatur. Ac mihi tamen ante, quam in provinciam veni, 4
redditae sunt a te literae: quibus etsi te Tarsum proficisci demonstrabas, tamen mihi non dubiam spem mei conveniendi afferebas: quum interea, credo equidem, malevoli homines, — late enim patet hoc vitium et est in multis — sed tamen probabilem materiem nacti sermonis, ignari meae constantiae, conabantur alienare a te voluntatem meam: qui te forum Tarsi agere, statuere multa, decernere, iudi-

beschleunigen. — *cum iis.* Md. Vict. 2. *cum his literis.* — *quam f.* = wie sehr Du abzugehen eiltest. — *ex tuis literis.* omis. *literis.* Neap. Lamb.

3. *ibi.* Mart.-Lag. Sch. Lün. *tu ibi* contra Md. nämlich „zu Laodicea“ — *discessisti,* Du hast Dich zurückgezogen. — *eo, quo.* S. Ramsh. §. 203. IV, 4, 1. a. — *persequi* = einholen. — *Cornelia.* Quae lex L. Sullae dictatoris concedebat rectoribus provinciarum, ut per triginta dies post successoris adventum in provincia morari possent. *MANUT.* — *essent: ut* i. e. ita ut, so dass. — *iis.* Sic supplevi. *illis* Ald. Crat. Vict. 2. Lamb. Ern. Mart.-Lag. Sch. Lün. omis. *iis* Md. Vict. 1. Graev. Bened. *Rostius Spec.* 1, 10. *iis* ponendum censebat ante v. *alieni. OR.* — *ignorent.* Sic Md. Vict. 1. *ignorant* Ceteri. — *alieni*, abgeneigten. — *lenissime.* Sic Mart.-Lag. coni. Sch. Lün. *levissime* Ceteri cum Md. — *fugientis congr.*, das Benehmen eines Mannes, der einer Zusammenkunft ausweicht. — *amic.* Margo Crat. *amantissimi.*

4. *veni.* Sic Md. Vict. 1. 2. *venirem* Cett. *venissem* Md. Mart.-Lag. — *mei conveniendi*, zu einer Zusammenkunft mit mir. S. Ramsh. §. 169, 2. Grotef. §. 318. Ueber *Tarsum* s. zu ep. CCVIII, 4. — *et est in multis,* Md. Vict. 1. *et est enim in multis.* Fortasse: *et inest in multis. ORELLI.* — *sed tamen* = versteht sich iedoch, allerdings aber, weil sie einen nicht unwahrscheinlichen Grund zu solchem Gerede erwischt hatten. S. Ramsh. §. 206, B, 6*. 2. u. 181, B, 1. Grotef. §. 361. Zumpt §. 736. — *const.*, Beständigkeit in der Freundschaft. — *volunt. m.* statt me. S. Ramsh. §. 203, 7, b, 3. — *forum agere* cet., dass Du noch fortfahrest in Tarsus Gericht zu halten, Ver-

care dicerent, quum posses iam suspicari tibi esse successum: quae ne ab iis quidem fieri solerent, qui brevi tem-
5 pore sibi succedi putarent. Horum ego sermone non movebar: quin etiam, credas mihi velim, si quid tu ageres, levari me putabam molestia: et ex annua provincia, quae mihi longa videtur, prope iam undecim mensium provinciam factam esse gaudebam, si absenti mihi unius mensis labor detractus esset. Illud, vere dicam, me movet, in tanta militum paucitate abesse tris cohortes, quae sint plenissimae, nec me scire ubi sint. Molestissime autem fero, quod, te ubi visurus sim, nescio: eoque ad te tardius scripsi, quod quotidie te ipsum exspectabam: quum interea ne literas quidem ullas accepi, quae me docerent, quid ageres aut ubi te visurus essem. Itaque virum fortem mihique in primis probatum, Antonium, praefectum evocatorum, misi ad te, cui, si tibi videretur, cohortes traderes: ut, dum tempus anni esset idoneum, aliquid negotii gerere possem. In quo, tuo consilio ut me sperarem esse usurum, et amicitia nostra et literae tuae fecerant: quod ne nunc quidem despero. Sed plane, quando aut ubi te visurus sim, nisi ad
6 me scripseris, ne suspicari quidem possum. Ego, ut me tibi amicissimum esse et aequi et iniqui intelligant, curabo: de tuo in me animo iniquis secus existimandi videris nonnihil loci dedisse; id si correxeris, mihi valde gratum erit. Et, ut habere rationem possis, quo loco me, salva lege Cornelia,

---

ordnungen zu erlassen, Bescheide zu geben und Rechtshändel abzuthun. — *suspic.*, vermuthen. — *tibi esse succ.*, Dein Nachfolger habe sein Amt bereits angetreten. — *ab iis.* Md. Vict. 1. 2. *ab his.* — *sibi succedi*, Lamb. *successum iri.*

5. *si quid tu ageres*, wenn Du dergleichen thätest. — *levari... me p. molestia*, glaubt' ich Du nehmest mir eine Last ab. — *longa videtur.* Crat. Man. Lamb. *videretur.* Haud male. *ORELLI.* Illud melius, ex sensu Ciceronis si rem diiudices. — *undecim mensium*, weil er ihm die Arbeit eines Monaths abgenommen habe. — *Illud*, Das aber. *vero* ist ausgelassen, weil *vere* folgt. — *plenissimae*, die stärksten. Ohne diess war vor seiner Ankunft ein Aufstand unter der Armee gewesen, wodurch sie sich zerstreut hatte, so dass er sie erst wieder sammeln musste. S. ep. CCIV, 1. am Ende. CXCI, 2. — *evocatorum*, der alten Freiwilligen. Milites erant emeriti, subito ex agris in militiam evocati, quos Cicero ex senatus consulto in provincia contraxerat, ut ait ep. XV, 4. (CCXXXVIII.). *MANUT.* — *cui* = ut ei... illas tres *cohortes traderes.* — *idoneum.* S. ep. CCIX, 3. in aestivis. CCIV, 2. am Ende.

6. *iniquis*, Denen, die an unserm guten Vernehmen keinen Wohlgefallen finden. *secus exist... nonn. loci dedisse*, scheinst Du einigen Anlass dazu gegeben zu haben, dass sie anders von uns denken. Ueber *nonnihil* c. genit. s. Ramsh. §. 104, 1. 203, 1, b, 2, c. u. §. 173, 3. Grotef. §. 230. u. 231. — *corrigere*, wieder gut machen. — *habere rat.*, berechnen. — *salva lege*, ohne Verletzung

convenias, ego in provinciam veni pridie Kalendas Sextiles; iter in Ciliciam facio per Cappadociam; castra movi ab Iconio pridie Kalendas Septembres. Nunc tu et ex diebus et ex ratione itineris, si putabis me esse conveniendum, constitues, quo loco id commodissime fieri possit et quo die.

EPISTOLA CCXIV. (ad Att. V. 18.)

Scr. in castris ad Cybistra initio mensis Sept. A. U. C. 703. (a. C. 51.)

Narrat de rebus Parthicis petitque, ut Atticus diligenter curet, ne sibi provincia prorogetur. 1—3. Cicerones apud Deiotarum esse. Deinde petit, ut Atticus diligenter scribat. Denique se Bruti negotium probe curare significat. 4.

CICERO ATTICO S.

Quam vellem Romae esses, si forte non es! Nihil enim certi habebamus nisi accepisse nos tuas literas a. d. XIV. Kal. Sext. datas: in quibus scriptum esset te in Epirum iturum circiter Kal. Sextiles. Sed sive Romae es, sive in Epiro, Parthi Euphraten transierunt duce Pacoro, Orodi, regis Parthorum, filio, cunctis fere copiis. Bibulus nondum audiebatur esse in Syria. Cassius in oppido Antiochiae cum omni exercitu. Nos in Cappadocia ad Taurum cum exercitu ad Cybistra. Hostis in Cyrrhestica, quae Syriae pars proxima est provinciae meae. His de rebus scripsi ad senatum: quas literas, si Romae es, videbis, putesne reddendas, et multa, immo omnia: quorum *κεφάλαιον*, ne quid inter caesa et porrecta, ut aiunt, oneris mihi addatur aut

---

des Corn. Gesetzes. S. Ramsh. §. 172. u. 148, 2. Grotef. §. 329. — *Cornelia.* S. oben §. 3. — scito, *ego etc.* — *prid. Kal. Sext.*, am 31. Iulius. — *prid. Kal. Sept.*, am 30. August.

1. *nih. certi hab.* scil. utrum Romae an in Epiro esses. *SCH.* „Certiores facti sumus a libertis meis, eos accepisse literas tuas.“ *accepissemus literas* (omiss. *tuas*) Sch. Lün.; sed tum deberet saltem esse: *in quibus scriptum est.* (*accepisse nos* del. videbatur Ern.) *ORELLI.* Dieser Brief ist im Sept. geschrieben. S. ep. CCLII, 1. — *a. d. XIV. Kal. Sext.*, am 19. Iulius. — *Orodi.* Sic Ern. *Sch.* = *Orodis* Priores. *ORELLI.* S. zu ep. CCXII, 1. — *Cassius.* S. zu ep. CCVIII, 4. *Bibulus.* — *ad Taurum*, am Fusse des Taurus. S. ep. CCVIII, 2. — *Cybistra* (*τὰ Κύβιστρα*), eine alte Stadt des zweiten Cappadociens. S. Billerbeck Handb. der alten Geographie. Leipzig 1828. — *Cyrrhestica* (*Κυῤῥεστική*) eine Provinz Syriens, nach einem gleichnamigen Striche in Macedonien so genannt. Hier Zeugma, seit Alexanders des Grossen Zeit der gewöhnliche Uebergang über den Euphrat. S. Plin. V, 23, Strabo XVI. p. 1090. Vossius ad Melam p. 448. — *quas literas... videbis, putesne reddendas* esse, wenn Du noch zu Rom bist, so siehe ob Du meinest, dass dieser Bericht solle übergeben werden. — *et multa, immo omnia*, ich hätte Dir noch Vieles zu empfehlen oder vielmehr ich empfehle Dir Alles, was mich angeht. — *κεφάλ.* caput, Hauptpunkt, Hauptsache. —

temporis. Nobis enim, hac infirmitate exercitus, inopia sociorum, praesertim fidelium, certissimum subsidium est hiems. Ea si venerit nec illi ante in meam provinciam transierint, unum vereor, ne senatus propter urbanarum rerum metum Pompeium nolit dimittere. Quodsi alium ad ver mittit, non laboro: nobis modo temporis ne quid pro-
2 rogetur. Haec igitur, si Romae es: sin abes aut etiam si ades, haec negotia sic se habent: stamus animis et, quia consiliis, ut videmur, bonis utimur, speramus etiam manu. Tuto consedimus, copioso a frumento, Ciliciam prope conspiciente, expedito ad mutandum, loco; parvo exercitu, sed, ut spero, ad benevolentiam erga nos consentiente: quem nos Deiotari adventu cum suis omnibus copiis duplicaturi eramus: sociis multo fidelioribus utimur, quam quisquam usus esset: quibus incredibilis videtur et nostra mansuetudo et abstinentia. Delectus habetur civium Romanorum: frumentum ex agris in loca tuta comportatur. Si fuerit oc-
3 casio, manu; sin minus, locis nos defendemus. Quare bono animo es. Video enim te et, quasi coram adsis, ita cerno συμπάθειαν amoris tui. Sed te rogo, — si ullo pacto fieri poterit — si integra in senatu nostra causa ad Kal. Ian.

---

inter caesa et porrecta (in ipso articulo discessus mei) = wenn ich mich dessen am Wenigsten versehe. Sumpta similitudine a sacrificiis, quum inter caesa exta et porrecta sinistri quid accideret, ne litari posset. Verebatur Cicero, ne, quo tempore discessurus esset, eiusmodi quid accideret, ne posset discedere. *MANUTIUS.* — *subsidium*, Rückhalt. — *nec illi*, Parthi. — *ad ver*, gegen den Frühling. Ueb. *Pomp.* vgl. ep. CCXXV, 2. — *non laboro*, so hab' ich Nichts dagegen. — *temporis* provinciae administrandae.

2. *Romae es* = *es Romae* Md. *OR.* — *haec neg. sic. se hab.*, „so stehen die Sachen.“ Diese Worte beziehen sich auf das Folgende. — *stam. an.*, ich bin voll gutes Muthes. — *consiliis bonis uti*, die rechten Massregeln ergreifen. — *sper. etiam manu* nos stare, so hoffe ich, dass ich, kommt's zum Treffen, auch meinen Mann stehen oder mit Ehren bestehen werde. — *consed.*, wir haben uns gesetzt, gelagert. — *copioso a frumento*, reich in Hinsicht der Lebensmittel oder an Lebensmitteln. Ueber *a* = von Seiten s. Ramsh. §. 150, 1, d. omis. *a* Oxon. 2. Asc. Crat. Vict. 1. — *Ciliciam... conspic.*, von wo ich Cilicien nahe vor mir liegen sehe. conspicere = spectare, wohin zu liegen, gerichtet sein. Vgl. Verrin. V, 66. Caes. B. G. 1, 1. das. Moebius. Liv. XXVIII, 17. XXXIII, 17. Plin. H. N. IV, 22. *expedito ad mut.*, wo man nach Erforderniss leicht eine andere Stellung nehmen kann. — *ad benev... consent.*, einstimmig voll guten Willens gegen mich — *duplic.* ut essent omnino quattuor legiones; duas enim Cicero habuit. Vid. ep. 207. *MANUT.* — *usus esset.* Cd. Faërni *est.* Sed hoc dicit: „quam quisquam alius Procos. minus quam nos abstinens usus esset.“ *ORELLI.* — *locis*, durch's Locale, durch gute Stellungen.

3. *et* quidem, *quasi.* — *συμπάθ.*, die Theilnahme Deiner Liebe gegen mich d. i. wie theilnehmend und besorgt Dich Deine

manserit, ut Romae sis mense Ianuario. Profecto nihil accipiam iniuriae, si tu aderis. Amicos consules habemus, nostrum tribunum plebis Furnium. Verum tua est opus assiduitate, prudentia, gratia. Tempus est necessarium. Sed turpe est me pluribus verbis agere tecum. Cicerones 4
nostri sunt apud Deiotarum; sed, si opus erit, deducentur Rhodum. Tu, si es Romae, ut soles, diligentissime: si in Epiro, mitte tamen ad nos de tuis aliquem tabellarium, ut et tu, quid nos agamus, et nos, quid tu agas quidque acturus sis, scire possimus. Ego tui Bruti rem sic ago, ut suam ipse non ageret. Sed iam exhibeo pupillum neque defendo. Sunt enim negotia et lenta et inania. Faciam tamen satis; tibi quidem, cui difficilius est, quam ipsi. Sed certe satisfaciam utrique.

EPISTOLA CCXV. (ad Div. XV. 7.)

Scr. in castris ad Cybistra Cappadociae mense Sept. A. U. C. 703. (a. C. 51.)

C. Marcello de consulatu gratulatur suamque illi dignitatem commendat.

M. CICERO PROCOS. S. D. M. MARCELLO COS. DESIGN.

Maxima sum laetitia affectus, quum audivi consulem

Liebe für mich macht. — *Ian.* anni sequentis, secuturi (704). — *integra mans.*, wenn in meiner Sache... noch Nichts verfügt ist. — *iniuriae*, Leid. — *amicos consules*, qui Kal. Ian. magistratum inibunt et, ut moris est, eo die apud senatum referent de re publica. Intelligit autem L. Paullum et C. Marcellum consules designatos. *MANUT.* *nostrum*, auf unserer Seite. *tribunum plebis* designatum, qui tum in magistratu nostra causa impediet, ne quid novi de provinciis decernatur. *SCH.* Ueber C. Furnius vgl. ad Famil. VIII, 15. X, 1. 3. 6. 8. 10. 11. ad Attic. IX, 6. 11. — *Temp. e. n.*, die Zeist ist dringend. *Sed turpe* cet., doch ich müsste mich schämen, wenn ich einem Freunde, wie Du, noch stärker zusetzen wollte.

4. *ap. Deiot.* S. ep. CCIX, 3. *sunt* = sind noch immer. — *dilig.* ad me omnia perscribas. — *tui Bruti rem* pecuniariam. Ei debebat Ariobarzanes. S. ep. CCXXVIII, 6. CCLII, 3. u. zu ep. CCXII, 1. — *exhibeo pupillum.* Ariobarzanem Cappadociae regem, qui mihi a senatu in tutelam est traditus, exhibeo creditoribus ut exigant ipsi. *MANUT.* „ich muss ihn seinen Gläubigern hingeben, bloss geben; denn helfen kann ich ihm nicht." — *neque defendo* i. e. ego eum iam non tueor; tutela me abdico. *MAN.* — *negotia*, Geldgeschäfte an diesem Hofe. — *lenta*, sind langweiligen Ganges, non explicantur, ad exitum non perducuntur. — *inania*, und am Ende wird man doch nur mit leeren Vertröstungen abgespeis't. „*inania*, quia, quod Ariobarzanes solvere possit, non est. Eget enim. Vid. ad Attic. VI, 1. *MANUT.* — *cui*, Vict. 1. *cui quidem*" obgleich Du, wo es das Interesse eines Freundes gilt, schwerer zu befriedigen bist, als dieser selbst. Zu *difficil. est.* suppl. satisfacere.

M. MARCELLIO. Sic Md. Vict. 2., qui defendit in Curis

te factum esse: eumque honorem tibi deos fortunare volo atque a te pro tua parentisque tui dignitate administrari. Nam quum te semper amavi dilexique, tum mei amantissimum cognovi in omni varietate rerum mearum; tum patris tui pluribus beneficiis vel defensus tristibus temporibus vel ornatus secundis et sum totus vester et esse debeo; quum praesertim matris tuae, gravissimae atque optimae feminae, maiora erga salutem dignitatemque meam studia, quam erant a muliere postulanda, perspexerim. Quapropter a te peto in maiorem modum, ut me absentem diligas atque defendas.

---

tertiis. *C. Marcello* Cett. *OR.* Letzteres ist richtig. Denn es sind drei verschiedene Marcelli, an welche sich in der Sammlung ad Divers. Briefe finden, nämlich M. Claudius Marcellus, Marci Filius, der in diesem Iahre (703) mit Serv. Sulpicius Rufus das Consulat verwaltete (an ihn die Briefe IV, 7. 8. 9. 10. XV, 9.; von ihm IV, 11.): s. ep. CCXVII u. CXCI; zweitens C. Marcellus, des vorigen Vaterbruder (an ihn das Briefchen XV, 8.) und der Sohn des Caius (s. ep. CCXVI. u. Sueton.), Cicero's College im Augurate; drittens C. Claudius Marcellus, des vorigen Sohn und des Marcus Vaterbrudersohn (an ihn XV, 7. 10. 11.), in diesem Iahre zum Consul für das Iahr 704 mit L. Aemilius Paullus ernannt; viertens C. Claudius Marcellus, des Marcus leiblicher Bruder, mit L. Cornel. Lentulus Crus 705, also gerade in dem ersten Iahre des Bürgerkrieges, Consul. In den ersten Tagen dieses Iahrs kam Cicero als Proconsul von Cilicien nach Rom zurück. Es war also damals drei Iahre hinter einander der eine Consul ein Marcellus. Hieraus ergibt sich, dass dieser Brief an den sub Nro. 3. erwähnten C. Claudius Marcellus gerichtet ist, welchem Cicero zu seiner Ernennung zum Consul für das Iahr 704 von Cilicien aus Glück wünscht. Man bemerke noch, dass dieser Marcellus die Schwester des Augustus, die Octavia, zur Gemahlin hatte, die nachher den Antonius heirathete.

1. *eum honorem tibi deos fortunare volo* = ut hunc honorem tibi dei fortunent opto *vel* quem felicissimum tibi esse precor, dass die Götter Dir zu dieser hohen Stelle Glück verleihen mögen, ist mein Wunsch. — *in omni var. rer. mearum,* in allen Abwechselungen meines Schicksals, tam in rebus laetis, quam adversis. — *benef.* Beweise des aufrichtigsten Wohlwollens. — *defensus,* beschützt. — *matris tuae* Iuniae. S. den folg. Brief. — *in mai. modum,* aufs angelegenste. *mai. in m.* Crat. Lamb. — *absentem* = in meiner Abwesenheit.

EPISTOLA CCXVI. (ad Div. XV. 8.)

Scr. ibidem mense Sept. A. U. C. 703. (a. C. 51.)

Gratulatur C. Marcello de filio consule designato petitque, ut se absentem diligat atque defendat.

M. CICERO PROCOS. S. D. C. MARCELLO COLLEGAE.

Marcellum tuum consulem factum teque ea laetitia affectum esse, quam maxime optasti, mirandum in modum gaudeo; idque quum ipsius causa, tum quod te omnibus secundissimis rebus dignissimum iudico: cuius erga me singularem benevolentiam vel in labore meo vel in honore perspexi: totam denique domum vestram vel salutis vel dignitatis meae studiosissimam cupidissimamque cognovi. Quare gratum mihi feceris, si uxori tuae Iuniae, gravissimae atque optimae feminae, meis verbis eris gratulatus. A te id, quod suesti, peto, me absentem diligas atque defendas.

EPISTOLA CCXVII. (ad Div. XV. 9.)

Scr. ibidem mense Sept. A. U. C. 703. (a. C. 51.)

M. Marcello consuli gratulatur de fratre patruele consule designato. 1. petitque, ut curet, ne quid sibi temporis ad annuam provinciae administrationem accedat. 2.

M. CICERO PROCOS. S. D. M. MARCELLO COS.

Te et pietatis in tuos et animi in rem publicam et clarissimi atque optimi consulatus, C. Marcello consule facto, fructum cepisse, vehementer gaudeo. Non dubito,

---

C. MARCELLO COLLEGAE in auguratu. S. zum vorig. Briefe Nro. 2. u. de Divinat. II, 35. Dieser Marcellus war Prätor in Sicilien gewesen. S. Orat. Verr. II, 3. Cicero wünscht ihm und seiner Gemahlin Iunia Glück dazu, dass ihr Sohn C. Claudius Marcellus für das Iahr 704 zum Consul designirt war.

1. *mir. in mod.* Crat. Lamb. *mirum.* Sed cfr. *ad Attic.* 1, 3. *ORELLI.* Ueber d. accus. c. inf. bei *gaudeo* s. Ramsh. §. 168, B, 3. Grotef. §. 308, 2. — *ipsius*, filii. — *labore*, wie öfter, st. meis calamitatibus, quum in exsilium pulsus essem. — *in honore* restituendo, bei meiner ehrenvollen Wiederherstellung. — *domum*, Haus, Familie. — *meis verbis*, in meinem Namen. — *quod facere suesti*, Crat. Lamb. *consuesti.* — *me*, Lamb. *ut me.* Ueber den Modus optativus ohne *ut* s. Ramsh. §. 193, 1, 1 u. 4. Not. 1. Grotef. §. 400.

M. MARCELLO, dem Consul des Iahres 703. S. zu ep. CCXV, im Anf. Es ist diess der älteste Brief unter den an ihn geschriebenen.

1. *optimi consulatus* scil. tui. — *C. Marcello consule facto*, durch die Erwählung des C. M. zum Consul für das Iahr 704.

quid praesentes sentiant: nos quidem longinqui et a te ipso missi in ultimas gentes ad caelum mehercule tollimus verissimis ac iustissimis laudibus. Nam quum te a pueritia tua unice dilexerim tuque me in omni genere semper amplissimum esse et volueris et iudicaris: tum hoc vel tuo facto vel populi Romani de te iudicio multo acrius vehementiusque diligo; maximaque laetitia afficior, quum ab hominibus prudentissimis virisque optimis, omnibus dictis factis, studiis institutis vel me tui similem esse audio vel
2 te mei. Unum vero si addis ad praeclarissimas res consulatus tui, ut aut mihi succedat quam primum aliquis aut ne quid accedat temporis ad id, quod tu mihi et senatus consulto et lege finisti; omnia me per te consecutum putabo. Cura, ut valeas et me absentem diligas atque defen-

---

Denn dieser war sein Vaterbrudersohn, frater patruelis, sein Vetter. S. Ramsh. §. 171, III, 2, Not. 3. Grotef. §. 328. — *fructum cepisse*, dass Du die schönsten Früchte Deiner Liebe u. s. w. gepflückt hast. trop. st. tibi fructum contigisse, dass Dir der schönste Genuss u. s. w. geworden ist. — *quid* (Crat. *quin*) *praes. sentiant*, ich zweifle nicht, dass diese Wahl den Beifall aller zu Rom Gegenwärtigen habe. — *longinqui*, obwohl so weit von Rom entfernt. — *a te ipso* consule et Sulpicio collega. S. zu ep. CLXXXIII. im Anf. — *tollimus* hanc designationem tui fratris patruelis. — *Nam quum* = obgleich, quantumvis. — *tum* = Lamb. *tamen*. S. Ramsh. §. 178, 3, b. — *hoc vel tuo facto* cet. theils weil Du so viel zur Beförderung dieser Wahl beigetragen hast, theils weil die hohe Meinung, welche das Römische Volk von Dir hegt, bei dieser Gelegenheit zu Tage gefördert ist. Ueber *vel... vel* s. Ramsh. §. 180, 2. Grotef. §. 364. *facto*, quo C. Marcellum consulem designandum curasti. *iudicio* suffragiis declarato. — *optimis*, bestgesinnten, Patrioten. Zu diesen gehörte dieser Marcellus, ein gewaltiger Gegner des Cäsars, dem er, freilich mit auf Antrieb des Pompeius, die Provinz Gallien noch vor Ablauf des Quinquennii nehmen wollte u. s. w. Er folgte dem Pompeius nach Griechenland, wollte aber nach der Pharsalischen Schlacht sich dem Cäsar nicht unterwerfen, sondern ging nach Mytilenä auf Lesbos, um da zu privatisiren. Cicero und andere Patrioten wünschten iedoch den Anticäsarianer nach Rom zurück und Cäsar, durch die Fürbitte des ganzen Senats betroffen, begnadigte ihn unerwartet, worauf Cicero die bekannte Danksagungsrede hielt. Marcell. kehrte zurück, ward aber unweit Athen ermordet. S. ad Div. IV, 12. — *similem*. Vgl. Brut. c. 71. §. 250. u. Orat. pro Marcello.

2. *praecl. res cons. tui.*, feine Anspielung auf die Unternehmungen des Marcellus gegen Cäsar. — *succedat* in administratione provinciae. *quam primum* i. e. statim post absolutum annuum imperium. *SCH.* — *temporis*, aut si nemo succedat, saltem discedere mihi liceat eo tempore decurso, quod tu mihi et senatus consulto et lege (vid. ep. adDiv. II, 7. CCXVII, 4. n. edit.) finisti (definisti, bestimmt hast). Quod ita contigit. Nemine enim succedente Caelium quaestorem suum decedens Cicero provinciae praeposuit. ***MANUT.***

das. Quae mihi de Parthis nuntiata sunt, quia non pu- 3
tabam a me etiamnunc scribenda esse publice, propterea ne pro familiaritate quidem nostra volui ad te scribere: ne, quum ad consulem scripsissem, publice viderer scripsisse.

EPISTOLA CCXVIII. (ad Div. (XV. 12.)

Scr. ibidem mense Sept. A. U. C. 703. (a. C. 51.)

Gratulatur Paullo de consulatu et, ne sibi provincia prorogetur, ut operam det, rogat. 1—2.

M. CICERO IMP. S. D. L. PAULLO COS. DESIGN.

Etsi mihi nunquam fuit dubium, quin te populus Romanus pro tuis summis in rem publicam meritis et pro amplissima familiae dignitate, summo studio, cunctis suffragiis consulem facturus esset: tamen incredibili laetitia sum affectus, quum id mihi nuntiatum est; eumque honorem tibi deos fortunare volo a teque ex tua maiorumque tuorum
dignitate administrari. Atque utinam praesens illum diem 2
mihi optatissimum videre potuissem proque tuis amplissimis erga me studiis atque beneficiis tibi operam meam

---

3. *de Parthis.* S. ep. CCXII, 2. vgl. mit ep. CCXIV, 1. — *etiamnunc*, auch zur Stunde noch nicht. — *publice* = officiell.

CICERO IMP. imo *PROCOS.* Nam hanc epistolam eodem tempore, quo superiorem 215, scriptam esse manifestum est, quo tempore Cicero nondum erat imperator appellatus. *SCH.* — *L. PAULLO.* Dieser L. Aemilius Paullus war mit C. Marcellus zum Consul für das Iahr 704 ernannt. Die Verwaltung seines Consulats ist dadurch berüchtigt, dass er seinem Collegen entgegen arbeitete, als dieser den Senatsschluss durchsetzen wollte, welchen der voriährige Consul M. Marcellus nicht hatte durchsetzen können: „nämlich dem Cäsar Provinz und Armee abzunehmen." Man sagte ihm nach, er habe sich von diesem für eine grosse Summe Geldes dazu gebrauchen lassen. S. Sueton. Caes. c. 29. Ausser diesem Briefe ist noch ad Divers. XV, 13 oder der CCXL. dieser Ausg. von Cicero aus Cilicien an ihn geschrieben.

1. *pro* = nach Verhältniss d. i. um Deinen Verdiensten und der Würde Deines hohen Hauses die gebührende Gerechtigkeit zu erweisen. S. Ramsh. §. 150, I. Man erinnere sich nur an den L. Aemilius Paullus, der bei Cannā so unglücklich focht, und an dessen Sohn Macedonicus, den Vater von Scipio Africanus minor, den Ueberwinder des letzten Macedonischen Königs Perses, um die amplissima familiae dignitas zu erfassen, zu welcher dieser Paullus, M. F., gehörte, der als Quaestor von Macedonien in der Orat. Milon. 9. (Vatin. 10.) sein Lob erhielt, und 701 die Prätur bekleidete, um die sich Clodius mit ihm beworben hatte. S. ad Divers. VIII, 4. Vgl. noch VIII, 8. 11. XI, 19. ad Attic. IV, 15. 17. Philipp. XIII, 6. Lipsius ad Tacit. Annal. III, 72. Plin. H. N. XXXVI, 15. u. das. Harduin. — *cunct. suffrag.*, einstimmig. — *fortunare.* S. ep. CCXV, 1.

studiumque navare! Quam mihi facultatem quoniam hic necopinatus et improvisus provinciae casus eripuit: tamen, ut te consulem rem publicam pro tua dignitate gerentem videre possim, magno opere a te peto, ut operam des, efficias, ne quid mihi fiat iniuriae neve quid temporis ad meum annuum munus accedat. Quod si feceris, magnus ad tua pristina erga me studia cumulus accedet.

EPISTOLA CCXIX. (ad Div. XV. 2.)

Scr. in itinere ex castris ad Cybistra in Ciliciam medio Sept. A. U. C. 703. (a. C. 51.)

Exponit, audito Parthorum adventu quid egerit pro tuenda provincia sociisque in fide continendis; adiungit de rege Ariobarzane ab insidiis liberato. 1—8.

M. TULLIUS M. F. CICERO PROCOS. S. D. COSS. PRAETT. TRIBB. PL. SENATUI.

S. V. V. B. E. E. Q. V. Quum pridie Kalend. Sext. in provinciam venissem neque maturius propter itinerum et navigationum difficultatem venire potuissem, maxime convenire officio meo reique publicae conducere putavi, parare ea, quae ad exercitum quaeque ad rem militarem pertinerent. Quae quum essent a me cura magis et diligentia quam facultate et copia constituta, nuntiique et literae de bello a Parthis in provinciam Syriam illato quotidie fere afferrentur: iter mihi faciendum per Lycaoniam et per Isauros et per

---

3 Quid quaeris? dum illum rideo, paene sum factus ille. Sed haec pluribus multaque alia et de te et ad te, quum primum ero aliquid nactus otii. Te vero, mi Rufe, diligo, quem mihi fortuna dedit amplificatorem dignitatis meae, ultorem non modo inimicorum, sed etiam invidorum meorum: ut eos partim scelerum suorum, partim etiam ineptiarum poeniteret.

EPISTOLA CCXXV. (ad Div. VIII. 10.)

Scr. Romae XIV. Kal. Dec. A. U. C. 703. (a. C. 51.)

Scribit de Parthici belli rumoribus. 1 — 2. de provinciis quid putet actum iri et de actionibus Curionis. 3 — 4. de suo studio, ne provincia Ciceroni prorogetur. 5.

CAELIUS CICERONI S.

Sanequam literis C. Cassii et Deiotari sumus commoti.

---

wie ich mich geberdet habe, als ich die Nachricht erhielt. — *loquerer:* erg. exclamavi: *Non edepol.* scil. describere vel verbis exprimere valeo, *quantam* cet. Cicero iocatur. Ein Verschen aus einer verlorenen Comödie des Caecilius Statius, ein Iamb. tetrameter. — *ad illud* eiusdem poëtae. — *factu.* Asc. 1. Mart.-Lag. Sch. Lün. *factum* contra Md. *Or.* das Strichlein über dem *u* im Md. ausgelassen. — *omnibus laetitiis.* Mart.-Lag. Sch. fügen aus de Finibb. II, 4 *laetus* hinzu. „mich aller Freude überlassend." Man bemerke das Mahlerische in *incessi* st. *fui.* Vgl. Virgil. Aen. 1, 46: „Ast ego, quae divom *incedo* regina Iovisque Et soror et coniux." Propert. II, 2, 6: „*incedit* vel Iove digna soror." Die scherzhaften Anspielungen auf die drei verstümmelten Verse würden auf den Leser einen grössern Eindruck machen, wenn die Comödie des Cäcilius noch vor ihm läge und er mit Hirrus und dessen Sippschaft eben so bekannt wäre, als Cicero und Cälius. — *ego vol. animi nimiam,* ich entschuldigte mich bloss mit der Ueberschwänglichkeit meines Entzückens. „Ein Bruchstück eines Verses vom Komiker *Trabea,* das vollständiger citirt wird Tuscul. Disp. IV, 15, 35 u. de Finibb. II, 4, 13. Ueber Trabea s. Sedig apud Gellium XV, 24. — *Quid quaeris?* kurz. —

3. *quum primum,* Md. Vict. 1. *quam primum.* — *amplificat. dign. meae.* S. Brut. 79 u. 86.

CAELIUS. S. zu ep. CXCII.

1. *SANEQUAM* = unleugbar sehr, S. Ramsh. §. 203. IV, 2, a. —

Nam Cassius cis Euphraten copias Parthorum esse scripsit: Deiotarus, profectas per Commagenem in provinciam nostram. Ego quidem praecipuum metum, quod ad te attinebat, habui, qui scirem, quam paratus ab exercitu esses, ne quod hic tumultus dignitati tuae periculum afferret. Nam de vita, si paratior ab exercitu esses, timuissem: nunc haec exiguitas copiarum recessum, non dimicationem mihi tuam praesagiebat. Hoc quomodo acciperent homines, quam probabilis necessitas futura esset, vereor etiam nunc: neque prius desinam formidare, quam tetigisse te Italiam audiero. Sed 2
de Parthorum transitu nuntii varios sermones excitarunt. Alius enim, Pompeium mittendum: alius, ab urbe Pompeium non removendum: alius, Caesarem cum suo exercitu: alius, consules: nemo tamen ex senatus consulto privatos. Consules autem, quia verentur, ne illud senatus consultum fiat, ut paludati exeant et contumeliose praeter eos ad alium res transferatur, omnino senatum haberi nolunt, usque eo, ut parum diligentes in re publica videantur: sed honeste,

---

Cassius. S. zu ep. CCVIII, 4. CCXIV, 1. — *Commagenen* = Syriam. Sed Commagēne erat regis Antiochi. Vid. ep. CCXXI, 2. — *qui* = quippe qui, quum ego *scirem.* — *quam* male *paratus ab exerc. esses,* wie schlecht Du in Hinsicht der Kriegsmacht vom Senat ausgerüstet bist. S. ep. CCXXI, 4. — *ne* hängt von *metum* ab. — *tumultus* = incursio hostium repentina. Vgl. ep. CCXXI, 2. u. 5. CCX, 1. — *recessum ... praesag.*, lässt mich ahnen, dass Du, anstatt Dich in ein Treffen einzulassen, zum Rückzuge genöthigt sein würdest. *praesagire* hier = vorhersagen, prophezeien, ahnen lassen: wie Plin. H. N. X, 21: galli praesagivere Boeotiis victoriam; Terent. Heaut. II, 2, 7: animus praesagit mihi aliquid mali; Propert. III, 12 (11), 5: navita praesagit venturam noctem. Sonst bedeutet es vorher empfinden, ahnen. Cic. Divinat. 1, 31. is igitur, qui ante sagit, quam oblata res est, dicitur praesagire i. e. futura ante sentire. — *necessitas* int. recedendi, *quam probabilis* i. e. quam parum eam sint homines probaturi. *ERNESTI.* Erklärung gibt ep. CCX, 1 geg. End. — *tetigisse te Italiam,* = te rediisse ex provincia. „Margo Crat. *attigisse.* Glossa."

2. *ab urbe Pompeium.* Ult. voc. omis. Neap. Asc. 1. Crat. Lamb. Zur Sache vgl. ep. CCXIV, 1 geg. End. ep. CCXXII, 10 am End. CCLII, 3. — *consules* esse mittendos. — *nemo* putavit privatos ad bellum Parthicum ex S. C. tantum esse mittendos, verum rogationem ad populum ferendam esse, sicuti lata erat antea de belli Mithridatici cura privato Pompeio demandanda. *Privatos* opposuit Pompeio et Caesari, qui extra urbem imperium habebant, et consulibus, qui in urbe. *MANUT. ut paludati exeant* scil. ipsi consules, dass sie selbst den Kriegsrock anziehen, das Commando übernehmen sollten. — *et contumeliose,* wo *et* = auch sogar, wol gar (Ramsh. §. 179, B, a 2) die zweite Besorgniss andeutet und anknüpft: dass zu ihrer Schmach das Commando einem Andern möchte aufgetragen werden. Sic Md. Neap. Asc. 1. Crat. Lamb. Bened. (vide Victorii Curas tertias). *aut* Graev. Ern. Sch. Lün. *ORELLI.* Ueberdiess war der eine Consul ein Pompeianer, der andere ein Cäsarianer. — *honeste ... latet* cet., aber der Schein der Mässigung, dass sie keine Provinz verlangen,

sive negligentia sive inertia est sive ille, quem proposui, metus, latet sub hac temperantiae existimatione nolle provinciam. A te literae non venerunt: et, nisi Deiotari subsecutae essent, in eam opinionem Cassius venerat, quae diripuisset ipse, ut viderentur ab hoste vastata, finxisse bellum et Arabas in provinciam immisisse eosque Parthos esse senatui renuntiasse. Quare tibi suadeo, quicunque est istic status rerum, diligenter et caute perscribas, ne aut velificatus alicui dicaris aut aliquid, quod referret scire, reticuisse.
3 Nunc exitus est anni: nam ego has literas a. d. XIV. Kal. Decemb. scripsi. Plane nihil video ante Kal. Ianuar. agi posse. Nosti Marcellum, quam tardus et parum efficax sit: itemque Servius quam cunctator. Cuiusmodi putas hos esse, aut quam id, quod nolint, conficere posse, qui, quae cupiunt, tamen ita frigide agunt, ut nolle existimentur? Novis magistratibus autem, si Parthicum bellum erit, haec causa primos menses occupabit. Sin autem aut non erit istic bellum, aut tantum erit, ut vos aut successores parvis additis copiis sustinere possint: Curionem video se dupliciter iactaturum; primum, ut aliquid Caesari adimat; inde ut aliquid Pompeio tribuat, quodvis quamlibet tenue munusculum. Paullus porro non humane de provincia loquitur: huius

---

dient ihnen doch zu einem Deckmantel, der wenigstens die Anständigkeit sichert. *latent* ex Ed. Rom. Ern. Sch. Lün. *ORELLI.* Benedict. theilt ab: *ut ... videantur, sed honeste — sive ... existimatione — nolle provinciam.* Gronov: suum vitium velant praetextu moderationis in appetenda provincia, quae inter tam cupidos vulgo laus habebatur. — *literae* ad senatum. — *Deiotari.* s. ep. CCXIV, 2. CCXIX, 2. CCXXI, 6. — *venerat* st. *venisset* (Ramsh. §. 166, 2, c, Not.), so würde Cassius ohne Zweifel in den Verdacht gekommen sein. — *immisisse*, er habe sie herein gelassen, absichtlich einfallen lassen. Zur Sache vgl. ep. CCXXII, 10. — *velif. alicui*, Cassio, damit es nicht scheine, als habest Du durch Deinen Bericht Iemandem durchhelfen wollen. — *quod referret scire*, was der Senat wissen sollte.

3. *a. d. XIV. Kal. Dec.*, am 15. November. — *Nosti Marcellum* st. Nosti, quam tardus sit Marcellus. Ueber diesen Hellenismus u. Attraction s. Ramsh. §. 206, A, 5. Grotef. §. 440. *Servium* Vict. 2. Lamb. Graev. contra Md. *OR.* Es waren die beiden Consuln des Iahrs 703. — *aut quam* cet. oder wie sollen sie zu Dem, was sie nicht wollen, Rath schaffen. Sic Md. Vict. 2. Bened. *aut quî* Cett. *OR.* — *Novis magistratibus*, consulibus praesertim anni proximi. *SCH.* — *occupabit*, und folglich wird in der Cäsarischen Successionssache der Gallischen Provinzen auch Nichts geschehen. Vgl. ep. CCXXIII, 4. — *aut tantum erit*, oder wenn er nur so gross sein wird — *vos*, tu et Bibulus in Syria. S. ep. CCXXI, 1. Ueber die Person *possint* s. Ramsh. §. 96, 3. — *Curio* als Tribun für das Iahr 704. *se iact.*, dass er sich breit machen wird. S. ep. CCXXIII, 10. CCX, 3. CCXI, 1. CCVI, 2. — *quodvis.* Sic Crat. Vict. Lamb. *quidvis* Cett. cum Md. — *Paullus*, consul designatus. S. ep. CCVI, 4. *humane*, gemässigt. — *de provincia* Caesaris, quam omnino ei

cupiditati occursurus est Furnius noster; plures suspicari non possum. Haec novi: alia, quae possunt accidere, non 4
cerno. Multa tempus afferet; praeparata multa rescio: sed intra fines hos, quaecunque acciderint, vertentur. Illud addo: [ad] actiones C. Curionis, de agro Campano: de quo negant Caesarem laborare, sed Pompeium valde nolle, ne vacuus advenienti Caesari pateat. Quod ad tuum decessum 5
attinet, illud tibi non possum polliceri, me curaturum, ut tibi succedatur: illud certe praestabo, ne amplius prorogetur. Tui consilii est, si tempus, si senatus coget, si honeste a nobis recusari non poterit, velisne perseverare: mei officii est meminisse, qua obtestatione decedens mihi, ne paterer fieri, mandaris.

---

adimendam dictitabat. Nondum enim a Caesare MD. talenta, quibus addictus est, acceperat. *MANUT.* — *C. Furnius*, Ciceronis amicus, tribunus pleb. designatus. S. ep. CLXXXV, 1. — *huius*, Caesaris.

4. *praeparata multa rescio.* Sic scripsi cum Vict. 2, qui tamen: *afferet tempus.* Md. *multa tempus afferre et praeparata multa rescio* (in *rescio* pro *rescisco* sane offendimus. Fuitne: *multa, ut scio.* Sic Ep. 12, §. 1. pro *ipsum reprenderem* probabiliter emendarunt: *ipsum, ut prenderem.*) - *m. t. afferre et p. m. esse scio* Neap. Asc. 1. Crat. Vict. 1. Bened. *m. t. afferre et p. multa scio* Lamb. Graev. Ern. *m. t. afferre et praeparata mutare te perspicere scio* ex immani interpolatione Ascens. 1. Sch. Lün. *ORELLI.* — [*ad*] delev. *ad*, recte, puto, Lamb. Ego [ ]. — *actiones* Thaten u. Anträge, womit Curio schwanger geht, in Betreff der Campanischen Ländervertheilung; wodurch er sich nach Cäsars Vorgange beliebt machen wollte. Manutius, der *ad* in Schutz nimmt, erklärt: ad actiones Curionis hoc addo de agro Campano. Praeter cetera Curio illud aget sequenti anno, ut ager Campanus ante Caesaris adventum ex ipsius Caesaris lege dividatur. *MANUT.* S. ep. XXVIII, 3 u. XC. CCX, 3. — *de quo negant* = dicunt non *laborare*, Cäsar kümmre sich nicht darum. — *sed Pomp. valde nolle negant* = velle aiunt. Cfr. ad Attic. VII, 15: *plerique negant* etc. Sch. Lün. del. *nolle* sine causa; nam saepissime ex verbo *negare* in altero membro supplendum est aiere. *velle* Lamb. *ORELLI.* *valde nolle* aiunt scil. *divisionem omitti*, ne, si non dividatur, vacuus advenienti Caesari pateat et ab eo vel ipsius militibus vel plebi dividatur. *MANUT.* Sch. omisso *nolle* supplet post *valde* ex antecedentibus intelligendum *laborare.* —

5. *decessum* de provincia. — *ut tibi succ.*, dass Dir ein Nachfolger ernannt werde. — *praestabo*, dafür aber will ich stehen. — *ne ampl. prorog.*, dass die Zeit Deiner Statthalterschaft nicht verlängert werde. — *Tui consilii est*, ich stelle es Deiner Klugheit anheim. — *persev.*, ob Du länger in Cilicien ausdauern wollest. — *decedens.* Fortasse: *discedens. ORELLI.* „bei Deiner Abreise."

EPISTOLA CCXXVI. (ad Div. II. 10.)

Scr. VIII. Kal. Dec. A. U. C. 703. (a. C. 51.) in castris ad Pindenissum.

Queritur aliquot Caelii epistolas ad se non perlatas esse. 1. res suas ad Amanum gestas exponit. 2 — 3. denique rogat, ut curet, ne sibi provincia prorogetur, et ut, quae in re publica agantur, diligentissime perscribat. 4.

M. CICERO S. D. M. CAELIO AEDILI CUR. DES.

Tu vide, quam ad me literae non perferantur. Non enim possum adduci, ut abs te, posteaquam aedilis es factus, nullas putem datas: praesertim quum esset tanta res tantae gratulationis; de te, quia quod sperabam: de Hillo — balbus enim sum — quod non putaram. Atqui sic habeto, nullam me epistolam accepisse tuam post comitia ista praeclara, quae me laetitia extulerunt; ex quo vereor, ne idem eveniat in meas literas. Equidem nunquam domum misi unam epistolam, quin esset ad te altera: nec mihi est te iucundius quidquam nec carius. Sed — balbi non sumus —
2 ad rem redeamus. Ut optasti, ita est. Velles enim, ais, tantum modo ut haberem negotii, quod esset ad laureolam satis: Parthos times, quia diffidis copiis nostris. Ergo ita accidit. Nam Parthico bello nuntiato, locorum quibusdam an-

---

AED. CUR. DES. s. ep. CCXXII.

1 — 2. *vide, quam* = quare, quid causae sit cur ad me literae non perferantur. *vide quam timide, quam* Ciz. C. *quam ob rem* ex antiqua, sed mala correctione Mart.-Lag. Sch. Lün. *ORELLI.* — *tanta tantae gratulationis.* Sic (Md.) Graev. Seqq. Est genitivus sing. ut: *tot artes tantae scientiae* ap. Cic. *Cat. mai.* §. 78. *ORELLI.* — *gratul. ...de te* cet., eine Sache, wozu wir viel Glück zu wünschen haben, erstlich in Hinsicht Deiner, dass Du erhalten hast, Was ich hoffte: und dann in Hinsicht des Hillus, dass ihm widerfahren ist, Was ich kaum für möglich hielt! Cicero, der hier fast mit denselbigen Worten auf ep. CCVI, 3 am Ende antwortet, stellt sich, als ob er ein *balbus*, d. i. Einer sei, der das *R* nicht aussprechen könne, um, wie ep. CCXXIV, 1 am Ende durch Umschreibung, den wahren Namen *Hirrus* aus Scherz zu verdecken. Ueberdiess erinnert Hillus an *hilum*; daher *de nihilo* Md. Neap. Asc. 1. Ald. Vict. 1. 2. *de illo* Manut. Bened. Cfr. Bentleium ad *Horat. Serm.* 1, 3, 47. *OR.* Zu *balbus* vgl. Cic. Orat. 1, 61. Vielleicht affectirte Hirrus das *R* wie *L* auszusprechen, was ihm Cicero nachäfft. *balbus* = ῥωβικός. Quinctil. 1, 11, 5. — *post comit. ista* aedilitia. S. ep. CCXXIV im Anf. — *in meas literas*, Mart.-Lag. coni. Sch. Lün. *in meis literis.* Sed cfr. Daehne *Misc. Crit.* 2, p. 255. *OR.* — *quin* = ohne dass. — *est te.* Mart.-Lag. *te est* prob. Goerenz *Legg.* p. 108 contra Md. *ORELLI.* — *balbi non sumus*, ich kann das *R* wohl aussprechen, weil gleich *rem redeamus* folgt. Ich bin kein Hillus, der nie zur Hauptsache kommt. — *ita est*, so ist's gekommen. — *ad laureolam*, ut triumphum assequi possemus. In Bezug auf ep. CCX. im Anf. — *Ergo ita accidit*, so höre denn, wie es ging. *Nam* = nämlich. — *Parthico b.* S. ep.

gustiis et natura montium fretus ad Amanum exercitum adduxi satis probe ornatum auxiliis et quadam auctoritate apud eos, qui me non norant, nominis nostri. Multum est enim in his locis: „Hiccine est ille, qui urbem? quem senatus?" nosti cetera. Quum venissem ad Amanum, qui mons mihi cum Bibulo communis est, divisus aquarum divortiis, Cassius noster, quod mihi magnae voluptati fuit, feliciter ab Antiochea hostem reiecerat; Bibulus provinciam acceperat. Interea cum meis copiis omnibus vexavi Amanienses, hostes 3
sempiternos. Multi occisi, capti: reliqui dissipati: castella munita improviso adventu capta et incensa. Ita victoria iusta imperator appellatus apud Issum — quo in loco, saepe ut ex te audivi, Clitarchus tibi narravit Dareum ab Alexandro esse superatum, — abduxi exercitum ad infestissimam Ciliciae partem. Ibi quintum et vigesimum iam diem agge-

---

CCXXV, 2. — *ad Amanum.* S. zu ep. CCXXII, 10. CCXIX, 7. CCXXI, 3 am End. — *qui me non norant*, die mich übrigens nicht kannten. Ingenue bis verbis innuit, se sibi ipsi non magnum imperatorem videri. Eodem sensu ad. Attic. XIV, 13 utitur Homerico illo: *Τέκνον ἐμὸν, οὔ τοι δέδοται πολεμήϊα ἔργα. SCH.* — *Multum . . . locis*, ich höre hier in Cilicien die Leute, wann sie mich sehen, oft zu einander sagen u. s. w. *WIELAND:* „Denn es steckt gar viel in den Worten." — *qui urbem* servavit ab insidiis Catilinae. — *quem senatus* decreto laudavit honorificentissimo, supplicatione decreta ob res ab eo gestas, quem honorem antea togatus nemo consecutus erat. *MANUT.* Quin pater patriae nominatus est. Was hier supplirt ist, versteht er unter Cetera: „Was ich weglasse, weisst Du." — *communis est*, quum eius pars ad Syriam Bibuli provinciam, altera ad Ciliciam, cui Cicero praeerat, pertineret. *MAN.* — *aquarum divortiis*, durch die Wasserscheide zwischen Syrien und Cilicien. Vgl. ep. CCXXVIII, 3. CCXXXVIII, 9. — *Cassius.* S. zu ep. CCVIII, 4. CCXIV, 1. CCXXV, 1. 2. — *Antiochea.* Sic Md. Vict. 1. 2. Graev. Bened. = *Antiochia* Cett. vgl. ep. CCXIV, 1. — *provinciam acceperat* a victore Cassio.

3. *Aman.* Die freien Bewohner des Amanusg. S. ep. 228, 3. — *munita*, Ern. vermuth. *multa*; allein ienes ist = bene munita, munitissima infr. et in ep. 228. — *victoria iusta.* Certum hostium numerum esse oportuit, quo caeso imperatoris nomen consequerentur; sed ea consuetudine paullatim depravata multi, paucis hostium caesis, imperatores tamen appellabantur. Vid. Philipp. XIV, 5. *MANUT.* — *Issum*, nachher Baiae, ietzt Baias oder Aias, Alexandri arae. S. ad Attic. V, 20 (CCXXVIII). ad Divers. XV, 4 (CCXXXVIII) in med. Pompon. Mel. I, 3. Curt. III, 7. Plin. H. N. V, 27. Ammian. Marc. XXVI, 8 (25). — *Clitarchus*, ein Griech. Geschichtschreiber, welcher den Alexander auf seinem Feldzuge begleitete. S. Brut. XI, 42. Plin. H. N. VI, 31. — *narravit* argute pro *legisti apud Clitarchum.* Sic in Brut. c. 43 *idque nobis narravisset Lucilius. MANUT.* — *Dareum.* Sic Md. Vict. 1. 2. = *Darium* Cett. — *abduxi.* Sic Md. Ald. Crat. Vict. 1. 2. Lamb. Bened. Mart.-Lag. prob. Pareo in *lex. crit.* p. 6. *adduxi* Neap. Asc. 1. Graev. Ern. Sch. Lün. *OR.* — *q. et vig. diem.* Folglich ist dieser Brief V. Kal. Dec., am 27. November,

ribus, vineis, turribus oppugnabam oppidum munitissimum, Pindenissum, tantis opibus tantoque negotio, ut mihi ad summam gloriam nihil desit, nisi nomen oppidi: quod si,
4 ut spero, cepero, tum vero literas publice mittam. Haec ad te in praesenti scripsi, ut sperares te assequi id, quod optasses. Sed, ut redeam ad Parthos, haec aestas habuit hunc exitum satis felicem: ea, quae sequitur, magno est in timore. Quare, mi Rufe, vigila: primum ut mihi succedatur: sin id erit, ut scribis et ut ego arbitror, spissius: illud, quod facile est, ne quid mihi temporis prorogetur. De re publica ex tuis literis, ut antea tibi scripsi, quum praesentia, tum etiam futura magis exspecto. Quare, ut ad me omnia quam diligentissime perscribas, te vehementer rogo.

EPISTOLA CCXXVII. (ad Div. II. 7.)

Scr. in castris ad Pindenissum A. U. C. 703. (a. C. 51.)

Curioni tribunatum plebis gratulatur eumque, veritus, ne ab optimatibus deficeret, hortatur, ut se ipsum potius in consilium adhibeat, quam aliorum consiliis se auferri patiatur. Deinde rogat, ut diligenter prospiciat, ne sibi provinciae administratio prorogetur. 1—4.

M. CICERO PROCOS S. D. C. CURIONI TRIB. PL.

Sera gratulatio reprehendi non solet, praesertim si nulla negligentia praetermissa est: longe enim absum; audio sero. Sed tibi et gratulor et, ut sempiternae laudi tibi sit iste tribunatus, exopto teque hortor, ut omnia gubernes et moderere prudentia tua, ne te auferant aliorum consilia. Nemo

---

nicht VIII. *Cal. Dec.* oder 24 Nov. geschrieben. Vgl. ep. 228 im Anf. — *Pindenissum*, Hauptfestung der freien Cilicier, erst nach 57 tägiger Belagerung von den Römern eingenommen. — *tantis.* Sic Md. a pr. manu. Ciz. cet. probante Daehnio, qui conferri iubet *Tuscul.* 3, 11*: omnibus opibus atque viribus.* Md. a rec. m. *operibus*; sic et Vict. 2. Lamb. Bened. Sch. prob. Rostio *Spec.* 2. p. I. *ORELLI.* — *nisi nom. opp.*, als ein grösserer Name, mehr Bekanntheit und Ruhm dieser Stadt.

4. *in praes.*, in diesem Augenblicke. — *sperares.* Sic scripsi. *speras* Md. a pr. m. *speres* Cett., quod non coit cum *optasses.* Lamb. *optasses, posse. OR.* S. ep. CCX, 1. — *ut m. succ.*, dass ich einen Nachfolger bekomme. — *spissius* i. e. lentius, intricatius, wie Brut. c. 36 spisse atque vix, ep. 227, 3 difficilius.. — *illud* scil. vigila = cura et provide, sorge wachsam dafür. So passiv. quae vigilanda viris bei Virgil. Georg. 1, 313. — *ex tuis literis.* Sic Med. cet. delev. *literis* Graev. Seqq.

C. CURIONI. S. ep. 166. 168. 169. 174. 175. 178. Dieser Brief muss gegen Ausgang des Iahrs 703 geschrieben sein, nachdem Curio sein Tribunat bereits am 1. Dec. angetreten hatte. Er ist, wie Damm sagt, „ein Muster eines auf Schrauben gesetzten künstlichen Vortrags." *WIEL.*

1. *nullâ negligentiâ pr. est*, zumal wenn der Glückwunsch nicht aus Nachlässigkeit unterblieben ist. — *ne . . consilia*, damit nicht

est, qui tibi sapientius suadere possit te ipso; nunquam labere, si te audies. Non scribo hoc temere: cui scribam, video; novi animum, novi consilium tuum; non vereor, ne quid timide, ne quid stulte facias, si ea defendes, quae ipse recta esse senties. Quod *in id* rei publicae tempus non in- 2
cideris, sed veneris, — iudicio enim tuo, non casu in ipsum discrimen rerum contulisti tribunatum tuum — profecto vides, quanta vis in re publica temporum sit, quanta varietas rerum, quam incerti exitus, quam flexibiles hominum voluntates: quid insidiarum, quid vanitatis in vita, non dubito, quin cogites. Sed, amabo te, cura et cogita — nihil novi, sed illud idem, quod initio scripsi: tecum loquere [et] te adhibe in consilium: te audi, tibi obtempera; alteri qui melius consilium dare possit, quam tu, non facile inveniri potest: tibi vero ipsi certe nemo melius dabit. Dii immortales! cur ego non adsum vel spectator laudum tuarum vel particeps vel socius vel minister consiliorum? Tametsi hoc minime tibi deest, sed tamen efficeret magnitudo et vis amoris mei, consilio te ut possem iuvare. Scribam 3
ad te plura alias: paucis enim diebus eram missurus do-

Anderer (Cäsars u. Consorten) Eingebungen Dich vom rechten Wege abführen. — *si te audies*, wenn Du Dich hören d. i. Dir selbst folgen wirst. — *temere*, ohne Bedacht. — *consilium*, Denkungsart. — *timide*, zaghaft. — *stulte*, unbesonnen. — *recta*. Er räth ihm auf der Seite der Optimaten zu bleiben, für die er sich anfangs wider Cäsar erklärte.

2. *in id* est ex antiquo supplemento. Abest a Md. pr. manu. *OR.* — *non incideris, sed veneris*, „nicht gefallen, sondern gekommen bist." Es habe sich also nicht von Ungefähr so getroffen, dass er grade zu einer Zeit, wo der Zwist unter Cäsar u. Pompeius durch gütliche Beilegung oder durch Krieg zur Entscheidung kommen müsse, Tribun geworden sei: vielmehr habe er absichtlich grade ietzt Tribun werden wollen. S. ep. CCXXV, 3. 4. CCXXIII, 10. CCXI, 1. CCX, 3. CCVI, 2. Cicero hielt den ingenieusen, aber tollkühnen Curio, der gerne selbst einen Cäsar gespielt hätte, für sehr geeignet, durch ihn letzterem einen Damm entgegen zu stellen. S. zu ep. CLXVI im Anf. CLXIX, CLXXIV, CLXXVIII. — *iudicio*, mit Ueberlegung. — *in discr. r. c. tr. tuum*, hast Du Dein Tribunat in einen Zeitpunct verlegt, wo Alles auf der Spitze der Entscheidung (*ἐν ἀκμῇ*) schwebt. — *flexibiles*. Schulden drückten den Curio, der sein Vermögen meistens schon durchgebracht hatte; wie leicht konnte er da in Cäsars Schlingen und Fallgruben (insidias) gerathen, seine Gesinnungen ändern und sich bestechen lassen! S. Vellei. II, 48. — *[et] te.* Sic Md. Ciz. Vict. 1. Graev. del. *et* Ald. Vict. 2. Lamb. Ern. Seqq. Equidem [ ]. *ORELLI.* — *laudum tuarum*, als Augenzeuge Deiner lobwürdigen Amtsführung. — *minister*, Handlanger. — *Tametsi hoc* cet. *hic* Mart.-Lag. Sch. Lün. Fortasse: *Tametsi in hoc minime tibi dees. ORELLI.* Ueber *tametsi* s. Ramsh. §. 191, 1. Grotef. §. 408. 428.

3. *ex mea sent.*, ganz nach meinem Wunsche. So ep. ad Famil.

mesticos tabellarios: ut, quoniam sane feliciter et ex mea sententia rem publicam gessimus, unis literis totius aestatis res gestas ad senatum perscriberem. De sacerdotio tuo quantam curam adhibuerim, quamquam difficili in re atque causa, cognosces ex iis literis, quas Thrasoni, liberto tuo,
4 dedi. Te, mi Curio, pro tua incredibili in me benevolentia meaque item in te singulari rogo atque oro, ne patiare quidquam mihi ad hanc provincialem molestiam temporis prorogari. Praesens tecum egi, quum te tribunum pl. isto anno fore non putarem, itemque petivi saepe per literas: sed tum quasi a senatore nobilissimo; [tum] adolescente etiam gratiosissimo; nunc a tribuno pl. et a Curione tribuno: non ut decernatur aliquid novi; — quod solet esse difficilius — sed ut ne quid novi decernatur; ut et senatus consultum et leges defendas eaque mihi conditio maneat, qua profectus sum. Hoc te vehementer etiam atque etiam rogo.

15, 1 (CCLXXIII, 1.). — *tot. aest.*, aestivorum, des Sommerfeldzuges; wie ep. CCXXVI, 4. Pindenissus ward iedoch erst im December eingenommen. S. ad Fam. III, 9 (CCXLIX). ad Attic. V, 20 (CCXXVIII). Warum er den Bericht an den Senat verschob, s. ep. CCXLIX, 4. — *rem.* om. *publicam* e Cd. Ursini Ern. Mart.-Lag. Sch. Lün. Tu confer Caesarem B. C. 1, 7: *cuius imperatoris ductu novem annis rem publicam felicissime gesserint* milites. Item Daehne. *ORELLI.* — *de sacerdotio tuo*, „Deine Bewerbung um die Stelle eines Pontifex zu befördern:" die sein verstorbener Vater bekleidet hatte. Diese Familie führte überhaupt den Beinamen Curio, weil Einer aus derselben Curio maximus oder oberster Priester u. Vorsteher der Curien zu Rom gewesen war. S. Liv. XLI, 21. — *adhibuerim* literis ad amicos Romam scriptis. *MAN.* Curio erreichte seinen Wunsch. — *re atque causa. Res* hic est surrogatio pontificis; *causa*, ut Curio in patris locum surrogetur. *MAN.* Curio hatte noch nicht das gesetzmässige Alter, die Pontificatsstelle seines Vaters zu erhalten. — *ex iis*, Md. Vict. 2. *ex his litteris.*

4. *ne patiare.* Poterat enim tribunus pl. intercedere, si quis annuam provinciae administrationem prorogare vellet. *MAN.* — *Praes. ... egi*, ich habe mich mündlich hierüber gegen Dich erklärt. — *non putarem.* S. ep. CCVI, 2. — *et* quidem *a Curione tribuno*, und zwar ist *Curio der Tribun*, den ich darum bitte. Pondus est in nomine Curionis, quasi potestatem tribunitiam augeret animi ingeniique praestantia. *MANUT.* welcher vergl. II, 18. et quaestor est et quaestor tuus; ad Attic. V, 2 (CLXXXV): Hortensius cet.; ad Q. Fratr. 1, 2 (LII) *ut Cato* cet. — *S. C. et leges*, quibus erat annua provincia. Vid. ep. CCXVII, 2. Legem curiatam, Corneliam et Semproniam significat (v. ep. CXIII. CXLI. CCXIII.). *MANUT.* — *qua prof. sum*, unter welcher ich von Rom in die Provinz abgegangen bin.

EPISTOLA CCXXVIII. (ad Att. V. 20.)

Scr. Saturnalibus tertiis XII. Kal. Ian. A. U. C. 703. (a. C. 51.) in castris ad Pindenissum.

Res gestas in provincia narrat, usque ad Pindenissi deditionem. 1 — 5. abstinentiam suam praedicat. 6. de literis publice missis. 7. de variis rebus urbanis et provincialibus. 8 — 10.

CICERO ATTICO S.

Saturnalibus mane se mihi Pindenissitae dediderunt, septimo et quadragesimo die, postquam oppugnare eos coepimus. Qui, malum! isti Pindenissitae? qui sunt? inquies: nomen audivi nunquam. Quid ego faciam? num potui Ciliciam, Aetoliam aut Macedoniam reddere? Hoc iam sic habeto, nec hoc exercitu hic tanta negotia geri potuisse. Quae cognosce ἐν ἐπιτομῇ. Sic enim concedis mihi proximis literis. Ephesum ut venerim, nosti; qui etiam mihi gratulatus es illius diei celebritatem, qua nihil me unquam delectavit magis. Inde oppidis iis, qua ieram, mirabiliter accepti, Laodiceam pridie Kal. Sext. venimus. Ibi morati biduum, perillustres fuimus honorificisque verbis omnes iniurias re-

---

1. *Saturnalibus*, am Festtage der Saturnalien, also XIV. Kal. Ian. d. i. am 19. December. S. Macrob. lib. 1. — *Pinden.* metonym. statt *Pindenissus.* S. ep. CCXXVI, 3. — *malum!* = zum Henker! — *Quid ego faciam?* Oxon. 2. Amb. 16. *quid ergo faciam?* Sch. de Ern. sent. *Quid ergo?* deleto *faciam. ORELLI.* — *num . . . reddere,* kann ich aus Cilicien wol ein Aetolien oder Macedonien machen? — *sic habeto,* das wisse hiemit und dazu bedenke. — *nec* = et *habeto* i. e. scito etiam ne . . quidem. — *hoc* = tam parvo exercitu. — *tanta,* quanta in Aetolia aut Macedonia gesta sunt, et cum maiore exercitu geri potuissent. *SCH.* — *Quae cognosce ἐν ἐπιτομῇ,* vernimm Alles diess in beifolgendem Auszuge, in folgender kurzen Darstellung. — *prox.*, letzten. — *Ephesum.* S. ep. CCI, 1. CC. CXCVIII. — *qui etiam.* Cd. in m. 1584 *quin etiam.* — *celebritatem*, zu der Festlichkeit dieses Tages. *celebritate* Md. Oxon. 1. cet. prob. Lagomars. ad *Pogiani Epp.* 2, 356. *OR.* — *qua ieram*, durch welche mein Zug ging. Sic Cod. decurt. Bos. Graev. Ern. *ieramus* de Ern. suspic. Sch. Lün. *OR.* S. Ramsh. §. 203, 1, a, 7. Not. 1. — *Laodic.* S. ep. CCIV u. bes. CCVII, 1 u. 2. *perill. fuim.*, spielten wir eine glänzende Rolle. — *honorificisque verbis .... superiores*, und tilgten durch ehrenvolle Anreden u. Zureden alle von meinen Vorgängern, auch vom Appius erlittenen Kränkungen aus dem Andenken, aus dem Gedächtnisse der Provinzialen, welche sich durch die bisherige sklavische Misshandlung beleidigt fühlten. *revellimus* scil. ex memoria, animis provincialium. Schütz will *que* tilgen und *honorificis verbis* mit *perillustres* verbinden, indem er *compellati* in Bezug auf ep. CCL, 7 supplirt, wo Cicero an Attikus schreibt: „nullos *honores* mihi nisi *verborum* decerni sino; statuas, fana, τέθριππα perhibeo." Allein bald nachher sagt er: Quacunque iter feci, nulla vi, nullo iudicio, nulla contumelia, (sed) auctoritate et *cohortatione* perfeci cet. Ein gutes Wort hat natürlich mit Zauberkraft besonders auf den

vellimus superiores. Quod idem dein Apameae quinque dies morati et Synnadis triduum, Philomelii quinque dies, Iconii decem fecimus. Nihil ea iurisdictione aequabilius, nihil le-
2 nius, nihil gravius. Inde in castra veni a. d. VII. Kal. Septembr. A. d. III. exercitum lustravi apud Iconium. Ex his castris, quum graves de Parthis nuntii venirent, perrexi in Ciliciam per Cappadociae partem eam, quae Ciliciam attingit, eo consilio, ut Armenius Artavasdes et ipsi Parthi Cappadocia se excludi putarent. Quum dies quinque ad Cybistra Cappadociae castra habuissem, certior sum factus Parthos ab illo aditu Cappadociae longe abesse; Ciliciae magis imminere. Itaque confestim iter in Ciliciam feci per
3 Tauri pylas. Tarsum veni a. d. III. Non. Octobr. Inde ad Amanum contendi, qui Syriam a Cilicia aquarum divortio dividit; qui mons erat hostium plenus sempiternorum. Hic a. d. III. Idus Octobr. magnum numerum hostium occidimus. Castella munitissima, nocturno Pomptini adventu, nostro matutino, cepimus, incendimus. Imperatores appellati sumus. Castra paucos dies habuimus, ea ipsa, quae contra Darium habuerat apud Issum Alexander, imperator haud paullo melior, quam aut tu aut ego. Ibi dies quinque morati, direpto et vastato Amano, inde discessimus. Scis enim dici quae-

---

Nationalstolz der in den dortigen ansehnlichen Städten ansässigen Griechen gewirkt. — *Apameae* cet. S. ep. CCVIII, 2: wo er iedoch triduum Laodiceae, *triduum Apameae, totidem dies Synnade* moratus schreibt; dagegen ep. CCXXXVIII, 1: biduum Laodiceae, Apameae quatriduum, triduum Synnadis, totidem dies Philomelii. Ueberhaupt vgl. daselbst, wie er dem M. Cato diesen Feldzug erzählt. — *Philomelii.* S. ep. CCXXII, 5. — *Iconii.* S. ep. CCXII, 1. CCXIII, 6. CCXXII, 5. — *fecimus.* de Corrad. susp. Lamb. *F.* (i. e. *forum*) *egimus. ORELLI.* — *ea* = ea ratione, qua ibi iurisdictionem confecimus et absolvimus. S. ep. CCXXII, 6.

2. *in.* Iens. Asc. 1. Crat. Vict. 1. Lamb. *ad castra*, zu meinem Kriegsheere. *a. d. VII. Kal. Septembr.*, am 25. August. S. ep. CCVIII, 3. — *A. d. III.* am 30. Aug. — *lustravi.* S. zu ep. CCXXXVIII, 3 *lustrato.* — *Arm. Artav.* S. ep. CCXII, 1. CCXIX, 2. = *se excludi*, der Pass nach Cappadocien, durch welches für sie der kürzeste Weg nach Cilicien ging, sei ihnen nun versperrt. — *Cybistra.* S. ep. CCXIV, 1, CCXIX, 1 u. 2. *Cappadociae*, quam v. Ern. [ ] Sch. Lün. delev. — *castr. hab.* im Lager stehen.

3. *a. d. III. Non. Octobr.*, am 3. October. — *Tarsum.* S. ep. CCVIII, 4. CCIX, 6. CCXIII, 4. CCXXII, 6. — *aq. div.* s. zu ep. CCXXVI, 2. — *semp.* auch Lentulus hatte 4 Iahre früher mit diesen Bergbewohnern Krieg geführt. — *a. d. III. Idus Octobr.*, am 11. October. — *occidimus.* Minut. Asc. 1. Crat. Lamb. *cecidimus.* — *Castella*, Bergfesten, eine Art von Blockhäusern. — *Pomptini*, seines Legaten. S. ep. CLXXXIV, 5. CLXXXVII, 2. CLXXXVIII, 1. CXCIII, 1. — *Imp. appell. sum.* Ein Titel, den die Armee ihrem Feldherrn geben konnte u. dessen sich dieser so lange bedienen durfte, bis er seine Truppen musste auseinander gehen lassen. — *quaedam*

dam πανικά, dici item τὰ κενὰ τοῦ πολέμου. Rumore adventus nostri et Cassio, qui Antiochia tenebatur, animus accessit et Parthis timor iniectus est. Itaque eos cedentes ab oppido Cassius insecutus rem bene gessit. Qua in fuga, magna auctoritate Osaces, dux Parthorum, vulnus accepit eoque interiit paucis post diebus. Erat in Syria nostrum nomen in gratia. Venit interim Bibulus. Credo, voluit appellatione 4
hac inani nobis esse par. In eodem Amano coepit laureolam in mustaceo quaerere. At ille cohortem primam totam perdidit centurionemque primi pili, nobilem sui generis, Asinium Dentonem, et reliquos cohortis eiusdem et Sex. Luci-

---

πανικά ... πολέμου, denn Du weisst, dass es im Kriege panische Schrecken gibt; dass aber auch das Kriegsglück eitel und unzuverlässig ist. Durch iene darf sich zwar ein Feldherr von Verfolgung errungener Vortheile nicht abhalten lassen; allein der glückliche Erfolg seiner Unternehmungen darf ihn nicht so sehr berauschen, dass er die Veränderlichkeit des Kriegsglücks vergessen sollte." Cicero sucht damit seinen Rückzug aus dem Amanus zu rechtfertigen. Ein Krieg in solchem Locale mit solchen Völkern gefährlich! wie gleich das Schicksal des Bibulus zeigt. τὰ κοινά Asc. 1. Crat. Tunstall. p. 258., sed cfr. d'Orville ad *Charit.* p. 556. *Lips.* — *qui Ant. teneb.*, der sich noch immer in Antiochien eingeschlossen hielt. S. ep. CCXXVI, 2. *a quo* Lamb. — *rem bene gessit.* Die Parther rückten zwar vor Antiochia; da sie sich aber für unfähig hielten, eine so grosse, wohl befestigte u. von einem berühmten Röm. Feldherrn vertheidigte Stadt einzunehmen: so zogen sie sich wieder zurück, liessen sich von Cassius bei Antigonia in eine Falle locken u. wurden von ihm mit einem so beträchtlichen Verluste geschlagen, dass ihnen der Kitzel verging weiter Etwas zu unternehmen. — *magna auct. ὤν*, der bei den Parthern in grossem Ansehen stand. S. zu ep. CCXXI, 2.

4. *Bibulus*, der neue Proconsul von Syrien. — *appell. hac inani* scil. Imperatoris. Er wollte nicht, dass Cicero den Titel Imperator vor ihm voraus haben sollte. — *Amano*, qui mons ipsi cum Cicerone communis erat. Vid. ep. CCXXVI, 2. — *laureolam in mustaceo quaerere*, ein Lorbeerzweiglein im Lorbeerkuchen sprichwörtlich = auf eine leichte Art, in Kleinigkeiten einen Ruhm suchen, sich ein leichtes Lorbeerkränzchen erhaschen. *MANUT.* „Bibulus triumphi cupiditate adductus voluit cum obscuris, paucis, infirmis hostibus confligere." *Mustaceum* libum (ein festlicher Kuchen von Mehl mit Most, Käse, Anis, Lorbeeren u. auf Lorbeerblättern gebacken, bes. für Hochzeiten), cui lauri folia subiiciebantur. Vid. Plin. H. N. XV, 30. Iuven. VI, 201. Cato de R. R. 121. lehrt dessen Zubereitung. — *primi pili*, der ersten Centurie seiner Triarier. Iede Römische Legion war in 10 Cohortes, iede Cohorte in 3 Manipulos, ieder Manipel in 2 Centurien getheilt. Iede Cohorte formirte in Schlachtordnung gestellt 3 Linien: die dritte bestand aus den tapfersten und erfahrensten Soldaten, den Triariis, die erst dann zum Gefecht kamen, wann die beiden ersten Linien, die Hastati u. Principes, zum Weichen gebracht wurden. Daher die Redensart: ad Triarios ventum. Zu ieder Legion gehörten 600 bis 800 Velites, leichte Truppen. Ein *centurio primi pili* war also der erste Hauptmann unter den Triariis. — *nob. s. gen.*, einen sehr ausgezeichneten Officier. — *reliquos*

lium, T. Gavii Caepionis, locupletis et splendidi hominis, filium, tribunum militum. Sane plagam odiosam acceperat,
5 quum re, tum tempore. Nos Pindenissum, quod oppidum munitissimum Eleutherocilicum omnium memoria in armis fuit, — feri homines et acres et omnibus rebus ad defendendum parati, — cinximus vallo et fossa, aggere maximo, vineis, turre altissima, magna tormentorum copia, multis sagittariis, magno labore, apparatu; multis sauciis nostris, incolumi exercitu, negotium confecimus. Hilara sane Saturnalia. Militibus quoque, equis exceptis, reliquam praedam concessimus. Mancipia venibant Saturnalibus tertiis. Quum haec scribebam, in tribunali res erat ad HS. cxx. Hinc exercitum in hiberna agri male pacati deducendum
6 Quinto fratri dabam: ipse me Laodiceam recipiebam. Haec adhuc. Sed ad praeterita revertamur. Quod me maxime hortaris et, quod pluris est, quam omnia, in quo laboras, ut etiam Ligurino Μώμῳ **satisfaciam: moriar, si quidquam fieri**

---

centuriones. — *re, tum. temp.*, sowohl wegen des Verlustes selbst, als in'sbesondere in Betracht der Zeitumstände.

5. *Eleutheroc.*, der noch unbezwungenen Cilicier. — *omnium memoria*, seit Aller Gedenken. Alibi apud Cic. est *omni memoria*, ut dedit h. l. Lamb., vel *hominum memoria. ORELLI.* — *acres*, kampflustig. — *s. n.*, Asc. 1. Crat. *s. ex nostris.* — *conf. neg.*, wurden Meister von der Stadt. — *Hilara s. Sat.*, wir feiern nun wirklich sehr fröhliche Saturnalien. — *Sat. tertiis* = tertio Saturnalium die. S. Gronov. ad Liv. XXX, 36. Also am 21. December od. XII. Kal. Ianuar. — *in tribunali* facta est auctio; inde Ciceroni, quum ista scriberet, nuntiatum est de summa pecuniae iam facta. Alle Einwohner einer erstürmten Stadt wurden Sklaven u. öffentlich an den Meistbietenden verkauft. Der Erlös daraus belief sich hier auf 12,000,000 Sestertien = 1,200,000 Fl. Rheinl. *WIEL.* Sic distinguunt Ascens. 2. Crat. Ern. Sch. Lün. *scribebam in tribunali, res* Cett. plerique. *OR.* — *in hib. agri m. pacati ded.*, um es in den Gegenden, deren Ruhe verdächtig ist, in die Winterquartiere zu verlegen. — *recipiebam*, ich selbst bin im Begriff, mich nach Laodicea zurück zu begeben. S. Ramsh. §. 163, 3, b. Grotef. §. 176, 5.

6. *Haec adhuc*, so viel von Dem, was bisher geschehen ist! Ueb. d. Ellüpse s. Ramsh. §. 206, C, 2, c. — *ad praet.*, auf das Vorhergehende. — *et ... in quo laboras*, was den Punkt betrifft, den Du mir an's Herz legst und der Dich ... sogar zu beunruhigen scheint. — *quod pluris est* refertur ad *hortaris.* Nempe Cicero ait Atticum se non hortari solum, sed, *quod maius sit*, etiam laborare, ut vel Momo i. e. acerrimis reprehensoribus suis satisfaciat. Igitur suspicor verba *quam omnia* e glossa fluxisse. *SCH.* — *Ligurino μώμῳ*, num Catoni, forte ab avo sic dicto, qui tiro in exercitu Pompilii militavit in *Liguria?* Schütz. susp. λιγυρῷ τινι μώμῳ, quem ad modum Thersites Homericus appellatur λιγὺς ἀγορητής. Alii in mentem venit: ψιθυριστῶν μώμῳ. *ORELLI.* Die Ligurer als tadelsüchtig bekannt! *Momus* Deus omnium ceterorum deorum irrisor et reprehensor. *LÜNEM. satisfaciamus* Md. Oxon. 1. — *si ... eleg.* = mundius, purius, integrius, continentius, wenn

potest elegantius. Nec iam ego hanc continentiam appello, quae virtus voluptati resistere videtur. Ego in vita mea nulla unquam voluptate tanta sum affectus, quanta afficior hac integritate. Nec me tam fama, quae summa est, quam res ipsa delectat. Quid quaeris? Fuit tanti: me ipse non noram: nec satis sciebam, quid in hoc genere facere possem: recte *πεφυσίωμαι*. Nihil est praeclarius. Interim haec *λαμπρά*. Ariobarzanes opera mea vivit, regnat. *Ἐν παρόδῳ*, consilio et auctoritate et quod insidiatoribus eius *ἀπρόσιτον* me, non modo *ἀδωροδόκητον* praebui, regem regnumque servavi. Interea e Cappadocia ne pilum quidem. — Brutum abiectum, quantum potui, excitavi: quem non minus amo quam tu, paene dixi, quam te. — Atque etiam spero toto anno imperii nostri teruncium sumptus in provincia nullum fore. Habes omnia. Nunc publice literas Romam mittere 7

---

man sich artiger, enthaltsamer betragen kann, als ich mich betrage. Es bezieht sich auf die folgende Schilderung seiner Amtsführung. Vgl. ep. CCXII, 2. — *nec iam ego* cet., nun aber verstehe ich unter dieser meiner Enthaltsamkeit *oder* mit dieser meiner Enth. meine ich nicht die Tugend, die u. s. w. Sic cod. decurt. Bos. Seqq. *nec tam ego* Md. Oxon. 1. 2. Vict. 1. 2. *nec tamen ego* Asc. 1. Crat. Lamb. *OR. appellare* = namentlich erwähnen, anführen, wie ad Divers. V, 6, 19. Liv. XXXV, 48. — *integr.*, diese Reinheit meiner ganzen Amtsführung. — *Fuit tanti* = es war der Mühe werth, ut subirem hoc periculum administrandae provinciae. *SCH.* — *facere possem*, zu leisten vermöchte. delev. *facere* Margo 1584. — *πεφυσ.*, (a *φυσιόω*) superbia elatus sum, ietzt bin ich berechtigt mir Etwas auf mich selbst einzubilden. — *Int. haec λαμπρά* i. e. quae sequuntur de Ariobarzane, non solum praeclare facta sunt, sed etiam splendorem habent. *SCH.* — *Ariob.* zur Sache vergl. CCXIX, 4 sqq. — *Ἐν παρόδῳ*, bloss bei meiner Durchreise durch Cappadocien. — *ἀπρός . . . ἀδωρ.*, quod iis ne aditum quidem ad me concessi, nedum ut iis me muneribus corrumpendum praeberem. *SCH.* — *ne pil. quidem* scil. accepi, sumpsi, gleichwohl hab' ich aus Cappad. nicht ein Haar gezogen. Tropisch pilus = Kleinigkeit. Vgl. ad Q. Fratr. II, 16. Rosc. Com. 7. Catull. X, 13. XVII, 17. — *Brutum . . . excitavi*, den hoffnungslosen Brutus hab' ich wieder auferweckt d. i. die bei Seite gelegte Sache des Brutus hab' ich wieder angeregt. Quum desperaret pecuniam, quam sibi Ariobarzanes deberet, se recepturum, Cicero effecit apud regem, ut pecuniam reddere vellet, ut primum posset. *SCH.* S. ep. CCXIV, 4. — *paene dixi*, beinahe hätt' ich gesagt. — *Atque etiam spero . . . fore*, und ich hoffe sogar der Provinz während des ganzen Iahrs meiner Regirung keinen Heller zu kosten. Haec de Malasp. incerta coniectura post vv. *ne pilum quid.* collocaverunt Lamb. Bos. Graev. Ern. Sch. Lün. In Cdd. Asc. 1. Crat. Vict. 1. 2. Man. sunt post *paene dixi, quam te:* quem equidem ordinem restitui cum Lall., ut, si fieri potuisset sine maximo lectorum nostrorum incommodo, in ordinandis Epp. Lib. IV. Cdd. fuissent sequendi. Rectissime autem hic Bruti ad spem recuperandae a rege Cappadocum pecuniae excitati mentio interiicitur quasi per parenthesin. *ORELLI.*

7. *publice lit. mittere*, einen amtlichen Bericht abstatten. *para-*

parabam. Uberiores erunt, quam si ex Amano misissem. At te Romae non fore! Sed est totum, quod Kal. Mart. futurum est. Vereor enim, ne, quum de provincia agetur, si Caesar resistet, nos retineamur. His tu si adesses, nihil ti-
8 merem. Redeo ad urbana: quae ego diu ignorans ex tuis iucundissimis literis a. d. v. Kal. Ian. denique cognovi. Eas diligentissime Philogenes, libertus tuus, curavit perlonga et non satis tuta via perferendas. Nam quas Laenii pueris scribis datas, non acceperam. Iucunde de Caesare et quae senatus decrevit et quae tu speras: quibus ille si cedit, salvi sumus. Incendio Plaetoriano quod Seius ambustus est, minus moleste fero. Lucceius de Q. Cassio cur tam vehemens
9 fuerit et quid actum sit, aveo scire. Ego, quum Laodiceam venero, Quinto, sororis tuae filio, togam puram iubeor dare; cui moderabor diligentius. Deiotarus, cuius auxiliis magnis

---

bam = paro im Briefe. S. Grotef. §. 177. — *Uber.*, reichhaltiger. — *At te ... non fore!* Aber, dass Du dann nicht zu Rom sein wirst! Ueber den Infinit. des Ausrufs s. Ramsh. §. 168, 6 und Grotef. §. 412. — *totum* und doch beruht Alles auf Dem, was am 1. März geschehen wird. *tanti* Sch. coni. Lün. Vulgata significat: „sed in eo sunt omnia." *ORELLI. tanti*, scil. ut Romae sis Kal. Martiis, quod his Kalendis futurum est. *SCH.* — *Kal. Mart.* quo die de provinciis ad senatum ex S. C. referent novi consules L. Paullus et C. Marcellus. *MANUT.* Vid. ep. CCXXIII, 5. — *retineamur* in provincia Cilicia.

8. *a. d. v. Kal. Ian.*, am 28. December (über d. fg. *curavit perferendas.* S. Ramsh. §. 171, II, A, 3.). Wenn dieser Schluss des Briefs nicht etwa später, als der Anfang geschrieben ist, so muss verbessert werden *a. d. xv. Kal. Ian.* (am 18. Dec.); denn den obern Theil desselben hat er nach §. 5. Saturnalibus tertiis d. i. xii. Kal. Ian. od. am 21. Ian. geschrieben. — *Laenii.* Vid. Orat. Planc. c. 41. cet. Sext. 63. Es waren ihrer zwei Brüder, C. u. M. Laenius. S. ad Divers. XIII, 63. Letzter nahm ungeachtet der Drohungen des Clodius den verbannten Cicero in seine Gärten zu Brundisium auf. S. ad Attic. V, 21. (CCL.) Varro R. R. III, 5, 8. Plin. X, 50. — *Iucunde* scil. decreta sunt, mir macht Das Freude, was u. s. w. *Iucunda* de Ern. susp. Sch. Lün. *OR.* — *Incendio Plaetoriano* de condemnatione M. Plaetorii de repetundis accusati; nam post praeturam, quam cum Cicerone administravit, videtur provinciam obtinuisse. Vid. Orat. Fontei. 5. Cluent. 45. 53. — *quod Seius amb. est*, nimirum propterea, quod de residuis in iudicium vocatus esset. Ad Attic. V, 13 wird ein procurator Attici Namens Seius mit Philogenes, einem Freigelassenen desselben, angeführt; ein M. Seius, als Aedil 681 de Officc. II, 17. Plin. XV, 1. Planc. 5. ad Famil. IX, 7. ad Attic. XII, 11.; ein Q. Seius Postumus als Röm. Ritter in der Rede pro Domo 44. 50. Harusp. Resp. 14. — L. *Lucceius* (s. ep. 108. 558. 568. 569.) war ein warmer Anhänger des Pompeius; Quintus Cassius Longinus dagegen ein eben so eifriger Freund des Cäsars. S. epp. ad Attic. VI, 6. VII, 3. 14. Philipp. III, 10. ad Famil. XVI, 11.

9. *iubeor dare* scil. a Quinto fratre. — *togam puram*, die männliche toga im Gegens. der *t. praetexta.* — *cui moderabor*, ich werde ihn in der Zucht halten. — *aux. magn.* S. ep. CCXIV, 2. — *cum*

usus sum, ad me, ut scripsit, cum Ciceronibus Laodiceam venturus erat. Tuas etiam Epiroticas exspecto literas; ut habeam rationem non modo negotii, verum etiam otii tui. Nicanor in officio est et a me liberaliter tractatur: quem, ut puto, Romam cum literis publicis mittam; ut et diligentius perferantur et idem ad me certa de te et a te referat. Alexis quod mihi toties salutem adscribit, est gratum. Sed cur non suis literis idem facit, quod meus ad te Alexis facit? Phemio quaeritur *κέρας*. Sed haec hactenus. Cura, ut valeas, et ut sciam, quando cogites Romam. Etiam atque etiam vale. Tua tuosque Thermo et praesens Ephesi diligentissime commendaram et nunc per literas: ipsumque intellexi esse perstudiosum tui. Tu velim, quod antea ad te scripsi, de domo Pammeni, des operam, ut, quod tuo meoque beneficio puer habet, cures, ne qua ratione convellatur. Utrique nostrûm honestum existimo; tum mihi erit pergratum.

EPISTOLA CCXXIX. (ad Div. VII. 32.)

Scr. in Cilicia exeunte Dec. A. U. C. 703. (a. C. 51.)

Hortatur Volumnium ut caveat, ne aliorum dicta, quae putentur falsa et ridicula, in se conferantur et ut Dolabellae benevolentiam sibi confirmet. 1 — 3.

M. CICERO S. D. VOLUMNIO.

Quod sine praenomine familiariter, ut debebas, ad me

Cicer. S. ep. CCXIV, 4. — *otii,* Zeitvertreib, Studium. — *Nicanor,* ein vertrauter Sklav des Atticus. S. ep. CLXXXVI, 3. — *in off. est,* thut seine Schuldigkeit. — *Alexis* servus Attici isque ei iucundus (v. ad Attic. VII, 2), ut *Tiro* Ciceroni, quem hic propterea *suum Alexin* dicit. *SCH.* — *adscribit* tuis literis. — *Phemius* videtur cornicen fuisse in Attici familia vel ex eius libertis; ac fortasse ei nomen dederat a celeberrimo illo Phemio Homerico. *SCH.* S. ad Attic. V, 21 (CCL). — *κέρας*, cornu.

10. *Tua tuosque*, Deine Angelegenheiten und Deine Leute. — *Thermo*, hoc anno Asiae propraetori, ad quem sunt epistolae 230 et duae sequentes. *SCH.* Vgl. ep. CCI, 2. — *Pammeni*, Man. *Pammenis*, qui coniicit Ciceronem et Atticum huic puero tutores fuisse. *SCH.* Vgl. ad Attic. VI, 2. Im Brutus c. 97. Orat. c. 29. wird ein Griech. Redner und Verehrer des Demosthenes mit Namen Pammenes erwähnt. — *convell.* Ut nos, Md. Vict. 1. 2. Sqq. *avellatur* Asc. i. Crat.

VOLUMNIO. P. Volumnius Eutrapelus (d. i. ein Mann voll losen Witzes), ein blosser Ritter, verschieden von Cicero's Freunde, dem Senator L. Volumnius (ad Divers. VII, 32), ein Liebhaber seiner Freigelassenen, der Mimenspielerinn Cytheris, nach ihm auch Volumnia genannt, der nachherigen Maitresse von Cornelius Gallus, dann vom Triumvir M. Antonius (s. ad Divers. IX, 26), bekleidete zuerst bei Cäsar in Gallien (s. Plinius XXXVI, 6), dann beim Antonius (s. Cornel. Nep. XXV, 12) den Posten eines Praefecti fabrûm,

epistolam misisti, primum addubitavi, num a Volumnio senatore esset, quocum mihi est magnus usus: deinde εὐτραπελία literarum fecit, ut intelligerem tuas esse. Quibus in literis omnia mihi periucunda fuerunt praeter illud, quod parum diligenter possessio salinarum mearum a te procuratore defenditur. Ais enim, ut ego discesserim, omnia omnium dicta, in his etiam Sestiana, in me conferri. Quid? tu id pateris? non[ne] defendis? non resistis? Equidem sperabam, ita notata me reliquisse genera dictorum meorum, ut cognosci sua
2 sponte possent. Sed quoniam tanta faex est in urbe, ut nihil tam sit ἀκύθηρον, quod non alicui venustum esse videatur: pugna, si me amas, nisi acuta ἀμφιβολία, nisi elegans ὑπερβολὴ, nisi παράγραμμα bellum, nisi ridiculum παρὰ

Tischgesellschafters und Lustigmachers (Orat. Philipp. XIII, 2.). Attikus erwies ihm grosse Dienste, als es um Antonius übel stand; er hingegen rettete zur Zeit der Achtserklärung den Attikus (ebendas. 9, 10.).

que me discedere ab eo monte simulassem et alias partes
Ciliciae petere, abessemque ab Amano iter unius diei et
castra apud Epiphaneam fecissem: a. d. IV. Idus Octobres,
quum advesperasceret, expedito exercitu ita noctu iter feci,
ut a. d. III. Idus Octobres, quum lucisceret, in Amanum ad-
scenderem; distributisque cohortibus et auxiliis, quum aliis
Q. frater, legatus, mecum simul, aliis C. Pomptinus, legatus,
reliquis M. Anneius et L. Tulleius, legati, praeessent: ple-
rosque necopinantes oppressimus, qui occisi captique sunt,
interclusi fuga. Eranam autem, quae fuit non vici instar,
sed urbis, quod erat Amani caput, itemque Sepyram et
Commorim, acriter et diu repugnantibus, Pomptino illam
partem Amani tenente, ex antelucano tempore usque ad ho-
ram diei decimam, magna multitudine hostium occisa, cepi-
mus castellaque sex capta; complura incendimus. His re- 9
bus ita gestis, castra in radicibus Amani habuimus apud
Aras Alexandri quatriduum: et in reliquiis Amani delendis
agrisque vastandis, quae pars eius montis meae provinciae
est, id tempus omne consumsimus. Confectis his rebus, ad 10
oppidum Eleutherocilicum Pindenissum exercitum adduxi:
quod quum esset altissimo et munitissimo loco ab iisque in-
coleretur, qui ne regibus quidem unquam paruissent; quum
et fugitivos reciperent et Parthorum adventum acerrime ex-
spectarent, *ad* existimationem imperii pertinere arbitratus

---

einmahl Frieden auf dem Amanus zu machen. — *tollere*, zu vertilgen. — *a. d. IV. Id. Oct.*, am 12. October. — *exp. exerc.*, mit meinem Heere, das mit Nichts als mit seinen Waffen belastet war. — *a. d. III. id. Oct.*, am 13. Oct. — *oppressimus*, wir fielen her über. — *interclusi fuga*, weil ihnen die Flucht abgeschnitten war. — *Erana*, ein Bergflecken Ciliciens im Amanus. — *quod . . . caput.* S. Ramsh. §. 159, 1, 6, Not. Grotef. §. 211, 2. — *Sepyra* u. *Commoris* weniger bedeutende Flecken daselbst. — *repugnantibus* hostibus, incolis. *repugnantes* de Lamb. susp. Sch. Lün. — *decimam*, bis 4 Uhr Nachmittags. Ibi, sagt er ep. CCXXVIII, 3 imperatores appellati sumus u. CCXXVI, 3: Ita victoria iusta imperator appellatus cet.

9. *in radic. A.*, am Fusse des Amanus. — *ap. Aras Alex.*, i. e. Issum. S. zu ep. CCXXVI, 3. Nach dem berühmten Treffen bei Issus hatte Alexander dem Iupiter, der Pallas u. dem Herkules drei Altäre zum Denkmale seines Sieges über den Darius errichtet, die zu Cicero's Zeiten noch standen. — *quae pars* cet., so weit diess Gebirge zu meiner Provinz gehört. S. ep. CCXXVI, 2. CCXXVIII, 3. Ramsh. §. 159, 3, e.

10. *Pinden.* S. ep. CCXXVI, 3. — *ab iisque.* Crat. Vict. 1. *ab hisque* contra Md. Ueber *qui* cum coni. nach *is* s. Ramsh. §. 184, 4. — *regibus* Ciliciae, Syriae. — *fugitivos* (entlaufenen) servos nostros. — *acerrime*, mit höchster Ungeduld. — *ad.* Ex supplem. omis. *ad* Md. „es gehöre zur Ehre meiner Statthalterschaft oder des Römer-

sum comprimere eorum audaciam, quo facilius etiam ceterorum animi, qui alieni essent ab imperio nostro, frangerentur. Vallo et fossa circumdedi: sex castellis castrisque maximis saepsi: aggere, vineis, turribus oppugnavi: ususque tormentis multis, multis sagittariis, magno labore meo, sine ulla molestia sumptuve sociorum, septimo quinquagesimo die rem confeci: ut, omnibus partibus urbis disturbatis aut incensis compulsi in potestatem meam pervenirent. His erant finitimi pari scelere et audacia Tibarani: ab iis, Pindenisso capto, obsides accepi: exercitum in hiberna dimisi. Q. fratrem negotio praeposui, ut in vicis aut captis aut male
11 pacatis exercitus collocaretur. Nunc velim sic tibi persuadeas, si de his rebus ad senatum relatum sit, me existimaturum summam mihi laudem tributam, si tu honorem meum sententia tua comprobaris. Idque, etsi talibus de rebus gravissimos homines et rogare solere et rogari scio, tamen admonendum potius te a me quam rogandum puto. Tu es enim is, qui me tuis sententiis saepissime ornasti: qui oratione, qui praedicatione, qui summis laudibus in senatu, in concionibus ad caelum extulisti: cuius ego semper tanta esse verborum pondera putavi, ut uno verbo tuo cum mea laude coniuncto omnia assequi me arbitrarer. Te denique memini, quum cuidam clarissimo atque optimo viro supplicationem

---

reichs." — *quo* = ut eo *facilius*. S. Ramsh. §. 193, 1. Grotef. §. 403. — *tormentis*, ballistis, catapultis. — *omnibus* ... *incensis compulsi*, dadurh, dass die Stadt auf allen Seiten theils in Trümmern lag, theils in Flammen stand, gezwungen. v. *compulsi* sine causa suspectum Ernestio. Est: „compulsi omnium partium urbis disturbatione aut incendio." Aliter, ut sit *congregati*, explicat Rost *Spec.* 2. *p.* 11. *ORELLI.* — *in potest. perv.*, sich auf Gnade u. Ungnade ergeben. — *Tibarani*, ein Volk im Amanusgeb. auf der Nordostseite. Diese, wie die Eleutherocilices, alte Einwohner Ciliciens, die sich vor den Persern in's Gebirge zurück gezogen hatten, blieben nach Cicero dennoch freie Leute, gehorchten nur Helden und befehdeten als Plünderer u. Räuber die Städter u. Wanderer. Diess erfahren noch die Türken. — *ab iis.* Sic Md. Neap. Asc. 1. Vict. 2. *ab his* Cett.

11. *honorem meum*, „wenn Du mich der Ehre, um die ich ansuche, mit Deiner Stimme würdig erkenntest." Er meint das öffentliche Dankfest seines Sieges wegen, supplicatio ad omnia pulvinaria genannt; worüber s. zu ep. CXIV, 2. — *gravissimos h.*, Männer von den strengsten Grundsätzen, wie Cato. Dem Cicero war nicht aus Eitelkeit, sondern aus Politik an dieser Ehre so sehr gelegen. — *is, qui* mit folg. Indic. S. Ramsh. §. 183, 3. N. 1. — *laudibus in senatu.* S. ep. XCIX, 3. De me multa ... cum summa laude dixit. — *Te .. memini .. dicere.* S. Ramsh. §. 164. Anm. 4. Grotef. §. 241. 310. — *clarissimo ... viro*, Lentulo Spintheri, qui ob res prospere gestas imperator appellatus esset. S. ep. CXXV extr. Dieser P. Cornelius Lentulus Spinther, der Vater, war unter Cicero's Con-

non decerneres, dicere te decreturum, si referretur ob eas res, quas is consul in urbe gessisset. Tu idem mihi supplicationem decrevisti togato, non ut multis, re publica bene gesta, sed, ut nemini, re publica conservata. Mitto, quod 12
invidiam, quod pericula, quod omnes meas tempestates et subieris et multo etiam magis, si per me licuisset, subire paratissimus fueris; quod denique inimicum meum tuum inimicum putaris: cuius etiam interitum, *ut* facile intelligerem, mihi quantum tribueres, Milonis causa in senatu defendenda, approbaris. A me autem haec sunt profecta, quae ego in beneficii loco non pono, sed in veri testimonii atque iudicii; ut praestantissimas tuas virtutes non tacitus admirarer, — quis enim *in* te id non facit? — sed in omnibus orationibus, sententiis dicendis, causis agendis, omnibus scriptis, Graecis Latinis, omni denique varietate literarum mearum, te *non* modo iis, quos vidissemus, sed iis, de quibus audis-

---

sulate Aedil (de Offic. II, 16. ad Famil. I, 7.), 694 Prätor urbanus, dann Proprätor in Spanien (ad Famil. I, 9. Caes. de B. G. I, 22), 696 Consul designatus (ad Q. Fratr. 1, 4. ad Famil. I, 1. 9. Attic. III. 22. 24. ad Quirit. 5. post Redit. in Senat. 4. 9.), 697 Consul, 698. 699. 700 Proconsul von Cilicien (s. ad Famil. 1, 1 — 7 u. 10. In diese Zeit fällt sein Gesuch um die erwähnte Ehre. Ueber seinen Triumpfzug s. ad Attic. V, 21. Wie er sich bei Cicero's Anhalten um dieselbe Ehrè benommen, ersieht man aus ad Famil. VIII, 11. — *gessisset.* Er trug z. B. auf Cicero's Rückberufung an. — *togato,* = propter rempublicam in pace bene administratam, ohne dass ich das Kriegskleid getragen, im Kriege mich hervorgethan hatte; zur Zeit der Catilinarischen Verschwörung. — *re publica bene gesta,* wegen rühmlicher Verwaltung. *conservata,* wegen Erhaltung des Freistaats. Doch möcht' ich ersteres lieber durch *devictis hostibus,* iusta victoria, wie ep. CCXXVII, 3, erklären. *conservata* a sanguinaria Catilinae coniuratione.

12. *Mitto* = omitto, praetereo. — *invidiam, quod per.* statt quod pericula ab invidis hominibus mihi creata cet. — *si per me licuisset* i. e. si armis contra Clodium inimicum meum certare voluissem (Vid. ep. 148 h. edit.). *MANUT.* — *interitum,* gewaltsamen Tod, necem Clodii a Milone interfecti. — *ut* ex suppl. omis. *ut* Md. — *mihi q. trib.,* wie Viel Du auf mich hieltest. S. §. 5. — *defend.* = quum tu Milonis causam in sen. defenderes. — *A me ... profecta, quae ... iudicii* scil. *loco pono,* „ich aber that für Dich, Was ich mir freilich gar nicht als ein Verdienst um Dich anrechne, sondern bloss als ein Zeugniss und als einen Beweis meines aufrichtigen Urtheils über Dich hinstelle, ich that, sag' ich, folgendes, nämlich dass u. s. w. — *in te id.* Sic Lamb. *quis enim te id* Md. superscr. ab alia manu *de,* prorsus ut volebat Bened.: *de te id.* Sed probabilius est *in* absorptum esse ab *im.* — *quis enim id* Vict. 1. 2. *quis enim idem* Crat. Graev. Ern. Bened. Sch. Lün. *ORELLI.* — *sent. dic.,* Abstimmungen im Senat, *caus. ag.,* in meinen gerichtlichen Reden. — *omni ... mearum,* kurz in meiner ganzen so mannigfaltigen Schriftstellerei. — *non* ex suppl. (etiam Basil.). omis. *non* Md. — *sed* = *sed etiam* Crat.

13 semus, omnibus anteferrem. Quaeres fortasse, quid sit, quod ego hoc nescio quid gratulationis et honoris a senatu tanti aestimem. Agam iam tecum familiariter, ut est et studiis et officiis nostris mutuis et summa amicitia dignum et necessitudine etiam paterna. Si quisquam fuit unquam remotus et natura et magis etiam, ut mihi quidem sentire videor, ratione atque doctrina ab inani laude et sermonibus vulgi, ego profecto is sum. Testis est consulatus meus; in quo, sicut in reliqua vita, fateor ea me studiose secutum, ex quibus vera gloria nasci posset: ipsam quidem gloriam per se nunquam putavi expetendam. Itaque et provinciam ornatam et spem non dubiam triumphi neglexi: sacerdotium denique, quum — quemadmodum te existimare arbitror — non difficillime consequi possem, non appetivi. Idem post iniuriam acceptam — quam tu rei publicae calamitatem semper appellas, meam non modo non calamitatem, sed etiam gloriam — studui quam ornatissima senatus populique Romani de me iudicia intercedere. Itaque et augur postea fieri volui, quod antea neglexeram: et eum honorem, qui a senatu tribui re-

---

13. *quid sit, quod.* S. Ramsh. §. 184, 1. 204, 3, c. — *nescio quid.* Ramsh. §. 160, 1, N. 2. Grotef. §. 417. Anm. — *gratul.*, Beglückwünschung wegen des Sieges. *honor.* supplicationis. — *Agam ... famil.*, ich will mich offenherzig gegen Dich darüber erklären. — *necess. . paterna*, der von unsern Vätern auf uns vererbten so innigen Verbindung. — *sentire*, bewusst zu sein. — *ratione atq. doctr.*, aus Grundsätzen u. Philosophie. *remot. ab inan. l.*, minus appetens inanis gloriae et aurae popularis. — *secutum esse*, nachgestrebt zu haben. — *Itaque.* Congerit, quoties aspernatus sit collatos honores eorumque occasiones. — *provinciam*, quam in concione deposuit. Vid. ep. XIV, XXVI et Philipp. XI, 10. in Pis. c. 2. *MANUT.* Er verzichtete nach bekleidetem Consulate freiwillig auf eine Provinz, die mit dem Befehle über ein Kriegsheer (exercitu et pecunia instructam et *ornatam*) verbunden war, und trat sie an den Antonius ab. — *triumphi*, dem Höchsten, wonach der Ehrgeiz eines Römers strebte. — *sacerdotium*, auguratum, die Priesterwürde, die Aufnahme in das Collegium Augurum, wozu gewöhnlich nur Männer aus den ältesten und edelsten Häusern sich Hoffnung machen durften. Cicero trat als Augur in die Stelle des von den Parthern getödteten P. Licinius Crassus, M. F. S. ep. CXCIV, 1 am Ende u. zu CCXVI im Anf. Orat. Philipp. II. — *Idem ego post.* Olim, inquit, haec omnia negligebam. Nunc idem, postquam ab exsilio revocatus sum, certa ratione adductus mutavi consilium, dedique operam, ut quam maximis afficerer honoribus a S. P. Q. R., et eo quidem animo, ut aegre facerem inimicis et minus contemptui essem ceteris. Non igitur vana cupiditate sed certo quodam iudicio hunc honorem appeto. — *iniuriam* exsilii, revocatus. — *meam.* Ern. coni. Sch. Lün. *ego meam.* Recte refutarunt Sch. et Rost *Spec.* 2. *p.* 11. *OR.* — *studui ... intercedere*, hab' ich mir's angelegen sein lassen, so viele ehrenvolle Zeugnisse der guten Meinung des Senats u. Röm. Volks von mir als od. zur Bürgschaft meines Patriotismus zu erhalten, als nur möglich wäre. Das *intercedere* = sich in's Mittel schlagen, sich

bus bellicis solet, neglectum a me olim, nunc mihi expetendum puto. Huic meae voluntati, in qua inest aliqua vis 14
desiderii ad sanandum vulnus iniuriae, ut faveas adiutorque sis, quod paullo ante me negaram rogaturum, vehementer te rogo: sed ita, si non ieiunum hoc nescio quid, quod ego gessi, et contemnendum videbitur, sed tale atque tantum, ut multi nequaquam paribus rebus honores summos a senatu consecuti sint. Equidem etiam illud mihi animum advertisse videor: — scis enim, quam attente te audire soleam: — te non tam res gestas, quam mores, instituta atque vitam imperatorum spectare solere in habendis aut non habendis honoribus. Quod si in mea causa considerabis, reperies, me exercitu imbecillo contra metum maximi belli firmissimum praesidium habuisse aequitatem et continentiam. His ego subsidiis ea sum consecutus, quae nullis legionibus consequi potuissem: ut *ex* alienissimis sociis amicissimos, ex infidelissimis firmissimos redderem animosque novarum rerum exspectatione suspensos ad veteris imperii benevolentiam traducerem. Sed nimis haec multa de me, praesertim ad te, 15
a quo uno omnium sociorum querelae audiuntur: cognosces ex iis, qui meis institutis se recreatos putant. Quumque omnes uno prope consensu de me apud te ea, quae mihi optatissima sunt, praedicabunt: tum duae maximae clientelae tuae, Cyprus insula et Cappadociae regnum, tecum de me loquentur: puto etiam regem Deiotarum, qui uni tibi

---

für Iemanden verbürgen. — *rebus bellicis*, kriegerischen Verdiensten. Wie Cicero sich bemüht, dem streng republicanischen u. Stoiker Cato richtige Ansicht seines Gesuchs abzugewinnen! Einen Bettelbrief schrieb ein Cicero nicht! Sein Ansehen im Staate war ihm des Staats wegen theuer! — *neglect.* S. zu *provinciam* in dies. §.

14. *vis desiderii* = *quod maxime cupierim* §. 16. sub fin. — *ad san. vuln. iniuriae*, exsilii. — *sed ita*, iedoch nur unter der Bedingung. — *ieiunum*, tenue, unbedeutend. — *parib. rebus*, wegen eben so grosser Verrichtungen. — *honores*, Ehrenbezeigungen. — *audire* in senatu dicentem, sententiam ferentem. — *spectare*, in Betracht ziehen. — *in hab. .. honor.*, wenn die Frage von Zuerkennung oder Verweigerung solcher Ehrenbezeigungen ist. — *Quod* = Id *si.* — *exercitu imbecillo*, bei meinem so schwachen Heere. Ablat. absol. S. ep. CCVII. CCX. — *aequitatem* contra socios, provinciales. — *ex* suppl. (etiam Bas.). omis. *ex* Md. — *firmissimos*, die zuverlässigsten. — *suspens.* und die in Erwartung grosser Veränderung schwebenden (schwankenden) Gemüther zum Wohlwollen gegen die alte Oberherrschaft zurückführte.

15. *multa.* Praecisio, Ellipsis. Vid. Ramsh. §. 206, C, 2, c. — *a quo uno* cet., dem Einzigen, der für die Klagen aller unserer Schutzverwandten ein immer offenes Ohr hat. — *meis instit.*, durch meine Amtsführung. S. ep. CCVIII, CCLII. Allegat testimonia provincialium. — *loq.* Er personificirt die Provinzen. Rednerstil! Cato war auf den Antrag des Clodius nach Cypern 696 geschickt u. seit der Zeit Patron dieser Insel. S. de Finibb. IV, 20. Des Ariobarza-

est maxime necessarius. Quae si etiam maiora sunt et in omnibus seculis pauciores viri reperti sunt, qui suas cupiditates, quam qui hostium copias vincerent: est profecto tuum, quum ad res bellicas haec, quae rariora et difficiliora sunt, genera virtutis adiunxeris, ipsas etiam illas res

16 gestas iustiores esse et maiores putare. Extremum illud est, ut quasi diffidens rogationi meae philosophiam ad te allegem: qua nec mihi carior ulla unquam res in vita fuit, nec hominum generi maius a diis munus ullum est datum. Haec igitur, quae mihi tecum communis est, societas studiorum atque artium nostrarum, quibus a pueritia dediti ac devincti, soli propemodum nos philosophiam veram illam et antiquam, quae quibusdam otii esse ac desidiae videtur, in forum atque in rem publicam atque in ipsam aciem paene deduximus, tecum agit de mea laude; cui negari a Catone fas esse non puto. Quamobrem tibi sic persuadeas velim: si mihi tua sententia tributus honos ex meis literis fuerit, me sic existimaturum, quum auctoritate tua, tum benevolentia erga me mihi, quod maxime cupierim, contigisse.

---

nes, Königs von Cappadocien, hatte er sich im Senat sehr angenommen, damit dieser ihn dem Cicero empföhle. In dieser Hinsicht war er auch patronus Ciliciae. — *Quae* .. i. e. quae ornamenta, quae virtutes in toga, diese vorerwähnten Tugenden, aequitas et continentia. — *maiora*, um so höher zu schätzen sind, *et* = *ac*, als statt *quo* ... *pauciores* cet. S. Ramsh. §. 179, B, a, 4, Not. 1. — *vincerent*. Locus communis: „Bis vincit in victoria, qui se ipsum vincit." Claud. De quart. cons. Honor. 261. 262. „Tunc omnia iure tenebis, Quum poteris rex esse tui." — *est profecto tuum*, so darf ich von Deiner Denkart erwarten. — *ad res bellicas* meas. — *iustiores*, der Auszeichnung, einer supplicatio, nach allem Recht würdiger. Nach der Formel: *iusta victoria*, *iustus triumphus*. Illud *esse* delev. Ern. Sch. Lün. *illustriores* Man. susp. *ORELLI*.

16. *Extremum*, um Nichts unversucht zu lassen. — *ad te alleg.*, mittam ad te tanquam legatum, zu meiner Fürsprecherinn bei Dir machen möchte. — *munus .. datum*, wie Univ. 14 extr. Harusp. c. 4. — *devincti*, an einander gekettet. — *paene*, ich möchte sagen sogar. *paene aciem* Lün. — *tecum agit de mea laude*, redet mir in Hinsicht des mir gebührenden Lobes das Wort bei Dir. — *cui* scil. societati studiorum nostrorum, philosophiae. Personificatio! — *negari*, dass ihr Etwas abgeschlagen werde, dass sie eine abschlägige Antwort erhalte. — *ex meis literis*, vermöge meines an den Senat abgesandten schriftlichen Gesuchs, wenn darüber von den Consulen an den Senat referirt wird. — *me sic.* delev. *sic* Lamb. — *auctoritate*, durch Dein Gewicht, Dein Ansehen beim Senate. So dringend auch Cicero Catos Philosophenstolz und Vorliebe für Cameradschaft in Anspruch nimmt; so stimmt dieser doch gegen die Zuerkennung der supplicatio im Senate (s. ad Famil. VIII, 11. XV, 5. 6. ad Attic. VII, 1.), wesshalb ihn iener im ersten Unwillen einen malevolum nennt (S. ad Attic. VII, 2.), als er hört, dass er dem Bibulus eine solche Ehre durch seinen Antrag zugewandt habe.

EPISTOLA CCXXXIX. (ad Div. XV. 10.)

Scr. in Cilicia mense Ian. A. U. C. 704. (a. C. 50.)

Consuli Marcello suam existimationem in supplicatione decernenda commendat. 1 — 2.

M. CICERO IMP. S. D. C. MARCELLO C. F. COS.

Quoniam id accidit, quod mihi maxime fuit optatum, ut omnium Marcellorum, Marcellinorum etiam — mirificus enim generis ac nominis vestri fuit erga me semper animus — quoniam ergo ita accidit, ut omnium vestrûm studio tuus consulatus satisfacere posset, in quem meae res gestae lausque et honos earum potissimum incideret: peto a te id, quod facillimum factu est, non aspernante, ut confido, senatu, ut quam honorificentissimum senatus consultum, literis meis recitatis, faciundum cures. Si mihi tecum minus esset, quam 2
est cum tuis omnibus, allegarem ad te illos, a quibus intelligis me praecipue diligi. Patris tui beneficia in me sunt amplissima: neque enim saluti meae neque honori amicior quisquam dici potest. Frater tuus quanti me faciat semperque fecerit, esse hominem, qui ignoret, arbitror neminem. Domus tua denique tota me semper omnibus summis officiis prosecuta est. Neque vero tu in me diligendo cuiquam

---

MARCELLO. S. zu ep. CCXV im Anf.

1. *Quoniam.* S. zu ep. CCXXXVI, 1. Ueber die Epanalepsis *Quoniam .. quoniam* s. Ramsh. §. 206, B, 6, c. — *accidit, ut.* S. Ramsh. §. 204, 5. Grotef. §. 396. — *Marcellinorum* i. e. ad Marcellorum familiam pertinentium, eorum etiam, qui ex familia vestra in alias adoptione transierunt. Designat maxime Cn. Cornelium Lentulum Marcellinum. *MANUT.* — *quon. ergo ita acc., ut omnium vestrûm* ist Wiederholung von *ut omn. Marc., Marcellin. etiam* nach der Parenthese; also Figura Epanalepsis. S. Ramsh. §. 206, B, 6, *). *studio*, favori ac benevolentiae erga me. Sinn: „Weil es sich so gefügt hat, dass Du als Consul die wohlwollende Gesinnung, die Du sammt Deinem ganzen Geschlechte gegen mich hegtest, ietzt wirklich befriedigen und an den Tag legen kannst." — *laus et honos earum*, die öffentlichen Ehrenbezeigungen, die mir für die Thaten meines Feldzuges gebühren möchten. — *non asp. .. senatu*, weil der Senat meinen Wünschen nicht entgegen sein wird. — *honorif.* wie ep. CCXL, 2. — *literis.* S. den 16 §. des vorig. Briefs. — *fac. cures.* Ramsh. §. 171, II, A, 3. Grotef. §. 323, b. Eine supplicatio war oft die Vorläuferin eines Triumphs!

2. *Si mihi t. m. esset*, stände ich weniger gut bei Dir. — *illos*, tuos, ut tecum agerent de mea laude, dass sie mir das Wort bei Dir redeten, ein gutes Wort für mich bei Dir einlegten. Vgl. den vorig. Br. §. 16. — *saluti* bezieht sich auf Cicero's Zurückberufung aus dem Exsil, die durch den Vater dieses Marcellus sehr betrieben war. S. die Briefe des ersten Bdes. — *frater* patruelis, M. Marcellus. S. ep. CCXVII. — *ignoret*, Md. Vict. 1. *ignorat.* —

concessisti tuorum. Quare a te peto in maiorem modum, ut me per te quam ornatissimum velis esse meamque et in supplicatione decernenda et in ceteris rebus existimationem satis tibi esse commendatam putes.

EPISTOLA CCXL. (ad Div. XV. 13.)

Scr. in Cilicia mense Ian. A. U. C. 704. (a. C. 50.)

A consule petit, ut quam honorificentissimum senatus consultum de rebus suis gestis faciundum curet. 1 — 3.

M. CICERO IMP. S. D. L. PAULLO COS.

Maxime mihi fuit optatum Romae esse tecum multas ob causas, sed praecipue, ut et in petendo et in gerendo consulatu meum tibi debitum studium perspicere posses. Ac petitionis quidem tuae ratio mihi semper fuit explorata, sed tamen navare operam volebam. In consulatu vero cupio equidem te minus habere negotii: sed moleste fero me consulem tuum studium adolescentis perspexisse; te meum, quum
2 id aetatis sim, perspicere non posse. Sed ita fato nescio quo contigisse arbitror, ut tibi ad me ornandum semper detur facultas; mihi ad remunerandum nihil suppetat praeter voluntatem. Ornasti consulatum, ornasti reditum meum. Incidit meum tempus rerum gerendarum in ipsum consulatum tuum. Itaque quum et tua summa amplitudo et dignitas et meus magnus honos magnaque existimatio postulare videatur, ut a te plurimis verbis contendam ac petam, ut quam honorificentissimum senatus consultum de meis rebus gestis faciendum cures: non audeo vehementer a te conten-

---

concess., du hast nachgegeben, nachgestanden. — *in cet. r. exist.*, in aller andern Hinsisht mein guter Ruf. — *satis*, ein für alle Mahl hinlänglich. S. ep. CCXL, 3. breviter.

PAULLO. L. Aemilius Paullus, Consul des Iahrs 704. S. zu ep. CCXVIII im Anf.

1. *Ac pet. q. tuae rat. m. s. f. explor.*, non dubium fuit de eventu petitionis tuae, Was Deine Bewerbung um das Consulat betrifft, so wusst' ich zwar, dass es Dir nicht fehlen konnte, dasselbe zu erhalten. — *nav. op.*, das Meinige dazu beitragen. — *me ... persp.*, dass ich in meinem Consulate von Dir, damahls einem noch sehr iungen Manne, so viele Beweise von Ergebenheit erfahren habe. Ueber *tuum* . . *adolescentis* s. Ramsh. §. 151, 5, b, 3, c, 2. — *meum* studium. — *id aetatis* = in hac aetate, in dem reifen Alter, als Gegens. von *adolesc.* S. Ramsh. §. 104, 2. Grotef. §. 232.

2. *reditum* ab exsilio. — *rerum ger.*, meae expeditionis, meines Feldzuges in Cilicien. — *amplitudo*, Deine erhabene Stelle als Consul. — *magnus ... magnaque exist.*, die Grösse u. Wichtigkeit meiner Ehre u. meines guten Namens, da beide ietzt auf dem Spiele stehen. — *honorif.* s. des vorig. Br. §. 1. — *veh. a te cont.*, gewal-

dere, ne aut ipse tuae perpetuae consuetudinis erga me oblitus esse videar aut te oblitum putem. Quare, ut te 3
velle arbitror, ita faciam: atque ab eo, quem omnes gentes sciunt de me optime meritum, breviter petam. Si alii consules essent, ad te potissimum, Paulle, mitterem, ut eos mihi quam amicissimos redderes. Nunc, quum tua summa potestas summaque auctoritas notaque omnibus nostra necessitudo sit, vehementer te rogo, ut et quam honorificentissime cures decernendum de meis rebus gestis et quam celerrime. Dignas res esse honore et gratulatione cognosces ex iis literis, quas ad te et collegam et senatum publice misi: omniumque mearum reliquarum rerum maximeque existimationis meae procurationem susceptam velim habeas. In primisque tibi curae sit, quod abs te superioribus quoque literis petivi, ne mihi tempus prorogetur. Cupio te consulem videre omniaque, *quae* spero, quum absens, tum etiam praesens te consule assequi.

EPISTOLA CCXLI. (ad Div. XV. 14.)

Scr. in Cilicia mense Ian. A. U. C. 704. (a. C. 50.)

Facturum se Fabii causa, quae rogaverat Cassius, pollicetur; quem dolet non vidisse ad urbem e provincia redeuntem. 1—4. Denique rogat, ut operam det, ne sibi temporis aliquid accedat ad annum provinciae. 5—6.

M. CICERO IMP. S. D. C. CASSIO PROQ.

M. Fabium quod mihi amicum tua commendatione das,

---

tig in Dich zu dringen. — *tuae ... consuet.*, wie Du stets bemühet gewesen seist mich Dir zu verbinden. — *putem* = putare videar.

3. *breviter pet.*, mit keiner weitläufigen Bitte beschwerlich fallen. — *quum tua sit* cet. da die höchste Gewalt, das Consulat, in Deinen Händen ist. — *de meis reb. g.*, an dignae sint supplicationis honore. — *gratul.*, ut gratulatio fiat diis immortalibus ob res prospere gestas. *MANUT.* „Danksagung." — *suscept. vel. hab.* S. Ramsh. §. 171, II, A, 2. Grotef. §. 324. — *tempus*, die Zeit meines Proconsulats. — *te consulem vid.*, Dich als Consul zu sehen. — *quae* vor *spero*. Ex antiquo suppl. Erf. Neap. cet. *ORELLI.*

CASSIO. Dieser C. Cassius, ein Sohn des C. Cassius, unter dessen Consulate Verres Praetor in Sicilien geworden war (s. Verr. III, 64. Manil. c. 23), hatte zwei Brüder, den L. Cassius (s. Philipp. III, 9. ad Attic. XIV, 2.) u. den Q. Cassius (s. ad Attic. VI, 6. ad Divers. XVI, 11. Philipp. III, 10. Caesar B. G. 1.). Er selbst war mit Crassus als Quaestor nach Syrien gegangen, was er nach dem Tode der beiden Crassi gegen die Parther vertheidigte (s. ep. CCXXVI. Philipp. XI, 14. Dio XL.), bis er dem neuen Proconsul Bibulus die Provinz Syrien einhändigte. S. Liv. Epit. 108. u. hier ep. CCXXVI, CCXXVIII, CCXXV, CCL. Nach seiner Rückkehr wurde er Volkstribun und schlug sich beim Ausbruche des Bürger-

nullum in eo facio quaestum. Multi enim anni sunt, quum ille in aere meo est et a me diligitur propter summam suam hnmanitatem et observantiam. Sed tamen, quod *te* ab eo egregie diligi sensi, multo amicior ei sum factus. Itaque quamquam profecerunt literae tuae: tamen aliquanto plus commendationis apud me habuit animus ipsius erga te mihi
2 perspectus et cognitus. Sed de Fabio faciemus studiose, quae rogas: tu multis de causis vellem me convenire potuisses; primum ut te, quem iamdiu plurimi facio, tanto intervallo viderem: deinde ut tibi, quod feci per literas, possem praesens gratulari: tum ut, quibus de rebus velle-

---

krieges zum Pompeius. S. ad Attic. VII, 16. 21. Nach der Pharsalischen Schlacht ergab er sich dem Cäsar. S. Dio Cass. 42. Suet. Caes. c. 63. Cic. ad Divers. XV, 15. VI, 6. Aber bald stellte er nebst seinem Schwager M. Brutus, dessen Schwester Tertia od. Tertulla er zur Gemahlinn hatte, sich an die Spitze der Republikaner (Suet. Caes. 77.), die sich gegen Cäsar verschworen u. ihn 44 vor Chr. 710 U. c. am 15. März ermordeten. Beide schrieben ihrer Sicherheit wegen an den Antonius (ad Div. XI, 2, 3.). Iedoch schon im April musste C. Cassius aus Italien vor Antonius fliehen. Als im März des folgenden Iahres die Nachricht nach Rom kam, dass Dolabella, der des Antonius College im Consulate 710 gewesen u. dann sogleich nach Asien gegangen war, den Trebonius zu Smyrna grausam ermordet hatte; ward Dolabella für einen Feind des Vaterlandes erklärt u. auf Cicero's Betreiben dem C. Cassius das Commando gegen diesen aufgetragen. S. ad Divers. XII, 7. Er ging desshalb sogleich nach Syrien und nöthigte den in Laodicea von ihm belagerten Dolabella zum Tode. S. ad Div. XII, 11. 12. Liv. Epit. 121. Während des Triumvirats 43 vor Chr. 711 U. c. (wo Cicero starb), was Octavian, Antonius u. Lepidus unter sich errichteten, gab Caesar Octavian als Consul mit seinem Collegen Q. Pedius die lex Pedia: de quaestione habenda in eos, quorum operà pater occisus esset, wonach die beiden Bruti, Cassius und alle anderen Mitverschworenen verurtheilt wurden. Ietzt vereinigten Cassius u. Brutus ihre Macht; aber das Treffen bei Philippi 712 U. c. 42 vor Chr. war für beide das Ende ihrer Thaten u. ihres Lebens. Liv. ep. 124. Cicero hat funfzehn Briefe dieser Sammlung an Cassius geschrieben; Cassius drei an ihn. Der XII, 13 ist von einem andern Cassius. S. *SCHMIEDER.*

1. *M. Fabium.* S. zu ep. CCXLV. CCXLVI u. CCXLVII. *quaestum* i. e. non auctus sum novo amico. — *in aere meo est* trop. = meis officiis obstrictus tenetur i. e. amicus meus s. *meus* est. Vgl. CCXXXIV, im Anf. Die Gläubiger hatten bekanntlich ein Recht auf die Person des Schuldners. — *suam.* del. *suam* Ern. Bened. Sch. Scil. hoc soloecum sine ulla causa putabant Viri docti Sec. XV. Hinc Neap. Asc, 1. Crat.: *summam eius. ORELLI.* S. Ramsh. §. 158, 5, a, 3, Not. 2. Grotef. §. 287, 1. — *te* est e supplem. — *profecer.*, Etwas ausgerichtet hat, nicht ohne Wirkung blieb.

2. *me convenire*, mich bei Deiner Abreise aus der Provinz in Cilicien besuchen. — *tanto intervallo*, nach einer so langen Zwischenzeit, von drei Iahren. Denn Cassius war 700 nach Syrien, Cicero 703 nach Cilicien abgegangen. — *gratulari* ob rem bene

mus, tu tuis, ego meis, inter nos communicaremus: postremo ut amicitia nostra, quae summis officiis ab utroque culta est, sed longis intervallis temporum interruptam consuetudinem habuit, confirmaretur vehementius. Id quoniam non 3
accidit, utemur bono literarum et eadem fere absentes, quae, si coram essemus, consequemur. Unus scilicet animi fructus, qui in te videndo est, percipi literis non potest: alter gratulationis, est is quidem exilior, quam si tibi te ipsum intuens gratularer; sed tamen et feci ante et facio nunc tibique quum pro rerum magnitudine, quas gessisti, tum pro opportunitate temporis gratulor, quod te de provincia decedentem summa laus et summa gratia provinciae prosecuta est. Tertium est, ut id, quod de nostris rebus 4
coram communicassemus inter nos, conficiamus idem literis. Ego ceterarum rerum causa tibi Romam properandum magno opere censeo. Nam et ea, quae reliqui, tranquilla de te erant et hac tua recenti victoria tanta clarum tuum adventum fore intelligo. Sed si quae sunt onera tuorum, si tanta sunt, ut ea sustinere possis, propera: nihil tibi erit lautius,

---

gestam. Infra *hac tua recenti victoria tanta.* Cf. CCXXVIII. *SCH.* — *ab utroque*, a me teque. — *interr.* = intermissam *consuet.*, Umgang.

3. *Quoniam.* S zu ep. CCXXXIX, 1. — *accidit*, weil ich das Glück nicht gehabt habe; quoniam me non convenisti. — *bon. lit.*, den Vortheil der Briefe. — *si coram essemus* = praesentes, durch persönliche Gegenwart. — *animi fructus.* Sic scripsi coniectura mea. Cfr. *Agrar.* 2. §. 2.: *ad animi mei fructum.* Illud *animi* autem primum per compendium scriptum, deinde, ut fit, corruptum. *Unus scilicet uni fr.* Md. Bas. Vict. 2. *ORELLI.* Lamb. Sch. Lün. nach Crat. Vict. 1. *ille fructus.* — *gratulat.* scil. *fructus.* — *est is*, wo *is* überflüssig, aber nachdrucksvoll auf *fructus* zurückweis't. Ramsh. §. 158, 2, g. — *exilior*, geringer, nicht so warm. — *feci . . . facio* i. e. gratulatus sum . . . gratulor. — *tum pro opport. temp.*, als in Hinsicht des so glücklichen Zeitpuncts, weil Du von den besten Zeugnissen Deiner Provinzialen begleitet u. damit noch zeitig genug in Rom eintriffst, um Deine Verläumder, die Dich vielleicht mit einer Anklage de repetundis bedrohen, nachdrücklich widerlegen u. bes. Deinen Freunden helfen zu können. S. ep. CCXXV, 2 gegen Ende u. Plutarch in Vit. Bruti.

4. *Tertium.* Lall. e Cdd. Regg. *Tertius. OR.* — *idem* est accus. neutr. — *quae reliqui* statt rumores, maligni sermones, de te qui obtinebant, quum Roma discederem et in provinciam abirem. — *tranquilla erant*, ut propterea nulla sit properandi causa. — *clarum*, glänzend; etiamsi serius Romam advenias nec admodum iter festines. — *onera tuorum* i. e. accusationes amicorum tuorum, quas interveniens *sustinere* i. e. defendere possis. — *propera*, so eile. Also seiner Freunde wegen solle er möglichst eilen, was Cicero unter *ceterarum rerum causa* versteht; was seine eigene Person beträfe, so habe er desswegen so sehr zu eilen nicht nöthig, weil die Gerüchte über ihn schon ruhig wären u. seine guten Zeugnisse aus der Provinz u. der Glanz seiner Thaten das Schreien der Nei-

nihil gloriosius: sin maiora, considera, ne in alienissimum tempus cadat adventus tuus. Huius rei totum consilium tuum est. Tu enim scis, quid sustinere possis. Si potes, laudabile atque populare est: sin plane non potes, absens
5 hominum sermones facilius sustinebis. De me autem idem tecum his ago literis, quod superioribus egi, ut omnes tuos nervos in eo contendas, ne quid mihi ad hanc provinciam, quam et senatus et populus annuam esse voluit, temporis prorogetur. Hoc a te ita contendo, ut in eo fortunas meas positas putem. Habes Paullum nostrum nostri cupidissimum; est Curio, est Furnius. Sic velim enitare, quasi in eo sint
6 mihi omnia. Extremum illud est de iis, quae proposueram, confirmatio nostrae amicitiae: de qua pluribus verbis nihil opus est. Tu puer me appetisti: ego autem semper ornamento te mihi fore duxi. Fuisti etiam praesidio tristissimis

---

der vollends zum Schweigen bringen würden, obwohl er auch in dieser Hinsicht zu einer sehr gelegenen Zeit eintreffen dürfte. Uebrigens müsste sein Ruhm gleichfalls auf das Schicksal seiner Freunde den wohlthätigsten Einfluss haben; wesshalb er ihm pro opportunitate temporis d. i. wegen seiner Rückkehr zu der erwünschtesten Zeit um so mehr Glück wünsche. Ohne Noth u. mit Unrecht wollte Schütz ein *non* vor *censeo* einschieben, weil sonst zwischen *properandum magnopere censeo* u. *sed ... propera* kein Gegensatz sei, u. Cicero durch *considera, ne in alien. temp. cad. adv. tuus* ihn vor zu grosser Eile warne. Allein letzterer Satz ist nur ein angefügter Gegensatz von *sed .. propera* u. Gegensätze sind: *Ego cet. rer. c. ... magno opere censeo* u. *Sed ... propera* von *Nam ... intelligo.* — *Onera.* Recte Manutius propinquos Cassii vel amicos, qui cum eo fuissent in provincia, intelligit, quibus ob pecunias contra leges captas aut ereptas accusationis pericula impendebant, quique si damnati essent, manifestum praeiudicium fuisset in Cassium. *SCH.* Unter *onera* versteht Cicero vielleicht, wie Schmieder vermuthet, die Schulden u. Schuldprozesse seiner Brüder, bes. des Q. Cassius, der ehemahls des Pompeius Quästor war, ietzt als Volkstribun des Cäsars Partei ergriff, weil ihn seine Schulden zum Cäsarianer machten, und er bald nachher zum Cäsar floh. — *sin maiora*, sollten aber diese Lasten zu gross für Dich sein; scil. quam ut sustinere possis; nisi certus sis accusationes amicis intentatos a te interveniente defendi posse; nun freilich, dann überlege, ob nicht Deine Ankunft, wenn Du sie beschleunigtest, in eine äusserst widrige Zeit fallen dürfte, wo grade, da Du kommst Lob einzuärnten, Dir durch das Unglück Deiner Freunde oder Brüder ein Schandfleck angehängt würde. Cassius kam aus einer reichen Provinz, war als geizig bekannt, konnte mit Geld aushelfen! — *populare*, Etwas, das auf das Publikum einen guten Eindruck macht.

5. *nervos contendere*, alle Stränge anziehen. — *habes*, Du kannst darauf rechnen, hast auf Deiner Seite. — *Paullum* consulem. — *Curio .. Furnius*, ambo tribuni plebis. *est* tibi = habes. Ueber C. Furnius s. ad Famil. VIII, 11. 15. X, 1. 3. 6. 8. 10. 11. ad Attic. V, 18. IX, 6. 11. X, 25.

6. *Extremum.* S. §. 2 *postremo* cet. — *me appet.*, Du hast mich

meis temporibus. Accessit post tuum discessum familiaritas mihi cum Bruto tuo maxima. Itaque in vestro ingenio et industria mihi plurimum et suavitatis et dignitatis constitutum puto. Id tu ut tuo studio confirmes, te vehementer rogo: titerasque ad me et continuo mittas et, quum Romam veneris, quam saepissime.

EPISTOLA CCXLII. (ad Div. VIII. 6.)

Scr. Romae mense Ian. A. U. C. 704. (a. C. 50.)

Nuntiat Caelius Appium a Dolabella accusatum, eumque in Cicerone maximam spem habere. 1. de affinitate cum Dolabella iungenda. 2. de variis rebus Romanis, inprimis de Curionis tribunatu. 3 — 5.

CAELIUS CICERONI S.

Non dubito, quin perlatum ad te sit, Appium a Dolabella reum factum: sanequam non ea, quam existimaveram, invidia. Neque enim stulte Appius: qui, simul atque Dolabella accesssit ad tribunal, introierat in urbem triumphique postulationem abiecerat. Quo facto retudit sermones paratiorque visus est, quam speraverat accusator. Is nunc in te maximam spem habet. Scio tibi eum non esse odio. Quam velis eum obligare, in tua manu est: cum quo *si*

---

aufgesucht, Dich an mich geschlossen. — *temporibus*, quum accusarer a Clodio. — *discessum*, Abgange von Rom. — *Bruto tuo*, dessen Schwester die Gemahlinn des Cassius war. — *quum Romam veneris.* Dieser Brief ist also an Cassius geschrieben, als er eben aus Syrien abgegangen und auf der Reise nach Rom begriffen war.

CAELIUS. S. zu ep. CXCII.

1. *Appium*, quem e provincia Cilicia redeuntem Dolabella, qui postea gener Ciceronis fuit, de maiestate accusavit. Vid. ep. III, 10 (CCLXI). Quamquam et de ambitu postulatum esse absolutumque utroque crimine significant epistolae duae III, 11 et 12 (h. ed. CCLXV et CCLXXIV). *MANUT.* — *reum facere* = postulare, petere sibi actionem in aliquem. — *invidiâ* i. e. minus adversa in Appium reum hominum voluntate quam putaram. *SCH.* „Das Publicum ist bei Weitem nicht so gegen Appius eingenommen, als ich mir vorgestellt hatte." — *quam*, Lamb. Sch. *qua existim.*, wie ep. CCXXXVI, 2. *studio*, *quo ostendisti.* — *stulte* fecit. — *acced. ad trib.*, seine Anklage anhängig machen. — *introierat* privatus, als Privatmann. — *abiicere*, aufgeben. S. zu ep. CCXXII im Anf. — *retud. serm.*, schlug er das Geschwätz der Leute nieder. — *paratior*, gefasster, vorbereiteter. — *Is*, Appius. — *in te* successore suo: qui si contuleris in eum studia tua, proderis plurimum. Accusatus erat Appius ob ea, quae in provincia contra maiestatem populi Romani commiserat. Vid. ep. CCLXI. *MANUT.* — *in tua manu est*, quum eam provinciam, cui praefuit Appius, et unde testes in eum excitari possunt, administres. *MANUT.* Vgl. ep. CCXXII, 5. — *si simultas*, geheimer Groll, versteckte Feindschaft. Sic scripsi. omis. *si* Md.

simultas tibi non fuisset, liberius tibi de tota re esset. Nunc, si ad illam summam veritatem legitimum ius exegeris, cavendum tibi erit, ne parum simpliciter et candide posuisse inimicitias videaris. In hanc partem porro tutum tibi erit, si quid volueris, gratificari: nemo enim necessitudine et amicitia te deterritum ab officio dicet. Illud mihi occurrit, quod inter postulationem et nominis delationem uxor a Dola-
2 bella discessit. Quid mihi discedens mandaris, memini; quid ego tibi scripserim, te non arbitror oblitum. Non est iam tempus plura narrandi. Unum illud monere te possum: si res tibi non displicebit, tamen hoc tempore nihil de tua voluntate ostendas et exspectes, quemadmodum exeat ex hac causa. Denique invidiosum tibi sit, si emanarit: porro, *si*

Vict. 1. Graev. *simultas si* Vict. 2. Ern. Bened. Sch. Lün. *OR.* — *liber. .. esset*, so hättest Du in der ganzen Sache freiere Hände. — *si ... exegeris*, wenn Du Das, was Du mit gesetzmässigem Recht thun könntest, nach Deiner bekannten strengsten Wahrhaftigkeit, Aufrichtigkeit u. Gerechtigkeit ermessen und durchsetzen wolltest. Veritas = iustitia, wie ἀλήθεια u. ἀληθὴς = δικαιοσύνη u. δίκαιον. Ueber *illam* s. Ramsh. §. 158, 2, b. — *cavend. . erit*, *ne*, so würdest Du gegen den Argwohn zu kämpfen haben, als ob. — *ponere inimic.*, sich mit Iemandem aussöhnen. — *In hanc partem*, in dieser Hinsicht, bei dieser Anklage. — *gratif.*, Einen begünstigen, ihm durchhelfen. — *dicet*, „denn Niemand wird dann sagen, Du seiest durch ein engeres freundschaftliches Verhältniss abgeschreckt worden, dem Appius zu dienen." Manutius u. Ernesti, Wieland u. Schmieder beziehen diess darauf, dass Cicero's Familie mit dem Ankläger Dolabella, der sich von seiner Frau getrennt hatte, wegen ehlicher Verbindung mit der Tullia in geheimer Unterhandlung stand, wovon das Publicum zu Rom noch Nichts wusste. Schütz erklärt: „Si quid Appio volueris gratificari, nemo tamen dicat, te necessitudine et amicitia adductum esse, ut ab officio summi iuris et incorruptae veritatis discederes. Etsi enim inimicitias cum eo deposuisti, non tamen ideo illum in necessariis et amicis habere videris. De Ciceronis rationibus cum Dolabella, Appii accusatore, deinceps loquitur Caelius." — *Illud .. occurrit*, da fällt mir eben ein. — *inter post. et nom. delationem.* Wer Iemanden eines Staatsverbrechens anklagen wollte, musste erst beim Prätor öffentlich um die Erlaubniss dazu anhalten, ohne den Namen Dessen, den er anklagen wollte, zu nennen (sine nominis delatione). Diess hiess in der Gerichtssprache *postulatio.* Dann nannte er nach beliebiger Zeit dem Prätor auch den Namen; worauf dann das gerichtliche Verfahren (accusatio) seinen Anfang nahm.

2. *mandaris* scil. de Dolabella eiusque futuro divortio et de conciliandis nuptiis cum Tullia. *MANUT.* Vgl. ep. CLXXXVII, 1. CCXXIX, 3. — *et* = sed nach nihil. — *exeat ex hac causa* vel Appius ut reus, vel Dolabella ut accusator. *SCH.* — *Denique.* Lamb. Ern. Sch. Lün. *causa*, *ne qua inv. ORELLI.* — *invidiosum tibi sit*, es möchte Dir üble Nachrede veranlassen, wenn Etwas davon verlautete. Invidiam facere poterat affinitas cum Dolabella contracta Appium nunc accusante, cum quo in gratiam Cicero redierat et, quum uterque augur esset, collegii coniunctione devinctus erat.

significatio ulla intercesserit, clarius, quam deceat aut expediat, fiat. Neque ille tacere eam rem poterit, quae suae spei tam opportuna acciderit quaeque in negotio conficiendo tanto illustrior erit: quum praesertim is sit, qui, si perniciosum sciret esse loqui de hac re, vix tamen se contineret. Pompeius dicitur valde pro Appio laborare, ut etiam 3
putent alterum utrum de filiis ad te missurum. Hic nos omnes absolvimus: et hercule consaepta omnia foeda et inhonesta sunt. Consules autem habemus summa diligentia: adhuc senatus consultum, nisi de feriis Latinis, nullum facere potuerunt. Curioni nostro tribunatus conglaciat. Sed 4
dici non potest, quomodo hic omnia iaceant. Nisi ego cum tabernariis et aquariis pugnarem, veternus civitatem occupasset. Si Parthi vos nihil calfaciunt, nos hic frigore fri-

---

SCH. — *si sign. .. intercesserit*, wenn Du ihm irgend ein beifälliges Zeichen gäbest. Sic scripsi. omis. *si* Md. *signif. ulla si* Cett. *OR.* — *clarius .. fiat*, so würde die Sache bald ruchtbarer werden. Si ullo modo significaris te Dolabellae Tulliam tuam desponsurum, eius rei fama latius vagabitur, quam pro reconciliata cum Appio gratia deceat aut pro eius opibus et auctoritate tibi expediat. *SCH.* — *neque ille*, Dolabella. — *suae spei* de Appio damnando. *MANUT.* — *tanto illustr. erit*, und was um so mehr Aufsehen machen müsste, ie mehr es ihm bei der Durchsetzung seines Handels zu Statten käme. — *is, qui* c. coni. S. Ramsh. §. 184, 3. Garrulitatem et vanitatem Dolabellae in commodis suis praedicandis notat. *SCH.*

3. *laborare de*, Iemandes wegen in Sorgen sein. — *alterum utrum.* Sic Md. Vict. 1. 2. Bened. = *alterutrum* Cett. *OR.* — *Hic*, Romae. — *consaepta* i. e. munita et tuta sunt omnia foeda et inhonesta, ut eorum poenam nemo timere debeat. *SCH.* Sic Md. Lall. Bened. Sch. Lün. *confecta* Crat. Vict. 1. 2. Lamb. Graev. Ern. *ORELLI.* — *dilig.*, Behutsamkeit, Thätigkeit. Ironie! — *de feriis Latinis* habendis, über die Zeit der Lat. Festlichkeiten auf dem Mons Albanus. — *conglaciat*, friert ihm ein; er richtet Das nicht aus, was er prahlend im Voraus zu versprechen schien. S. ep. CCX, 3. CCXXIII, 10. CCXXV, 3. CCXXVII, 4. CCXXIX, 3.

4. *omnia iac.* Es war die tiefe Windstille vor dem Ausbruche eines schrecklichen Ungewitters. — *cum tabern. et aquariis*, mit den Budenkrämern u. Röhrmeistern od. Brunnenmeistern. Unter erstern sind alle die Budenkrämer zu verstehen, die vieles Wassers zu ihrem Gewerbe benöthigt waren, als die Garköche, Fleischer, Barbierer, Kleiderreiniger. Die *aquarii* hatten dagegen die Verpflichtung, nach einer bestimmten Vorschrift das gemeinschaftliche Wasser (aquas publicas) durch die ganze Stadt zu leiten. Diese liessen sich aber von den tabernariis und andern Privatpersonen bestechen, dass sie gegen die Ordnung u. zum Nachtheil des Publicums ienen von dem öffentlichen Wasser eine zu grosse Menge zutheilten. Cälius, dem als Aedilis curulis die polizeiliche Aufsicht über die öffentlichen Wasser- und Röhrmeister zustand, hatte desshalb viele Händel mit diesen u. den tabernariis, musste sich mit ihnen umherbalgen und hielt sogar einmahl eine öffentliche Rede gegen ienes Polizeiverbrechen. S. Frontin. de aquaeduct. art. 9.

gescimus. Tamen, quoquo modo hic omnia iaceant, potuit sine Parthis. Bibulus in Amano nescio quid cohorticularum amisit. Hoc sic nuntiatum est. Quod tibi supra scripsi Curionem valde frigere, iam calet: nam ferventissime concerpitur. Levissime enim, quia de intercalando non obtinuerat, transfugit ad populum et pro Caesare loqui coepit: legemque viariam, non dissimilem agrariae Rulli, et alimentariam, quae iubet aediles metiri, iactavit. Hoc nondum fecerat, quum priorem partem epistolae scripsi. Amabo te, si quid, quod opus fuerit, Appio facies, ponito me in gratia. De Do-

---

75. 76. — *potuit sine Parthis* i. e. etsi frigemus hic, tamen calefieri a Parthis non optamus. Commodum fuit vos esse sine Parthis, nullum nobis a Parthis negotium exhiberi. *MANUT.* — *amisit.* Vid. ep. CCXXVIII.

5. *supra scripsi.* Cälius hat also mehre Tage an diesem Briefe geschrieben. Diess ist ein Postscript. — *ferv. concerp.* h. e. boni s. optimates ubique male de eo loquuntur et eius levitatem, quod ad Caesaris partes transfugerit, gravissime accusant. *GRAEV.* — *de intercalando non obt.*, „weil er damit nicht durchdringen konnte, dass ietzt die zur Ausgleichung des Sonnen- und Mondeniahrs erforderlichen Tage eingeschaltet würden." Diese Einschaltung hing von dem Collegio pontificum ab, wozu der Tribun Curio selbst gehörte. Als geheimer Anhänger des Cäsars wollte er verhindern, dass der Antrag des Consuls Marcellus, vermöge dessen Cäsar, wenn er um das Consulat auf das Iahr 705 anhalten wollte, seine Provinz und Armee vorher abzugeben hätte, zu einem förmlichen Senatsschlusse reifte. Um also die nach ep. CCXXIII, 5 auf den ersten März anberaumte Entscheidung dieses Punctes aufzuschieben und dem Cäsar Zeit zu fernern Intriguen zu verschaffen, suchte er die pontifices ietzt zur Einschaltung eines Monaths zu bewegen, konnte aber bei ienen eifrigen Anhängern des Freistaats u. des Pompeius nicht durchdringen, und glaubte so einen hinlänglichen Vorwand gefunden zu haben, die Maske abzuwerfen und öffentlich zur Volks- oder Cäsarischen Partei überzutreten. Durch neue Vorschläge zu Gunsten der ärmeren Volksclasse strebte er nun den Zweck zu erreichen, wesswegen er auf die Intercalation gedrungen hatte. S. Dion. Cass. lib. XLI, c. 60—62. u. oben ep. CCXXVII, 3. — *transfugit.* Nämlich von der Senatorischen Partei, welcher er zu Anfange seines Tribunats eifrig ergeben zu sein Miene machte. — *pro Caes. loqui.* S. Vellei. Paterc. II, 48. Dio XL, c. 36. Valer. Max. IX, 1. — *viariam,* die Heerstrassen betreffend, über die Ausbesserung derselben und das Weggeld. S. zu ep. CCLII, 25. — *Rulli.* P. Servilius Rullus hatte eine lex über Äckervertheilung in Vorschlag gebracht, wogegen Cicero als Consul 691 seine orationes agrarias hielt. — *aliment.*, wodurch die Aedilen als annonae curatores befehligt würden, den armen Bürgern unentgeldlich Getreide auszumessen. Eben so hatten es, um das Volk zu gewinnen, ein C. Gracchus, dann Saturninus u. endlich P. Clodius gemacht, deren verderbliche Vorschläge aus Liv. LX, Cicer. Orat. pro Sext. c. 48. Libr. 1 ad Herenn. c. 12 u. Pedian zur Rede in Pison. c. 4. bekannt sind. — *quae iubet.* Sic Graev. Ern. Sch. Lün. cfr. Schubert *de Aedilibus* p. 167. *quas* Md. Neap. cet. *ORELLI.* — *opus* ei a Dolabella reo facto. — *ponito me in gratia,* halte Du mich

labella integrum tibi reserves, suadeo: et huic rei, de qua loquor, et dignitati tuae aequitatisque opinioni hoc ita facere expedit. Turpe tibi erit pantheras Graecas me non habere.

EPISTOLA CCXLIII. (ad Div. VIII. 7.)

Scr. Romae postridie post superiorem A. U. C. 704. (a. C. 50.)

A Parthico bello se Ciceroni timere significat. Praeterea Cornificii et Orestillae nuptias, Paullae divortium, Servium Ocellam in adulterio deprehensum nuntiat. 1 — 2.

CAELIUS CICERONI S.

Quam cito tu istinc decedere cupias, nescio: ego quidem eo magis, quo adhuc felicius res gessisti. Dum istic eris, de belli Parthici periculo cruciabor, ne hunc risum meum metus aliqui perturbet. Breviores has literas properanti publicanorum tabellario subito dedi: tuo liberto pluribus verbis scriptas pridie dederam. Res autem novae nullae 2
sane acciderunt, nisi haec vis tibi scribi, quae certe vis: Cornificius adolescens Orestillae filiam sibi despondit. Paulla

---

für den dadurch zur Dankbarkeit höchst verpflichteten Mann. — *De Dol. .. reserves*, in Hinsicht des Dolabella behalte Deine Hände noch frei; nondum hoc tempore de Dolabellae matrimonio cum Tullia certi aliquid statuas! *SCH. integram tibi rem serves* Lamb. — *huic rei*, Appii absolutioni. — *aeq. opin.* der öffentlichen Meinung von Deiner billigen Denkart. Iniquior enim videberis affinitate cum eo iuncta, qui Appium novum amicum tuum in iudicium vocet. *MANUT.* — *Graecas.* Man nannte, wie es scheint, alle Asiatischen Länder, wo Griechisch gesprochen wurde, Griechisch. Im eigentlichen Griechenlande gab es keine Panther. *WIEL. pantherarum greges me non habere. Vale.* Lamb.; ipse postea improbavit. Ceterum haereo in *pantheris Graecis.* Volebatne potius *Cibyratas*, ut *ep.* 4 et 9. (CCVI, 5. CCXI, 3.)? Facile semel hoc nomen corrumpi potuit. Nisi tamen ex usu loquendi *Graecae* tum opponebantur *Africanis? OR.*

1. *istinc*, e Cilicia. — *eo magis* cupio, te istinc decedere. — *res.* Lamb. Graev. Ern. Sch. Lün. *rem.* „ie glücklicher Dein Feldzug auf dem Amanus abgelaufen ist." S. ep. CCXXVI. — *cruciabor* scil. metuens, *ne.* — *risum* i. e. laetitiam ob rem a te prospere gestam. — *aliqui.* Sic h. l. et infra Md. Crat. Vict. 1. 2. Graev. Bened. Sch. = *aliquis* Lamb. Ern. Lün. *OR.* S. Ramsh. §. 160, 2, N. 5, a*). — *Breviores*, warum? quod publicanorum tabellarius properabat, forteilte. — *subito*, in Eile. — *pridie* = gestern.

2. interea, interim = seit gestern *acciderunt.* — *filiam.* Md. *adolescentior est illae filium. Cornificius* wol der Sohn des Senators Q. Cornificius, eines Collegen des Cicero im Augurate, der sich vor 13 Iahren neben ihm um das Consulat beworben hatte. S. ep. DCXLI u. s. w., welcher Brief überschrieben ist: *Cicero S. D. Cornificio COLLEGAE.* — *Orestilla*, Catilinas vormahlige Geliebte.

Valeria, soror Triarii, divortium sine causa, quo die vir e provincia venturus erat, fecit. Nuptura est D. Bruto: nondum retulerat? Multa in hoc genere incredibilia, te absente, acciderunt. Servius Ocella nemini persuasisset se moechum esse, nisi triduo bis deprehensus esset. Quaeres, ubi? *ubi* hercules ego minime vellem: relinquo tibi, quod ab aliis quaeras. Neque enim displicet mihi imperatorem singulos percontari, cum qua sit aliqui deprehensus.

EPISTOLA CCXLIV. (ad Div. III. 7.)

Scr. Laodiceae mense Febr. A. U. C. 704. (a. C. 50.)

Querelas Appii de impedita legatorum Appianorum aedificatione refellit. 1—3. et, quod suspicatus erat Appius, se ei obviam prodire noluisse, falsum esse demonstrat. 4—5. seque ei amicissimum fore confirmat. 6.

CICERO S. D. APPIO PULCHRO.

Pluribus verbis ad te scribam, quum plus otii nactus

Man begreift, wie von einer solchen Heirath in den vornehmen Zirkeln gesprochen wurde. — *Paulla Valeria*, ob Schwester des Lucius oder Publius Valerius Triarius? Der erstere, ein Mann von ausgezeichneten Eigenschaften, Cicero's Freund, verlor als Anhänger des Pompeius sein Leben; der letztere ist nur als Ankläger des von Cicero vertheidigten Prätors von Sardinien, M. Scaurus, bekannt. — *divort. fecit*, verliess das Haus ihres Mannes. — *Decio Bruto.* Etwa der, wovon ad Famil. X; 10. 11. XI, 1. 21. Verrin. 1, 55. Philipp. III, 1. die Rede ist? — *retuleras?* Sic Md. teste Victorio; mihi notatum non est. Asc. 1. Bened. Pro interrogatione habeo: „nondum tu haec legens, Paullam divortium fecisse, statim retuleras quasi in rationes tuas (divinaras) ideo factum, ut nuberet D. Bruto? *nondum rescieras?* Neap. *nondum retulerat* Cett. *mundum retulerat* Pantagathi susp. *ORELLI. retulerat.* Ernest. praefert. „Nam divortium facientes referre debebant ad Pontifices, proprie antequam facerent: sed id femina illa neglexerat." *WIEL.* „sie ging dabei so eilfertig zu Werke, dass sie sich nicht einmal Zeit nahm, ihre Ehescheidung anzuzeigen." Vgl. I. Lips. Excurs. ad Tacit. Annal. Lib. V, c. 4. — *Serv. Ocella*, ein unbekannter Mensch, der noch erwähnt wird ad Famil. II, 15. ad Attic. X, 13. 16. — *ubi.* omis. hoc *ubi* Md. Bened. Manutius explicat *in amici domo.* Sed si recte Caelium novi, significat mulierem, cum qua Ocella sit deprehensus, foedam potius, quam formosam esse, ut sibi tanti non esse videretur moechorum deprehensorum pericula propter eam subire. *SCH.* — *Neque .. displicet* cet. Ein Scherz, als ob Cicero an Anekdoten aus der Chronique scandaleuse ein solches Wohlgefallen fände, er, ein Imperator.

APPIO PULCHRO. S. zu ep. CLXXX im Anf. Dieser Brief ist zu Laodicea geschrieben, wohin sich Cicero nach Besiegung der Bewohner des Amanus u. nach Eroberung von Pindenissus begeben hatte. Er ist eine Antwort auf einen Brief, den Appius auf seiner Rückreise aus Asien an Cicero geschrieben hatte. S. ep. CCXLIX,

ero. Haec scripsi subito, quum Bruti pueri Laodiceae me convenissent et se Romam properare dixissent. Itaque nullas iis, praeterquam ad te et ad Brutum, dedi literas.
Legati Appiani mihi volumen a te plenum querelae iniquis- 2
simae reddiderunt, quod eorum aedificationem literis meis impedissem. Eadem autem epistola petebas, ut eos quam primum, ne in hiemem inciderent, ad facultatem aedificandi liberarem: et simul peracute querebare, quod eos tributa exigere vetarem prius, quam ego, re cognita, permisissem: genus enim quoddam fuisse impediendi, quum ego cognoscere non *possem*, nisi quum ad hiemem me ex Cilicia recepissem. Ad omnia accipe: et cognosce aequitatem expostula- 3
tionis tuae. Primum, quum ad me aditum esset ab iis, qui dicerent a se intolerabilia tributa exigi: quid habuit iniquitatis me scribere, ne facerent ante, quam ego rem causam-

---

1. u. ep. CCXXVIII, 5 u. 9. CCL, 7 — 10. Cicero verweilte daselbst vom 11. Februar bis zum 7. Mai nach ep. CCLVI.

1 — 2. *subito*, in Eile; wie im Anf. des vorig. Br. — *Appiani*, aus *Appia*, einer kleinen Stadt in Grossphrygien, welche diesen Namen zu Ehren der Appischen Familie führte, in deren Schutz sie stand. Marg. Crat. Lamb. *Appameani*, aus Apamea. Allein Plin. H. N. IX, 29 nennt die Appianer als zum conventus Synnadensis, Gerichtsbezirk von Synnada, gehörig. Die Gesandten derselben begehrten die Erlaubniss, dem Appius ein Monument zur Verewigung seines Proconsulats errichten zu dürfen; was Cicero ihnen abschlug. Hierüber beschwerte sich Appius gegen ihn, der hierauf antwortet. Andere Gesandte waren die CCXXII erwähnten. — *volumen*, longam epistolam, instar voluminis. — *aedif.* forsitan templi. S. ep. XXX, 26. — *literis meis*, durch mein Rescript. — *ne in h. incid.*, damit sie den Bau noch vor dem Winter vollenden könnten. — *ad* = in Betreff, Hinsicht. S. Ramsh. §. 137, 1. 203, 1, b. a. — *liberarem* näml. von meinem Verbote. — *peracute*, sehr scharf, bitter. *perastute factum quer.* Mart.-Lag. Sch. Lün. contra Md. *OR.* Astutiam quandam ab Appio Ciceroni exprobratam ea, quae sequuntur, satis demonstrant. *SCH.* — *tributa.* Scil. exigebatur a singulis pecunia collaticia (ausgeschriebene Steuer) ad monumentum Appio aedificandum. — *re cognita*, nach untersuchter Sache. — *cognoscere* rem, die Sache untersuchen. — *possem* ex antiquo est suppl. Abest a Md. et plerisque Codd. *OR.* — *ad hiemem*, zur Ueberwinterung. — *ex Cilicia*, nicht *ex Asia* Cd. Corton. Sanissimam esse vulgatam patet vel ex Fabricii *Hist. Cic.* Ed. Heusing. p. 167 u. c. 703. „Nonis Ianuariis Cicero Tarso profectus fuit *in Asiam*, ut ibi suarum dioecesium hominibus ius diceret: *Ep. ult. Lib.* 5. *ad* Attic. (CCL, 7 — 10.) *ORELLI.*

3. *Ad omnia accipe*, höre nun meine Antwort auf Alles. — *et cogn. aeq. exp. tuae*, u. ersieh daraus, wie billig (Ironie!) Du mit mir haderst. S. Ramsh. §. 203, 1, 7, 2, b.). — *ad me aditum esset literis scriptis*, da Mehre bei mir schriftlich mit der Beschwerde eingekommen waren; da ich von Mehren angegangen wurde, die sich beklagten, *qui dicerent.* — *tributa*, Beisteuer zu diesem Bau. — *τὸ me scribere*, dass ich ihnen den schriftlichen Bescheid gab. — *ne fac.*, sie sollten Nichts verfügen. Vielleicht ist *opus* zu ergän-

que cognossem? Non poteram, credo, ante hiemem; sic enim scribis. Quasi vero ad cognoscendum ego ad illos, non illi ad me venire debuerint. Tam longe? inquis. Quid? quum dabas iis literas, per quas mecum agebas, ne eos impedirem, quo minus ante hiemem aedificarent, non eos ad me venturos arbitrabare? Tametsi id quidem fecerunt ridicule; quas enim literas afferebant, ut opus aestate facere possent, eas mihi post brumam reddiderunt. Sed scito et multo plures esse, qui de tributis recusent, quam qui exigi velint; et me tamen, quod te velle existimem, esse factu-
4 rum. De Appianis hactenus. A Pausania, Lentuli liberto, accenso meo, audivi, quum diceret, te secum esse questum, quod tibi obviam non prodissem. Scilicet contempsi te: nec potest fieri me quidquam superbius! Quum puer tuus ad me secunda fere vigilia venisset isque te ante lucem Iconium mihi venturum nuntiasset, incertumque, utra via, quum essent duae: altera Varronem, tuum familiarissimum, altera Q. Leptam, praefectum fabrûm meum, tibi obviam misi. Mandavi utrique eorum, ut ante ad me excurrerent, ut tibi obviam prodire possem. Currens Lepta venit mihique nuntiavit te iam castra praetergressum esse. Confestim Iconium

---

zen, was nachher dabei steht. — *poteram* scil. rem causamque cognoscere. — *Tam longe?* so weit her? — *iis*, Md. Vict. 2. *his.* — *mec. agebas*, Du mir ansinnest. — *vent.*, nämlich persönlich. — *Tametsi* = freilich, gleichwohl. — *ridicule*, iedoch auf eine lächerliche Art.

4. *Lentuli.* Dieser P. Cornelius Lentulus Spinther der Vater war 698, 699, 700 Proconsul von Cilicien, also des Appius Vorgänger daselbst gewesen. S. ad Famil. I, 1. 5. ad Q. Fratr. II, 13. u. s. f. — *accensus*, Gerichtsdiener. — *audivi*, *quum diceret* st. Pausaniam . . . dicentem audivi. Ein Pleonasm, wie im Brut. c. 22. §. 85. — *tibi obv. non prod.*, nämlich bei seinem Abzuge aus Cilicien. — *Scil. contempsi te*, ich habe nämlich, so denkst Du, dadurch Dir ein Zeichen von Geringschätzung geben wollen. — *puer*, Bediener, servus. — *isque.* Ramsh. §. 158, 2, h. — *Iconium.* S. zu epist. CCXII, 1. — *incertumque* esse od. esset. — *Varro.* Ob A. Terentius Varro, welcher ad Famil. XVI, 12, u. XIII, 22, oder M. Terentius Varro Gibba, der ad Famil. XIII, 10 erwähnt wird? So viel sieht man, dass er Officier bei Cicero war. — *Q. Lepta.* S. ad Attic. VI, 8. VIII, 3. IX, 12. 14. ad Famil. VI, 18. IX, 13. — *excurrerent*, dann sollten sie davon rennen = *recurrerent* ad me, was Ernesti vorschlug. — *castra* mea. Cicero traf auf seiner Hinreise in Grossphrygien am 31 Iulius 703 ein und verweilte daselbst in Laodicea, Apamea u. Synnada, bis er nach Iconium in Lykaonien abreisete, wo er am 26 August anlangte. S. ep. CCI, 1. CCV, 4. CCVII, 1. Anstatt dass Appius den Cicero in Laodicea hätte empfangen sollen, war er, als er dessen bevorstehende Ankunft erfuhr, von da nach Tarsus in Cilicien zurückgegangen und hatte daselbst, während iener schon in Grossphrygien sein Amt ausübte, noch immer als Proconsul agirt. S. ep. CCVIII, 4. CCXIII, 4. 6. CCXXII,

**veni. Cetera iam tibi nota sunt. An ego tibi obviam non
prodirem? primum, Appio Claudio? deinde, imperatori?
deinde, more maiorum? deinde, quod caput est, amico?
quum in isto genere multo etiam ambitiosius facere soleam,
quam honos meus et dignitas postulat. Sed haec hactenus.
Illud idem Pausania dicebat, te dixisse: ,,Quidni? Appius 5
Lentulo, Lentulus Appio processit obviam: Cicero Appio
noluit?" Quaeso, etiamne tu has ineptias, homo — mea sen-
tentia — summa prudentia, multa etiam doctrina, plurimo
rerum usu, addo urbanitatem, quae est virtus, ut Stoici
rectissime putant, ullam Appietatem aut Lentulitatem va-
lere apud me plus, quam ornamenta virtutis existimas?
Quum ea consecutus nondum eram, quae sunt hominum opi-
nionibus amplissima, tamen ista vestra nomina nunquam
sum admiratus: viros eos, qui ea vobis reliquissent, magnos
arbitrabar. Postea vero, quam ita et cepi et gessi maxima
imperia, ut mihi nihil neque ad honorem neque ad gloriam
acquirendum putarem, superiorem quidem nunquam, sed**

---

1. 6. 10. CCXXXVIII, 2. Da nun Cicero zu Iconium sich bis zum 30 August aufhielt; so muss Appius in dieser Zeit seine Abreise nach Rom angetreten haben und vor Cicero's Lager bei genannter Stadt vorüber geeilt sein, ohne diesem einen Besuch abzustatten. Klüglich aber schob er ietzt die Schuld, dass er mit ihm auch nicht einmahl beim Abgange aus der Provinz zusammen gekommen sei, auf den unschuldigen Nachfolger, der am 7 October in Tarsus ankam. Nach ep. CCXLII, 1 war Appius im Ianuar 704 schon in Rom eingezogen.— *non prodirem* i. e. prodire noluerim?— *deinde.* Sch. Lün. de Ern. susp. *denique.* cfr. Matthiae *Epp. sel. p.* 157. *OR.* Ramsh. §. 177. — *caput*, die Hauptsache; Was über Alles geht. — *quum* est e suppl. Excidit e Md. Sic Vict. 1. 2. Beng. Bened. *praesertim quum* ex alio suppl. Cett. *OR.* — *multo.* Sch. Lün. *multa.* ,,Da ich in diesem Stück immer mehr zu thun gewohnt bin."

5. *Pausania.* Sic Md. Vict. 1. 2. Lamb. Graev. Mart.-Lag. Sch. = *Pausanias* Ern. Bened. Lün. — *Quidni?* Ciceronis verba: ,,cur non credam a te dictum, quod te dixisse Pausanias dixit? quum te tuae gentis antiqua nobilitas superbum faciat. *MAN.* Lamb. Lün. *Quid?* qui verbum Appio tribuunt. — *Cicero* homo novus. — *noluit* obviam ire? Sinn: Was Leute von altem Adel sich zu Ehren gethan haben, das hat ein Mann von Gestern, ohne Ahnen, nicht thun wollen? — *Quaeso.* Nun spricht Cicero. — *plur. rer. usu*, von sehr vieler Weltkenntniss. — *etiamne tu has ineptias, ullam Appietatem aut Lentul. cet.*, kannst auch Du Dir einbilden, dass solche Possen, dass irgend eine Appietät oder Lentulität d. i. Hochadligkeit, hochadliges Wesen bei mir mehr gelte, als persönliche Verdienste? — *magnos*, für gross. Denn sie begründeten u. hinterliessen Euch eben propter suae virtutis ornamenta solche hochadlige Namen. — *cepi* scil. quia honores et suo anno omnes adeptus et in praetura omnibus suffragiis praetor primus creatus erat. — *max. imperia*, was vorher *quae sunt ... amplissima.* — *acquir. putar.*, dass meiner Meinung nach weder meinem Ehr- noch Ruhmtriebe noch Etwas zu erstre-

parem vobis me speravi esse factum. Nec, mehercule, aliter vidi existimare vel Cn. Pompeium, quem omnibus, qui unquam fuerunt, vel P. Lentulum, quem mihi ipsi antepono. Tu si aliter existimas, nihil errabis, si paullo diligentius, ut, quid sit εὐγένεια, quid sit nobilitas, intelligas, Athenodorus, Sandonis filius, quid de his rebus dicat, attende-
6 ris. Sed, ut ad rem redeam, me tibi non amicum modo, verum etiam amicissimum existimes velim. Profecto omnibus officiis meis efficiam, ut ita esse vere possis iudicare. Tu autem si id agis, ut minus mea causa, dum ego absum, debere videaris, quam ego tua laborarim: libero te ista cura:

παρ' ἐμοί γε καὶ ἄλλοι,
Οἵ κέ με τιμήσουσι, μάλιστα δὲ μητιέτα Ζεύς.

Si autem natura es φιλαίτιος, illud non perficies, quo minus tua causa velim: hoc assequere, ut, quam in partem tu accipias, minus laborem. Haec ad te scripsi liberius, fretus conscientia officii mei benevolentiaeque, quam a me certo iudicio susceptam, quoad tu voles, conservabo.

---

ben übrig blieb. *ad gl. deesse putarem* Mart.-Lag. Sch. Lün. e perversa interpolatione Cdd. aliq. et marginis Crat. *OR.* — *parem*, Euersgleichen, Euch gewachsen. — *mihi ipsi.* Sch. *ipse* prob. Bremio *de Fato* p. 48. — *nihil errabis*, so wirst Du Dich nicht verirren, nicht fehlgreifen, nicht übel thun od. so wirst Du Dich von solchen Irrthümern losmachen. — *quid sit εὐγένεια* = quid sit nobilitas, was Wohlgeborenheit u. Adel sei. *quid sit ἐξοχή* (excellentia), *quid sit εὐγένεια int.* e docta interpol. Ald. Asc. 1. Crat. Lamb. Hinc: *quid sit εὐγένεια, quid ἐξοχή, int.* Mart.-Lag. Sch. Lün. Probabilius autem est v. *quid sit nobilitas* interpolatori deberi. *ORELLI.* — *Athenodorus*, aus welchem iene Griech. Worte entlehnt sind, von Tarsus gebürtig, war der Lehrer des Kaisers August. Nach einem Dorfe ward er Cananita und hier ist er *Sindonis filius* genannt, um ihn von seinem Zeitgenossen, dem Athenodorus Cordilio zu unterscheiden, der beim M. Cato lebte und starb. S. Strabo IV. Suid. Plutarch. Apophthegm. u. Isebr. Eilard Harkenroth in *coniectaneis* Tom. 1. Misc. Obs. crit. novar. p. 49.

6. *id agis*, es darauf absiehst. — *ut ... laborarim*, dass Du mir, so lange ich von Rom abwesend bin, weniger schuldig zu sein scheinst, als ich für Dich gethan habe. — *absum.* Sic Neap. Ald. Crat. Lamb. Mart.-Lag. *absim* Md., ut videtur. Vict. 1. 2. Graev. Ern. Bened. Sch. Lün. Creberrimus error. v. c. *ad Attic.* 1, 17, 3. *OR.* — *libero ... cura*, ie nun, so erlasse ich Dir diese Sorge mit folgenden Worten aus Homers Il. 1, 174: *πάρ' ἐμοὶ . . τιμήσουσι:* denn mir stehen noch Andre Mich zu ehren bereit, vor Allen aber Zeus, der reich an Weisheit zu rathen vermag. — *Si autem.* Mart.-Lag. Sch. *sin* contra Md. — *φιλαίτιος*, accusandi cupidus, klagelustig, übelnehmig. — *quo minus t. c. velim*, dass ich Dir weniger wohl wolle. — *quam in p. t. accipias*, wie Du es aufnehmest, wohl oder übel. — *liberius*, etwas frei vom Munde. — *certo iudicio susc.* st. quod eam certo iudicio suscepi, da sie auf festem Grunde bei mir steht.

EPISTOLA CCXLV. (ad Div. II. 14.)

Scr. Laodiceae mense Febr. A. U. C. 704. (a. C. 50.)

M. Fabium diligenter commendat seque literas de rebus urbanis exspectare significat.

M. CICERO IMP. S. D. M. CAELIO AEDILI CUR.

M. Fabio, viro optimo et homine doctissimo, familiarissime utor mirificeque eum diligo quum propter summum ingenium eius summamque doctrinam, tum propter singularem modestiam. Eius negotium sic velim suscipias, ut si esset res mea. Novi ego vos magnos patronos: hominem occidat oportet, qui vestra opera uti velit; sed in hoc homine nullam accipio excusationem. Omnia relinques, si me amabis, quum tua opera Fabius uti volet. Ego res Romanas vehementer exspecto et desidero: in primisque, quid agas, scire cupio. Nam iamdiu propter hiemis magnitudinem nihil novi ad nos afferebatur.

EPISTOLA CCXLVI. (ad Div. IX. 25.)

Scr. Laodiceae mense Febr. A. U. C. 704. (a. C. 50.)

Literis a Papirio Paeto acceptis, quibus ille aliquid de re militari praeceperat, in eius et suam ipsius rei militaris peritiam iocatur. 1. deinde M. Fabii Galli negotium ei commendat. 2 — 3.

CICERO IMP. PAETO.

Summum me ducem literae tuae reddiderunt: plane ne-

CAELIO. S. zu ep. CXCII.

1. *M. Fabio.* S. zu ep. XCI, 1. omis. *M.* Md. Crat. Sed vide Bened. Ceterum evolve Wolfii *Analect. lit.* 4. *p.* 381., et defle imbecillitatem humanam. *ORELLI.* — *negotium*, quod quale fuerit, intelligitur ex epistola proxime sequente ad Paetum. *SCH.* — *hominem occidat* cet. „ein Mann muss wenigstens einen Mord begehen, wenn ihr es der Mühe werth halten sollt ihm zu dienen. — *Omnia relinques*, Du lässt Alles Andere liegen. — *opera*, Beistand. — *res Rom. v. exsp. et desidero*, ich warte gewaltig mit Schmerzen (cum desiderio) auf Nachrichten von Dem, was zu Rom vorgeht. — *propt. hiem. magnit.*, wegen des anhaltenden stürmischen Winterwetters. Vgl. ep. CCXLIX, 4. *diffic. nav.* — *ad nos novi* Mart.-Lag. Lün. contra Md. *OR.*

PAETO. L. Papirius Paetus, ein Patricier, als Epikureer froh seiner Musse u. stets ohne Staatsamt, reich, ein gelehrter, scherzhafter und witziger Mann, ein liebenswürdiger Gesellschafter, mit welchem desshalb Cicero, als ein ihm aufrichtig ergebener Freund, gerne scherzt; gegen den er aber auch selbst über wichtige Vorfälle mit aller Herzlichkeit spricht. Paetus schenkte sogar die von seinem Vetter, dem Grammatiker Servius Claudius, ihm hinterlassene Bibliothek unserem Cicero, der einen grossen Werth darauf legte. S. ad Famil. IX, 16. ad Attic. 1, 20.

sciebam te tam peritum esse rei militaris. Pyrrhi te libros et Cineae video lectitasse. Itaque obtemperare cogito praeceptis tuis: hoc amplius, navicularum habere aliquid in ora maritima. Contra equitem Parthum negant ullam armaturam meliorem inveniri posse. Sed quid ludimus? nescis, quo cum imperatore tibi negotium sit. *Παιδείαν Κύρου*, quam
2 contriveram legendo, totam in hoc imperio explicavi. Sed iocabimur alias coram, ut spero, brevi tempore. Nunc ades ad imperandum, vel ad parendum potius: sic enim antiqui loquebantur. Cum M. Fabio, quod scire te arbitror, mihi summus usus est: valdeque eum diligo quum propter summam probitatem eius ac singularem modestiam, tum quod in iis controversiis, quas habeo cum tuis combibonibus Epi-
3 cureis, optima opera eius uti soleo. Is quum ad me Laodiceam venisset mecumque ego eum esse vellem, repente percussus est atrocissimis literis, in quibus scriptum erat fundum Herculanensem a Q. Fabio, fratre, proscriptum esse: qui fundus cum eo communis esset. Id M. Fabius pergra-

---

1. *Pyrrhi* Epirotarum regis, cuius legatus *Cineas.* Uterque de re militari scripsere. Vid. Plutarch. et Aelian. Tact. c. 1. — *in ora marit.*, quibus scilicet quam primum Romam redire possit et bellum Parthicum evitare. Itaque pergit iocari, quum dicit contra equitem Parthum *nullam armaturam meliorem* inveniri posse. Adversus Parthos enim mediterraneos nullus erat navium usus. *SCHÜTZ.* — *Παιδείαν Κύρου* Xenophontis. Lamb. *Κύρου παιδείαν.* — *quam .. contr. leg.*, die ich so fleissig gelesen habe, dass mein Exemplar ganz abgegriffen ist. — *in hoc imperio*, dum in Cilicia imperatoris vices explevi. — *explicavi*, in Ausübung gebracht; wie explic. praecepta *de Orat.* III, 26. „Mein Feldzug in Cilicien ist ein Commentar zu Xenophons Cyropädie gewesen."

2. *brevi tempore*, über Kurz; nächstens. — *ad imperandum* h. e. ut tibi imperetur; Achtung auf meine Ordre! Manutius hunc loquendi usum illustravit loco Sallustii de B. Iugurth. c. 66: *Iugurtha ... quum ipse ad imperandum Tisidium vocaretur. SCH.* „Ietzt stell Dich zum Commando, auf Commando, auf Ordre, auf Befehl." Denn in Hinsicht der nun folgenden Bitte musst Du mir gehorchen. Ein artiger Uebergang! — *loquebantur.* So sprachen die guten Altvorderen, wenn sie einen Freund vertrauensvoll um Etwas baten. Sie commandirten. Non sine aliqua probabilitatis specie haec *vel ad ... loquebantur* suspecta Rostio *Spec.* 1. *p.* 16. *sic* sane iungendum cum v. *imperandum. OR.* Vergl. Verrin. 1, 1: adesse ad iudicium. Caes. B. Gall. VI, 2: venire ad imperatum. — *M. Fabio.* S. den vorig. Brief. — *in iis.* Sic Neap. Vict. 2. *his* Cett. cum Md. — *in .. controversiis* i. e. disputationibus de philosophia. Agnoverat enim Tullius in Fabio summum ingenium summamque doctrinam. Cf. ep. CCXLV. *SCH.*

3. *percussus*, Wopkens. susp. *perculsus.* — *proscriptum esse*, ut venderetur, zum Verkauf angeschlagen, ausgeboten sei. Diess hatte sein Bruder gethan, während er in Cilicien beim Cicero war; desshalb eilte er nach Rom, um ienes zu hintertreiben. — *esset.* Sch.

viter tulit existimavitque fratrem suum, hominem non sapientem, impulsu inimicorum suorum eo progressum esse. Nunc, si me amas, mi Paete, negotium totum suscipe: molestia Fabium libera. Auctoritate tua nobis opus est et consilio et etiam gratia. Noli pati litigare fratres et iudiciis turpibus conflictari. Matonem et Pollionem inimicos habet Fabius. Quid multa? non mehercule tam perscribere possum, quam mihi gratum feceris, si otiosum Fabium reddideris. Id ille in te positum esse putat mihique persuadet.

EPISTOLA CCXLVII. (ad Div. XIII. 59.)

Scr. Laodiceae mense Febr. A. U. C. 704. (a. C. 50.)

M. Fabium commendat.

M. CICERO C. CURTIO PEDUCAEANO PRAETORI S.

M. Fabium unice diligo summaque mihi cum eo consuetudo et familiaritas est pervetus. In eius controversiis quid decernas, a te non peto — servabis, ut tua fides et dignitas postulat, edictum et institutum tuum — sed ut quam facillimos ad te aditus habeat: quae erunt aequa, lubente te impetret: ut meam amicitiam sibi, etiam quum procul absim, prodesse sentiat, praesertim apud te. Hoc te vehementer etiam atque etiam rogo.

Lün. de Ern. susp. *est.* Nam sunt verba Ciceronis. — *eo progress. esse*, sich so weit vergangen, vergessen habe. — *et etiam.* Ad hoc suspectum *et etiam* cfr. Heusingeri *Fragm. Corn. Nep. p.* 381. ed. Bardili: *et etiam debuerit. ORELLI.* — *turp.*, die ihnen keine Ehre machen. — *Matonem* = *Mathonem* Crat. cfr. *Oratoris* §. 160. *Orelli.* Pomponiae gentis cognomen. Sed etiam in Naeviis sunt Matones; ut ap. Liv. XXXIX, 33. 38. — Asinium *Pollionem*, Antonii amicum, de quo *ad Famil.* I, 6. XI, 9. X, 31. 32. 33. Eius epistolae sunt Libr. X. 31. 32. 33. Vid. Manut. ad X, 31. Interprett. Horat. Carm. II, 1. Lips. ad Tacit. Annal. III, 75. Ryk. ad Tacit. p. 122. — *otiosum reddid.*, molestia liberaris, wenn Du ihm Ruhe verschaffst. — *in te pos. esse*, dass diess in Deiner Macht stehe. — *mihiq. pers.* und macht es mir selbst glaublich.

CURTIO PED. Ein geborener Peducaeus, aber in die Curtische Familie adoptirt. Er war 704 Prätor in Rom.

1. *M. Fab.* S. die beiden vorig. Briefe u. XV, 14, (CCXLI.) wo er dem Cassius empfohlen wird. — *controv.*, Rechtshändeln mit seinem Bruder Quintus. — *quid*, Lamb. *ut aliq. dec.* prob. Sch. Sententia est: „ut secundum eum decernas, non peto. *ORELLI.* — *edictum* praetoris, worin er bekannt macht, wie er das ius verwesen will. — *institutum*, ordinem et morem in iure dicendo. — *aditus*, Zutritt. — *lubente te*, mit Deinem guten Willen. *iubente*, Crat. Lamb. — *absim* in Cilicia. — *Hoc te.* omis. *te* Neap. Asc. 1. Hinc Lamb.: *Hoc v. e. a. e. te rogo. Vale. ORELLI.*

EPISTOLA CCXLVIII. (ad Div. XIII. 58.)

Scr. in provincia mense incerto A. U. C. 704. (a. C. 50.)
Custidium praetori commendat.

M. CICERO C. TITIO L. F. RUFO PRAETORI URBANO S.

L. Custidius est tribulis et municeps et familiaris meus. Is causam habet; quam causam ad te deferet. Commendo tibi hominem, sicut tua fides et meus pudor postulat: tantum, ut faciles ad te aditus habeat; quae aequa postulabit, ut libente te impetret sentiatque meam sibi amicitiam, etiam quum longissime absim, prodesse, in primis apud te.

EPISTOLA CCXLIX. (ad Div. III. 9.)

Scr. in provincia sub finem Ianuarii, vel initio Februarii A. U. C. 704. (a. C. 50.)

Appii epistolam ex vicinia urbis scriptam laudat; gratulatur in spem triumphi; hortatur, ut libros augurales absolvat, petitque, ut supplicationem sibi decernendam curet. 1 — 4.

CICERO APPIO PULCHRO S.

Vix tandem legi literas dignas Appio Claudio, plenas humanitatis, officii, diligentiae. Adspectus videlicet urbis tibi tuam pristinam urbanitatem reddidit. Nam quas ex itinere ante, quam ex Asia egressus es, ad me literas misisti, unas de legatis a me prohibitis proficisci, alteras de Appianorum aedificatione impedita, legi perinvitus. Itaque conscientia meae constantis erga te voluntatis rescripsi tibi

---

C. TITIO. Dieser C. Titius L. F. Rufus, nicht zu verwechseln mit dem T. Titius T. F., einem Praepositus rei frumentariae unter dem Cn. Pompeius (ad Divers. XIII, 75.), auch nicht mit Titius das. V, 16, war 704 Praetor urbanus in Rom, in der Folge aber ein Untergeneral des Dolabella. S. XII, 15.

1. *L. Custidius*, Bened. secund. Gland. in Onomast. hist. Rom. praefert *Cuspidius*. — *tribulis*, ex eadem tribu *Cornelia*. Vid. Brut. c. 16. — *municeps*, Landsmann, also ein Arpinater. Est gradatio in his verbis. Nam minor est necessitudo tribulium, maior inter municipes, summa inter familiares. *SCH.* — *causam*, einen Rechtshandel. Welchen, ist unbekannt. — *quam causam.* S. Ramsh. §. 159, 3, d, Not. 2; bes. Zumpt §. 742. — *deferre*, anhängig machen. — *sicut.* Md. *sicuti* Edd. — *fides*, Rechtschaffenheit. Nil contra fidem a te peto. — *pudor*, qui iubet ut aequa ab amicis petamus. S. den vorig. Brief. *servabis, ut tua fides* etc. — *libente*, Lamb. *iubente*, wie im vorig. Briefe. — *absim*, in Cilicia.

APPIO PULCHRO. S. zu ep. CLXXX im Anf.

1. *Vix t. legi*, so hab' ich doch endlich zu lesen bekommen. — *offic.*, Verbindlichkeit. *dilig.*, Behuts., Achtung. — *quas ... literas.* S. Ramsh. §. 159, 3, d. u. b. — *egressus es*, e Cod. Lips. Ern. Mart.-Lag. Sch. Lün. *esses.* — *de legat.* cet. S. ep. CCXXII. — *de App. aedif.* S. ep. CCXLIV. — *Iis*, Md. Vict. 2. *His.* — *rescripsi.*

subiratus. Iis vero literis lectis, quas Philotimo, liberto meo, dedisti, cognovi intellexique in provincia multos fuisse, qui nos, quo animo inter nos sumus, esse nollent: ad urbem vero ut accesseris vel potius ut primum tuos videris, cognosse te ex iis, qua in te absentem fide, qua in omnibus officiis tuendis erga te observantia et constantia fuissem. Itaque quanti illud me aestimare putas, quod est in tuis literis scriptum!: „si quid inciderit, quod ad meam dignitatem pertineat, etsi vix fieri possit, tamen te parem mihi gratiam relaturum." Tu vero facile facies: nihil est enim, quod studio et benevolentia vel amore potius effici non
possit. Ego, etsi et ipse ita iudicabam et fiebam crebro a 2
meis per literas certior, tamen maximam laetitiam cepi ex tuis literis de spe minime dubia et plane explorata triumphi tui: neque vero ob eam causam, quo ipse facilius consequerer — nam id quidem ἐπικούρειον est — sed, mehercule, quod tua dignitas atque amplitudo mihi est ipsa cara per se. Quare quoniam plures tu habes, quam ceteri, quos scias in hanc provinciam proficisci, quod te adeunt fere omnes, si quid velis: gratissimum mihi feceris, si ad me, simul atque adeptus eris, quod et tu confidis et ego opto, literas miseris. Longi subsellii, ut noster Pompeius appellat, iudicatio et mora, si quem tibi item unum alterumve diem abstulerit: — quid enim potest amplius? — tua ta-

---

scil. epistola CCXLIV. — *Philotimo.* S. zu ep. XXX. XXXI. — *qui nos ... esse nollent*, die bei dem zwischen uns bestehenden guten Vernehmen ihre Rechnung nicht fanden. S. CCXXII, 5. Ramsh. §. 159, 3. b. d. — *absentem*, seit Deiner Entfernung von Rom. — *inciderit* = *acciderit* Lamb. — *Tu ... facies*, dazu wird es Dir auch an Vermögen nie fehlen. Ueber *nihil est*, *quod* c. coniunct. s. Ramsh. §. 184, 1 u. N. 1.

2. *ita* scil. te certo sperare posse, fore ut triumphi honor tibi decernatur. — *triumphi.* Er hat also diesen Brief an Cicero geschrieben, als er in Erwartung eines Triumphs noch vor der Stadt lag. Vgl. ep. CCXLII, 1. Es ergibt sich diess schon aus *Adspectus urbis* = ein Blick auf die Stadt, und *accesseris* in §. 1. — *quo ... consequerer*, weil ich dächte, als ob mir die gleiche Ehre alsdann desto leichter zu Theil würde. Ueber quo = als wenn s. Ramsh. §. 186. Grotef. §. 394. 403. — *ἐπικούρειον*, epicurei hominis, qui ad se ipsum omnia referat et in sua utilitate cuncta ponat. — *quod te adeunt* cet., weil fast Alle, welche in diese Provinz reisen, vorher bei Dir anfragen, ob Du Etwas zu befehlen, dort zu besorgen habest. *si quid* (εἴ τι) *velis* scil. interrogantes. S. Ramsh. §. 205, 3, b. — *adeptus eris* scil. triumphi honorem. — *Longi subsellii iudicatio*, „die zaudernde Untersuchung der langen Bank, wie Pompeius den Senat zu nennen pflegt, weil dieser mit Allem so langsam zu Werke ging. Auch musste jeder Senator seine Stimme abgeben." Die Ordnung erforderte, dass der Senat, bevor er einem Imperator den Triumph zuerkannte, ernstlich untersuchte, ob dieser auch bewei-

men dignitas suum locum obtinebit. Sed, si me diligis, si a me diligi vis, ad me literas, ut quam primum laetitia af-
3 ficiar, mittito. Et velim, reliquum quod est promissi ac muneris tui, mihi persolvas. Quum ipsam cognitionem iuris augurii consequi cupio, tum mehercule tuis incredibiliter studiis erga me muneribusque delector. Quod autem a me tale quiddam desideras, sane mihi considerandum est, quonam te remunerer potissimum genere: nam profecto non est meum, qui in scribendo — ut soles admirari — tantum industriae ponam, committere, ut negligens *in* scribendo fuisse videar: praesertim quum id non modo negligentis, sed etiam ingrati animi crimen futurum sit. Verum haec
4 videbimus. Illud, quod polliceris, velim pro tua fide diligentiaque et pro nostra non instituta sed iam inveterata amicitia cures, enitare, ut supplicatio nobis quam honorificentissime quam primumque decernatur. Omnino serius misi literas, quam vellem: in quo quum difficultas navigandi fuit odiosa, in ipsum discessum senatus incidisse credo

---

sen könne die Bedingungen erfüllt zu haben, an welche diese höchste Glorie eines Römers gebunden war. Dann erst wurde der Triumph beschlossen oder versagt. — *suum locum*, die ihr gebührende Auszeichnung.

3 *reliquum ... persolvas*, mir den versprochenem Rest Deines Geschenkes zukommen zu lassen d. i. seine übrigen Bücher de iure augurali; denn er hatte ihm erst ein Buch geschickt. S. ep. CXCIV u. CCXCV. Leider ist das ganze Werk verloren gegangen. *promissi ac muneris.* Ueber diese Hendiadys s. Ramsh. §. 203, 1, b, 2. a.). 206, C, 4. a. — *incredibiliter* gehört zu *delector.* Ueber diese Synchysis s. Ramsh. §. 206, B, 5. — *tale quiddam,* ein Gegengeschenk der Art. Vielleicht schrieb desshalb Cicero sein Buch *de auguriis.* — *non est meum ... committere*, (es ist mir nicht eigen) ich mag mir nicht das zu Schulden kommen lassen. Ueber *meum est* s. Ramsh. §. 108, Not. 4. u. §. 158, 4. über *meum*, *qui* = quum ego das. §. 159, 2, c. u. 194, 1. 2., über die Formeln *facere*, *committere*, *ut* s. Ramsh. §. 204, 5. — *in scrib.*, da ich so vielen Fleiss auf meine Schriften verwende. — *in scrib.* A Md. abest *in* (ut Libr. 2, 1. §. 1.). Item a Crat. Vict. 1. 2. Graev. *in scrib. negl.* Mart.-Lag. Sch. Lün. *OR.* — *Verum haec vid.*, doch wir wollen sehen, Was sich wird thun lassen.

4. *non instit.*, *sed iam invet. a.*, und vermöge unserer nicht erst angehenden, sondern bereits durch die Zeit gereiften Freundschaft. — *decernatur.* S. ep. CCXL, 3. CCXXXIX, 2. CCXXXVIII, 11 sqq. — *serius.* S. ep. CCXXI. CCXXVIII, 7. u. 9. CCXXVII, 3. — *difficultas navigandi.* S. ep. CCXLV, *propter hiemis magnit.* — *fuit*, Neap. *fuerit*, Mart.-Lag. Lün. *fuisset odiosa* contra Md. *OR.* — *in ipsum discess. senat.*, dass mein Brief grade um die Zeit ankommen werde, wo der Senat keine Sitzungen hält. Eines Festes im Februar wegen oder weil nach der lex Pupia et Gabinia der Senat in der zweiten Hälfte des Ianuars u. im ganzen Februar sich nicht versammelte oder nur den fremden Gesandten Audienz gab,

literas meas. Sed id feci adductus auctoritate et consilio tuo: idque a me recte factum puto, quod non statim, ut appellatus imperator sim, sed aliis rebus additis aestivisque confectis literas miserim. Haec igitur tibi erunt curae, quemadmodum ostendis: meque totum et mea et meos commendatos habebis.

EPISTOLA CCL. (ad Att. V. 21.)

Scr. Laodiceae Idib. Febr. A. U. C. 704. (a. C. 50.)

Attico in Epirum profecto. 1. scribit de Parthicis rebus. 2. de metu suo, ne sibi provincia prorogetur. 3—4. de pantheris a M. Caelio postulatis. 5. de provinciae suae administratione. 6. 7. 8. 9. de Scaptii negotio cum Salaminiis debitoribus ex Cypro 10.—13. de quibusdam domesticis. 14.

CICERO ATTICO S.

Te in Epirum salvum venisse et, ut scribis, ex sententia navigasse vehementer gaudeo: non esse Romae meo tempore pernecessario submoleste fero: hoc me tamen consolor: non spero te istic iucunde hiemare et libenter requiescere. Cassius, frater Q. Cassii, familiaris tui, pudentiores 2
illas literas miserat, — de quibus tu ex me requiris, quid sibi voluerint — quam eas, quas postea misit, quibus per

---

um über deren Anträge u. Vorträge zu berathschlagen. — *ut* = sobald. — *imperator.* S. ep. CCXXVIII, 3. — *aliis rebus additis aestiv. confectis, liter. mis.*, sondern erst nach Beendigung des Feldzuges den Bericht an den Senat absandte, um das weiter Vorgefallene anfügen zu können S. ep. CCXXVII, 3. CCXXI, 1. CCXVII, 3. CCXIV, 1. — *quemadm. ostendis*, wie Du Dich dazu geneigt bezeigst. — *mea* was mich angeht. *commendatos?* s. Ramsh. §. 96, 2, c. Grotef. §. 208, d. über *habeb.* mit d. Particip. Perf. passivi s. Ramsh. §. 171, II, A, 2. Grotef. §. 324.

1. *In Epirum.* S. ep. CCXX, 1. CCXXVIII, 7. 9. — *ex sent.*, nach Wunsch. Ueb. *gaudeo* mit d. Infin. c. accus. s. Ramsh. §. 168, B, 3. Grotef. §. 308. 3. Anm. 1. — *meo temp. pernec.*, quum de provinciis agetur Kalend. Martiis. cf. CCXXVIII. *MANUT.* „zu einer Zeit, wo Du mir dort so nöthig wärest. — *hoc* weis't auf den Satz *non spero* cet. Ramsh. §. 204, 3, b. Ueber *meus* Ramsh. §. 158, 4. An delendum *non?* Certe parum urbanus est iocus cum negatione. Vel legendum: *quod spero*, ut ex animo loquatur. - *quod non* (Oxon. 1.?) Asc. 1. Crat. Lamb. Oliv. *ORELLI.* — *et libenter requiescere.* Haec aberant a Cd. Ursini probb. ipso, Mureto, Iunio, Ern. delev. Sch. Lün. Recte retinuit Bentiv. *OR.*

2. *C. Cassius.* S. zu ep. CCXLI im Anf. — *Q. Cassii*, der als Volkstribun mit seinen Collegen M. Antonius u. C. Curio 705 zum Cäsar überging. — *pudent.*, bescheidneren Brief. *prudentiores* Md. Oxon. 2. Asc. 1. Crat. Lamb. Emendavit Victor. — *de quibus . . . quid sibi voluerint*, über welche Du eine nähere Auskunft von mir verlangst, statt: *quae . . quid sibi voluerint.* — *Illi* Parthi, was in

se scribit confectum esse Parthicum bellum. Recesserant illi quidem ab Antiochia ante Bibuli adventum, sed nullo nostro εὐημερήματι. Hodie vero hiemant in Cyrrhestica maximumque bellum impendet. Nam et Orodis, regis Parthorum filius, in provincia nostra est: nec dubitat Deiotarus, — cuius filio pacta est Artavasdis filia, ex quo sciri potest — quin cum omnibus copiis ipse prima aestate Euphraten transiturus sit. Quo autem die Cassii literae victrices in senatu recitatae sunt, id est, Nonis Octobribus, eodem meae tumultum nuntiantes. Axius noster ait nostras auctoritatis plenas fuisse; illis negat creditum. Bibuli non-
3 dum erant allatae; quas certo scio plenas timoris fore. Ex iis rebus hoc vereor, ne, quum Pompeius propter metum rerum novarum nusquam dimittatur, Caesari a senatu nullus honos habeatur: dum hic nodus expeditur, non putet senatus nos, antequam successum sit, oportere decedere nec in tanto motu rerum tantis provinciis singulos legatos praeesse. Hic, ne quid mihi prorogetur, quod ne intercessor quidem

---

Parthicum versteckt liegt. Ueber diese Synesis Ramsh. §. 206,4, b. — *nullo nostro εὐημερήματι* i. e. prospero successu, aber ohne dass wir uns desswegen schon Glück wünschen könnten. Cassium Parthos ab Antiochia recedentes insequutum rem bene gessisse Cicero negare non poterat idque ipse ad Atticum epist. CCXXVIII. scripserat: sed hoc tantum dicit, hoc non tam prosperum successum habuisse, ut bellum pro confecto sit habendum. Omnino autem h. l. de Cassii laude, fortasse quod nimia eius ostentatione offensus erat, detrahere videtur. *SCH.* — *Cyrrhest.*, einem an Cilicien angrenzenden Theile der Provinz Syrien. — *Orodi.* Sic Ern. Sch. *Orodae* Lamb. Graev. *Orodis* Asc. 1. Crat. Vict. 1. 2. Bened. *OR.* Ueber den Sohn des Orodes s. ep. CCXII, 1. CCXIV, 1. über Artavasdes ep. CCXIX, 2. — *in prov. nostra*, Cyrrhestica; *nostra* = populi Romani. Vgl. ep. CCXIV. — *cuius filio* Pacoro *pacta* i. e. nupta est Art. filia, ex quo scire poterat Deiotarus aliquid de Parthorum consiliis. *MAN.* Vid. ep. CCXII. — *ipse*, rex Parthorum, Orodes, Pacori pater. Vid. ep. CCLII, 14 sub. fin. — *Non. Octobr.*, am 7. October des vorig. Iahrs. — *tumultum*, den Kriegslärm. S. ep. CCXXI. — *auctoritatis plenas fuisse*, mein Bericht hätte vielen Eindruck gemacht. Ein Q. Axius, senator u. fenerator, wird ad Attic. 1, 12. III, 15. IV, 15. X, 11 erwähnt. — *plenas timoris*, voller Angst, Besorgniss.

3. *Ex iis*, Md. Lamb. *his.* — *nusquam*, also nicht aus Italien. *rer. nov.* Unruhen, Händeln mit Cäsar. — *Caesari .. nullus honos h.*, quum senatus ei provinciam ante tempus velit eripere. — *dum hic nodus exp.*, während dieser Knoten gelöset wird, difficillimus nodus, ut verear, ne successio provinciarum non facile expediatur. *MANUT.* Sic Lamb. Bent. *dum* = bis ... *expediatur* Cett. *OR.* — *non putet* hängt vom vorherg. *ne* = es möchte ab. — *anteq. succ. sit,* bevor, bis er uns Nachfolger geschickt hat. — *decedere* de provincia. — *legatos*, blosse Legaten. — *Hic .. horreo,* bei diesem Gedanken schaudre ich vor Besorgniss, es möchte meine Dienstzeit auch nur um Etwas verlängert werden. — *intercessor*, tribunus plebis. Veretur enim,

sustinere possit, horreo, atque eo magis, quod tu abes, qui consilio, gratia, studio multis rebus occurreres. Sed dices me ipsum mihi sollicitudinem struere. Cogor: et velim ita sit. Sed omnia metuo. Etsi bellum ἀκροτελεύτιον habet illa tua epistola, quam dedisti nauseans Buthroto: „*tibi, ut video et spero, nulla ad decedendum erit mora.*" Mallem, „*ut video:*" nihil opus fuit, „*ut spero.*" Acceperam autem 4
satis celeriter Iconii per publicanorum tabellarios a Lentuli triumpho datas. In his γλυκύπικρον illud confirmas, moram mihi nullam fore: deinde addis, si quid secus, te ad me fore venturum. Angunt me dubitationes tuae: simul et vides, quas acceperim literas. Nam quas Hermoni, centurionis Camulae, [ipse] scribis te dedisse, non accepi. Laenii pueris te dedisse saepe ad me scripseras. Eas Laodiceae denique, quum eo venissem, III. Id. Febr. Laenius mihi reddidit, datas a. d. x. Kal. Octobres. Laenio tuas commendationes et statim verbis et reliquo tempore re probabo. Hae literae 5
cetera vetera habebant: unum hoc novum, de Cibyratis pantheris. Multum te amo, quod respondisti M. Octavio te non putare. Sed posthac omnia, quae certa non erunt, pro

---

ut S. C. eiusmodi fiat, quo tribuni ab intercessione submoveantur. — *sustin.* aufhalten. — *abes* Roma. — *qui ... occurreres*, da Du sonst manchen Schwierigkeiten begegnen könntest. — *Cogor*, kann ich anders? Suppl. *mihi sollicitudinem struere.* Illud *cogor* vitiosum videbatur Sch. suspicanti: *Fortasse: et velim* cet. vel simpliciter leg.: *velim ita sit. ORELLI.* Nam quis hominem cogit sollicitudinem sibi ipsum struere? — ἀκροτελ., clausulam, Schluss. — *nauseans*, noch seekrank. Ein Scherz! — *Buthr.* in Epirus. — *tibi, ut video* cet. ist eben iener Schluss. — *ut spero.* Etiam has voces metuo.

4. *a Lentuli triumpho* = post P. Lentuli triumphum ex rebus in Cilicia gestis. S. zu ep. CCXLIV, 5. — *Iconii* in Lycaonia. Post hoc nomen excidisse videntur verba *literas tuas. SCH.* — γλυκύπικρον, dulce amarum, ienes Bittersüsse. — *confirmas*, bestätigst Du. — *moram*, quo minus iusto tempore e provincia decedam. — *si quid secus* accidisset, wenn es anders ausfallen sollte. — *literas* a te datas. — *Centurionis Camulae* scil. servo seu liberto, ut saepe in Inscrippt. *OR.* — [*ipse*] Ern. inclus. delev. Sch. Lün. Sed Lamb. 1566 sic: *centurionis Scamulae lib.*(erto) *scribis. OR.* — *Laenii.* S. zu ep. CCXXVIII, 8. — *III. id. Febr.*, am 11. Febr. *a. d. x. Kal. Oct.*, vom 23. September datirt. — *tuas commend.* kurz statt quantum tuae commendationes valeant; quanti eas faciam, wie viel sie bei mir vermögen. — *verbis* scil. probavi, was aus *probabo* zu nehmen ist.

5 — 7. *M. Octavio.* Is tum fuit aedilis curulis (A. U. 704.), Caelii collega. Et quoniam Caelius postulaverat a Cicerone (ep. CCVI, 5. CCXI, 3. CCXLII, 5), ut sibi pantheras publice venandas curaret, quas ludis suis populo exhiberet, videtur Octavius ex Attico quaesivisse, an putaret Ciceronem pantheras missurum esse, cui Atticus respondit: se non putare. Fortasse autem, si Cicero Caelio pantheras misisset, Octavius, ut sibi quoque mitteret, postulaturus erat. — *quae certa non erunt* cet. schlag nur Alles rund ab, wovon Du

certo negato. Nos enim et nostra sponte bene firmi et mehercule auctoritate tua inflammati vicimus omnes — hoc tu ita reperies — quum abstinentia, tum iustitia, facilitate, clementia. Cave putes quidquam homines magis unquam esse miratos, quam nullum teruncium me obtinente provinciam sumptus factum esse nec in rem publicam nec in quemquam meorum, praeterquam in L. Tullium legatum. Is, ceteroqui abstinens, sed Iulia lege, transitans, semel tantum in diem, non, ut alii solebant, omnibus vicis, praeter eum semel nemo, accepit, facit ut mihi excipiendus sit, quum teruncium nego sumptus factum. Praeter eum accepit nemo.
6 Has a nostro Q. Titinio sordes accepimus. Ego, aestivis confectis, Quintum fratrem hibernis et Ciliciae praefeci: Q. Volusium, tui Tiberii generum, certum hominem, sed mirifice etiam abstinentem, misi in Cyprum, ut ibi pauculos dies esset; ne cives Romani pauci, qui illic negotiantur, ius sibi dictum negarent: nam evocari ex insula Cyprios non
7 licet. Ipse in Asiam profectus sum Tarso Nonis Ianuariis:

---

nicht gewiss weisst, ob ich es thun kann oder will. — *auctoritate tua.* S. das Ende des §. 7. u. ep. CCVII, 2. CCXXVIII, 6. CCI, 1. — *vicimus omnes*, ich habe alle andern Proconsules u. Proprätores weit übertroffen an u. s. w.; will eben desshalb keine Aufträge übernehmen, die meinen Provinzialen könnten lästig werden. — *teruncium ... sumptus.* Vergl. ep. CCIX, 2. CCVIII, 3. CCIV, 2. — *L. Tullium leg.* S. ep. CCXXXVIII, 8. — *lege Iulia*, was er nach dem Iulischen Gesetze fordern kann. S. ep. CCVIII, 3. *Accepit* foenum aliaque necessaria, quae lex Iulia permittebat, *transiens* (an den Orten, durch welche er kam) raptim et festinanter, semel in diem, non ex omnibus vicis. *POPMA.* — *transitans* ein ἅπαξ λεγόμ. = transiens. Sic Cod decurt. firmans Manutii coniecturam, Lamb. Bened. Sqq. *ORELLI.* — [*praeter ... accepit*] Haec Ern. [ ] delev. Sch. Lün. Scilicet iam Graevio suspecta erant v. *praeter eum semel nemo*; retinebat autem *accepit. OR.* Schütz glaubt *accipiendo* sei vor *facit* ausgefallen. Man schiebe *qui* hinter *Is* ein und streiche *praeter eum semel nemo*; oder nehme letzteres als Parenthese u. ergänze *olim accepit.* Aber vielleicht ist *itaque* nach *accepit* vor *facit* ausgefallen. — *facit.* Cod. Malasp. Asc. Crat. Lamb. *hic facit.* Malasp. susp. *excipiendum* probante Ern. *OR.* — *Has ... sordes accep.*, diesen Flecken hat uns unser Freund Q. Titinius angeschmitzt. Ein Römischer Ritter u. fenerator, welchem zu Gefallen Attikus den besagten Tullius dem Cicero zum Legaten empfohlen hatte. S. ad Attic. IX, 6. II, 4. VII, 18. Verr. 1, 49. Des Titinius Sohn hielt es mit Cäsar; sein Halbbruder war C. Fannius. S. Wesseling Obs. I, 13. ad Attic. V, 21. — *Q. fratrem ... praefeci.* S. ep. CCXXXVIII, 10. CCXXVIII, 5. — *Q. Volusium* de comitibus Ciceronis in Cilicia, praefectum aut tribunum militum, qui a Cicerone eloquentiam didicit. Vid. ad Famil. V, 10. 20. — *ius sibi dict. neg.*, nicht sagten, sich nicht beschweren könnten, es sei ihnen das Recht versagt worden. Scil. adversus Cyprios, quibuscum essent iis controversiae. *SCH.* — *evocari*, abzurufen und vorzuladen. Es musste ihnen in ihrem Lande Recht gesprochen werden. — *Non. Ian.*, am 5. Ianuar. — *qua admiratione*, wie bewundert

non mehercule dici potest, qua admiratione Ciliciae civitatum maximeque Tarsensium. Postea vero quam Taurum transgressus sum, mirifica exspectatio Asiae nostrarum dioecesium, quae sex mensibus imperii mei nullas meas acceperat literas, nunquam hospitem viderat. Illud autem tempus quotannis ante me fuerat in hoc quaestu. Civitates locupletes, ne in hiberna milites reciperent, magnas pecunias dabant: Cyprii talenta Attica cc.; qua ex insula — non ὑπερβολικῶς, sed verissime loquor — nummus nullus, me obtinente, erogabitur. Ob haec beneficia, quibus illi obstupescunt, nullos honores mihi nisi verborum decerni sino: statuas, fana, τέθριππα prohibeo: nec sum in ulla re alia molestus civitatibus; sed fortasse tibi, qui haec praedicem de me. Perfer, si me amas. Tu enim me haec facere voluisti. Iter igitur ita per Asiam feci, ut etiam fames, qua 8
nihil miserius est, quae tum erat in hac mea Asia, — messis enim nulla fuerat — mihi optanda fuerit. Quacunque iter feci, nulla vi, nullo iudicio, nulla contumelia, auctoritate et cohortatione perfeci, ut et Graeci et cives Romani, qui frumentum compresserant, magnum numerum populis pollicerentur. Idibus Februariis, quo die has literas dedi, 9
forum institueram agere Laodiceae Cibyraticum et Apamense, ex Idibus Mart. ibidem Synnadense, Pamphylium, — tum Phemio dispiciam κέρας, — Lycaonium, Isauricum: ex Idibus Mai. in Ciliciam, ut ibi Iunius consumatur: velim tran-

---

u. verehrt von. — *nullas ... literas*, Rescripte von mir, scil. quibus pecunia ei imperaretur et erogatio aliqua facienda. Sch. — *nullum hosp.*, keine Einquartirung meiner Krieger. — *Illud autem tempus* cet., vor meinem Proconsulate aber war diess grade jährlich die Zeit gewesen, aus welcher man den meisten Gewinn zu ziehen wusste. — *in hiberna*, in's Winterquartier. — *Attica cc.* = 200,000 Speciesthaler, das Talent zu 6000 Drachmen u. die Drachme zu 20 Kreuzer gerechnet. — ὑπερβολικῶς, supra veritatem. — *me obtinente*, so lange ich hier zu befehlen habe. S. Ramsh. §. 171, III, 2, d, Not. 1). zur Sache vgl. ep. CCXXXVIII, 15. — *honores*, Ehrenbezeigungen. — *verborum*. S. zu ep. CCXXVIII, 1: *honorificisque verbis*. — τέθριππα, quadrigae aeneae vel marmoreae. Cf. ep. XXI. —

8. *nulla cont.*, ohne kränkendes Zwangsmittel —. Ueber *nullus* für *non*, *sine* s. Ramsh. §. 203, II, c. *auct.* bloss durch mein Ansehen u. durch meinen Zuspruch. Ueber das vor *auct.* fehlende *sed* s. Ramsh. §. 181, B, a. — *compr.*, Kornvorräthe aufgehäuft hatten. — *magn. num.*, eine grosse Menge Getreides. — *populis*, den Ortschaften.

9. *Idib. Febr.*, am 13. Februar. — *for. .. agere* cet., werd' ich zu Laodicea über die Cibyratischen u. Apameischen Rechtshändel öffentlich zu Gericht sitzen. — *Idib. Mart.*, am 15. März. — *tum ... dispiciam*, dann will ich mich nach einem Waldhorne für Phemius umsehen. S. ep. CCXXVIII, 9. u. CCLV, 13 am Ende. Vgl. zu *Lycaonium* ep. CCXIX, 1. — *idib. Mai.*, den 15 Mai. — *in Ci-*

quille a Parthis. Quintilis, si erit, ut volumus, in itinere est per provinciam redeuntibus consumendus. Venimus enim in provinciam, Laodiceam, Sulpicio et Marcello consulibus, pridie Kal. Sextiles. Inde nos oportet decedere a. d. IV. Kal. Sext. Primum contendam a Quinto fratre, ut se praefici patiatur: quod et illo et me invitissimo fiet. Sed aliter honeste fieri non potest, praesertim quum virum optimum, Pomptinum, ne nunc quidem retinere possim. Rapit enim hominem Postumius Romam, fortasse etiam Postumia. Habes consilia nostra. Nunc cognosce de Bruto. Familiares habet Brutus tuus quosdam creditores Salaminiorum ex Cypro, M. Scaptium et P. Matinium; quos mihi maiorem in modum commendavit. Matinium non novi. Scaptius ad me in castra venit. Pollicitus sum curaturum me Bruti causa, ut ei Salaminii pecuniam solverent. Egit gratias. Praefecturam petivit. Negavi me cuiquam negotianti dare; quod idem tibi ostenderam. Cn. Pompeio petenti probaram institutum meum: quid dicam? Torquato, de M. Laenio tuo? multis

---

liciam proficisci, redire cogito. — *si erit, ut vol.*, wenn's nach meinem Wunsche geht; wenn mir mein Dienstiahr nicht verlängert wird. — *Laodiceam . . prid. Kal. Sext.*, am 31. Iul. wie ep. CCVII, 1. v. *Laodiceam* suspectum Ern. Sch. — *a. d. IV. Kal. Sext.*, am 29. Iul. Manutio placuit *III. Kal. Sext.* (am 30. Iul.), ut annus integer sit. Recte puto; sicque est *Lib.* 6. *Ep.* 2. §. 6 *et* 3, §. 1. (CCLVI et CCLXIV). *ORELLI.* *decedere* de provincia, wieder abziehen. — *ut se praefici patiatur*, dass er als mein Stellvertreter zurückbleibe. — *illo.* Ern. susp. *ipso.* — *honeste*, quia alium non habebat, quem tuto praeficere posset, quum C. Pomptinus nollet. *ERNESTI.* Ueber diesen Legaten s. ep. CCXXXVIII, 8. Catil. III, 2. Flacc. c. 40. de Provinc. Consul. 13. Dio XXXVII. XXXIX. ad Attic. IV, 16. ad Q. Fratr. III, 4. ad Divers. II, 15. III, 3. u. s. w. Er wird auch *Pomptinius* geschrieben. S. Pigh. ad A. 690. Graev. ad Attic. IV, 16. Corte ad Sallust. Catil. 45. — *Rapit*, so gewaltsam zieht ihn sein Freund Postumius (einer von Cäsars Vertrauten) nach Rom. Ueber diesen s. ad Attic. VI, 12. XV, 2. — *Postumia*, Servii Sulpicii uxor. Vid. ad Famil. IV, 2. ad Attic. V, 20. XII, 11. Sueton. Iul. Caes. c. 50.

10. *de Bruto* d. i. lass Dich über die Beschwerden belehren, die Brutus über mich führt. *Salaminii*, die Bürgerschaft von Salamis, einer Stadt auf der Insel Cypern. — *M. Scapt. et P. Matin.*, beide vermuthlich Röm. Ritter u. Negocianten in Asien. Ersterer war ein Bruder des Negocianten M. Scaptius in Cappadocien, dem Cicero eine Präfectur antrug. S. ad Attic. VI, 1 (CCLII) u. 2 (CCLVI.). — *Praefecturam*, um die Stelle eines praefecti equitum u. s. f. — *idem.* Minime opus est, ut *item* corrigatur. cfr. ad *Brutum* §. 295. *ed. min. OR.* S. Ramsh. §. 158, 2, g. h. — *petenti* pro aliquo negotiatore, ut ei praefecturam darem. *ERNESTI.* nempe Pompeius Sex. Statium commendaverat. ep. CCLII, 6. *SCH.* — *Torquato*, praefecturam pro Laenio petenti et multis aliis institutum meum probavi, auch den Torquatus bracht' ich, als er für seinen Freund Laenius um eine Präfectur bei mir anhielt, dahin, dass er diesen meinen Amtsgrundsatz und Bescheid gut hiess; und so noch viele Andere.

aliis? Si praefectus vellet esse syngraphae causa, me curaturum, ut exigeret. Gratias egit: discessit. Appius noster turmas aliquot equitum dederat huic Scaptio, per quas Salaminios coërceret; et eundem habuerat praefectum. Vexabat Salaminios. Ego equites ex Cypro decedere iussi. Moleste tulit Scaptius. Quid multa? Ut ei fidem meam praesta- 11
rem; quum ad me Salaminii Tarsum venissent et una Scaptius, imperavi, ut pecuniam solverent. Multa de syngrapha, de Scaptii iniuriis. Negavi me audire. Hortatus sum: petivi etiam, pro meis in civitatem beneficiis, ut negotium conficerent: denique dixi me coacturum. Homines non modo non recusare, sed etiam hoc dicere, se a me solvere. Quod enim praetori dare consuessent, quoniam ego non acceperam, se a me quodam modo dare; atque etiam minus esse aliquanto in Scaptii nomine, quam in vectigali praetorio. Collaudavi homines. „Recte, inquit Scaptius; sed subducamus summam." Interim quum ego in edicto trala-

---

Cfr. ep. CCLII: *quod ego Torquato nostro in tuo Laenio .. probavi.* Unter *institutum* versteht er seine Massnehmungen, die er sich als Proconsul zum Gesetz gemacht hatte. S. ep. CCXLVII. *edictum et institutum* eines Prätors. *in Laenio* Manut. Lamb. *in M. Laenio* Sch. Lün. *OR.* Es wird hier entweder A. Manlius Torquatus, Cicero's Freund, Prätor 702 (s. ad Famil. VI, 1. de Finibb. II, 22), oder L. Manlius Torquatus, der Consul v. I. 689 (s. Orat. Catil. III, 8. Agr. II, 17. Pis. 31. 19. Brut. 68 oder vielmehr dessen gleichnamiger Sohn, Prätor im I. 705 (ad Attic. IV, 16. VII, 12. IX, 8. de Finibb. 1, 5. Brut. 76.) gemeint. — *Si praefectus*, Scaptio dixi, *vellet esse* cet., wenn er, sagt' ich zu ihm, seiner Schuldforderung wegen Präfect zu sein wünschte (was denn auch sein Beweggrund war); so bedürfe es dessen nicht: ich wollte schon dafür sorgen, dass er sein Capital zurückbezahlt erhielte, *ut exigeret* pecuniam e syngrapha debitam, etiamsi praefectus non esset. *SCH.* — *Appius* Pulcher, quum Ciliciae praeesset. — *dederat*, hatte ihn also zum praefectus equitum gemacht. — *per quas* = ut per eas Salaminios *coërceret*, mit welchen er die Salaminier zum Zahlen anhalten könnte; *coërc.* = cogeret pecunias, quas ei deberent, solvere. *SCH.*

11. *fidem* datam *praest.*, sein gegebenes Wort halten. — *Multa* scil. conquesti sunt. — *Negavi me audire*, ich sagte ihnen, davon wollte ich Nichts hören. Ueber den Infin. imperf. beim Praeterito s. Ramsh. §. 164, 4. — *Hortatus sum*, ich redete ihnen zu. — *in civit.* eorum, bei meinen Verdiensten um ihre Stadt. — *recusare, dicere* Infinit. histor. S. Ramsh. §. 168, B, 5. Grotef. §. 170. — *se a me solvere*, sie würden eigentlich doch ihn bloss aus dem Meinigen bezahlen. Ramsh. §. 150, 1. — *atque etiam esse minus aliq.* cet., und sie gewännen noch dabei, da die ganze Forderung des Scaptius etwas weniger betrage, als die herkömmliche Abgabe an den Prätor. — *subduc. summ.*, wir wollen die Summe zusammenrechnen. — *Interim quum* cet., Inzwischen, obgleich ich in dem Edicte, was ich als Prätor der Provinz hatte ergehen lassen, nach dem Beispiele meiner Vorgänger (des L. Lucullus) erklärt hatte, dass ich in Zinsverschreibungen nur 1 von 100 monathlich, jedoch

ticio centesimas me observaturum haberem cum anatocismo anniversario, ille ex syngrapha postulabat quaternas. „Quid ais? inquam. Possumne contra meum edictum?" At ille profert senatus consultum Lentulo Philippoque consulibus, *UT, QUI CILICIAM OBTINERET, IUS EX ILLA*
12 *SYNGRAPHA DICERET.* Cohorrui primo: etenim erat interitus civitatis. Reperio duo senatus consulta iisdem consulibus de eadem syngrapha. Salaminii quum Romae versuram facere vellent, non poterant; quod lex Gabinia vetabat. Tum ii Bruti familiares, freti gratia Bruti, dare volebant quaternis, si sibi senatus consulto caveretur. Fit gratia Bruti senatus consultum, *UT NEVE SALAMINIIS, NEVE QUI EIS DEDISSET, FRAUDI ESSET.* Pe-

mit dem Recht die rückstehenden Zinsen alle Iahre zum Capitale zu schlagen, würde zu Recht gelten lassen; so forderte Scaptius dennoch vermöge seiner Zinsverschreibung 4 von 100 monathlich. S. ep. CCLII. Plutarch in Lucullo. *Anatocismus, ἀνατοκισμός*, Zins von Zins, so dass die aufgelaufenen Zinsen iährlich wieder mussten verzins't werden. S. ep.: CCLXIV *centesimis, revocato in singulos fenore*; CCLII: *centesimas sexennii cum renovatione annorum singulorum.* — *quaternas* scil. centesimas h. e. ut nos dicimus 48 *pro Cent.* — *Possumne* cet. kann ich gegen mein Edict Recht sprechen? — *profert*, legt mir vor. — *consulibus*, also ein S. C. vom I. 698. — *UT, QUI* cet. kraft dessen ieder künftige Statthalter von Cilicien sollte gehalten sein, die wegen dieses Schuldbriefes etwa entstehenden Rechtshändel nach Massgabe desselben zu entscheiden. Nempe Scaptius et Matinius impetraverant decretum senatus, quo illa syngrapha firmaretur, ne magistratus provincialis eam ex edicto suo irritam redderet. *ERNESTI.*

12. *primo* momento. — *interitus*, Ruin der Stadt Salamis. Denn, wenn das Capital auch nur 100 Talente betragen hätte, so würde die Schuld durch so ungeheure Zinsen in 6 Iahren auf 931, 200 Flr. angeschwollen sein. *WIEL.* — *versuram facere*, eine Summe Geldes aufleihen. Cicero erzählt die Veranlassung zu den beiden Rathsdecreten über dieselbe Schuldverschreibung. Miseri Salaminii quum Romae ab acerbissimis feneratoribus pecuniam mutuam sumere vellent, invenire non poterant, qui iis crederet; nam legitimis usuris, nempe centesimis, illi contenti non erant, et, quum Salaminii necessitate compulsi vel quaternas centesimas in syngrapha promittere vellent, feneratores tamen adduci non poterant, ut pecuniam his usuris mutuam darent, quod *lex Gabinia* ex huiusmodi syngraphis ius dici vetuerat. *SCHÜTZ.* Sanxit igitur, ut ex edicto ius diceretur, in quo modus usurarum statueretur. — *vetabat.* [*e syngrapha ius dicere*] de suo addidit Ernest. Similiter Sch. Lün.: *quod e syngrapha ius dici lex Gabinia vetabat.* Sed prorsus ut h. l. Lib. 6, 1: *Pecuniam Salaminii contra legem Gabiniam sumpserant*, notante Bent. *ORELLI.* — *gratia*, die Vielvermögenheit. — *dare .. quaternis*, zu 4 von 100 monathlich vorschiessen. — *si ... caveretur*, wofern sie durch ein Senatusconsult gedeckt würden. — *UT ... DEDISSET* (Oxon. 2. dedissent), *FRAUDI ESSET*, dass weder den Salaminiern noch Dem, der ihnen das Geld würde geliehen haben, diese Anleihe zum Schaden gereichen sollte. *MANUT.* ut neque feneratores creditam pecuniam amitterent neque Salaminii multarentur, quod

cuniam numerarunt. [Et] postea venit in mentem feneratoribus nihil se iuvare illud senatus consultum, quod ex syngrapha ius dici lex Gabinia vetaret. Tum fit senatus consultum, † *UT EX EA SYNGRAPHA ESSET QUAM CETERAE *** SED UT EODEM.* Quum haec disseruissem, seducit me Scaptius; ait se nihil contradicere: sed illos putare talenta cc. se debere; ea se velle accipere: debere autem illos paullo minus: rogat, ut eos ad cc. perducam. „Optime", inquam. Voco illos ad me, remoto Scaptio. „Quid vos? quantum, inquam, debetis?" Respondent, cvi. Refero ad Scaptium: homo clamare. „Quid opus est? inquam. Rationes conferatis." Assidunt, subducunt: ad nummum convenit. Illi se numerare velle, urgere, ut acciperet. Scaptius me rursus seducit: rogat, ut rem sic relinquam. Dedi veniam homini impudenter petenti. Graecis querentibus; ut in fano deponerent, postulantibus, non concessi. Clamare omnes qui aderant, nihil impudentius Scaptio

---

contra legem versuram facerent. *Fraus* = poena et damnum, ut ad Famil. VI, 26. — *numerar.* Scaptius et Matinius. — [Et] delend. videtur. *at* Ern. coni. Sch. Lün. *OR.* — † *UT EX . . . CETERAE *** SED UT EODEM.* Locus corruptus. Sic Md. Ox. 1. 2. Vict. 2. (Item Vict. 1. sed *et* pro *ea*). Sententiam mancam recte explevit Lamb. sic: *ut ea syngrapha esset eodem iure quo ceterae. Non meliore quam ceterae; sed ut eodem.* Idem tentatum in cod. Ursini, quem secuti sunt Sch. Lün. Bent. *non ut alio ea syngrapha iure esset quam ceterae; sed ut eodem.* Sed nimis ista recedunt a solito formularum sermone cet. *ORELLI.* Sinn: „der mehr besagte Schuldbrief sollte eben so viele Gültigkeit als alle anderen haben." Vgl. ep. CCLVI: decrevit senatus, ut ius diceretur ista syngrapha. Nunc ista habet iuris idem quod ceterae, nihil praecipui. — *Quum haec disser.*, als ich dem Scaptius die wahre Meinung u. Absicht dieser Senatsschlüsse begreiflich gemacht hatte. — *talenta cc. se debere.* Vide mihi huius Scaptii malitiam, dolis, mendaciis fraudibusque consuti, qui pro CVI talentis CC accipere volebat. *SCH.* — *remoto Sc.*, nachdem ich den Scaptius hatte abtreten lassen. — *Refero ad Sc.*, ich melde das dem Sc. — *clamare.* Infinit. histor. — *Quid opus est*, wozu das Schreien? — *Rat. conf.*, rechnet zusammen; macht eure Berechnung! — *subd.* sie rechnen. — *ad numm. conv.*, die Angabe der Salaminier trifft auf einen Pfennig ein; sie waren ihm also nur CVI schuldig. — *Illi* dicunt, imo dicere, wie *urgere* Infin. hist. — *ut rem sic relinquam* i. e. ne decernam, sed rem infectam relinquam. *SCH.* „die Sache vor der Hand zu lassen, wie sie liege." — *Dedi ven.*, ich gab ihm endlich nach, willfahrte ihm, that ihm den Gefallen. Cicero that das, weil Scaptius sich nicht vergleichen wollte und in Sachen der Art iuristische Strenge nicht räthlich war, indem man sich vor dem Unwillen der Röm. feneratores wohl in Acht zu nehmen hatte. Ueberdiess war Brutus der eigentliche Gläubiger der Salaminier. S. ep. CCLII, 5. — *Graecis*, Salaminiorum legatis, *quer.* ablat. absol. — *ut in fano dep.*, „das Geld bis zum Austrag der Sache in einem Tempel hinterlegen zu dürfen;" weil von dem Tage an, wo dieses Geld zu einem Deposito wurde, die Zinsen zu laufen aufhörten. — *nihil* = neminem. S. Ramsh. §. 203,

qui centesimis cum anatocismo contentus non esset: alii, nihil stultius. Mihi autem impudens magis quam stultus videbatur. Nam aut bono nomine centesimis contentus erat,
13 aut, non bono, quaternas centesimas sperabat. Habes meam causam: quae si Bruto non probatur, nescio, cur illum amemus: sed avunculo eius certe probabitur, praesertim quum senatus consultum modo factum sit, puto, postquam tu es profectus, in creditorum causa, ut centesimae perpetuo fenore ducerentur. Hoc quid intersit, si tuos digitos novi, certe habes subductum. In quo quidem, *ὁδοῦ πάρεργον*, Lucceius M. F. queritur apud me per literas summum esse periculum, ne culpa senatus his decretis res ad tabulas no-

---

1, a, 5. — *qui* = quippe qui ... *cont. non esset*, der mit 12 vom 100 iährlich u. den zum Capital geschlagenen Zinsen nicht zufrieden sei. — *Nam ... sperabat*, Denn, entweder war er, wenn er die Salaminier für sichere und zuverlässige Schuldner hielt, mit 12 vom 100 iährlicher Zinsen zufrieden, da die Zinsen von Zinsen, weil das Capital nicht zum Deposito gemacht wurde, zu seinem Vortheile fortliefen und anwuchsen; oder wenn er befürchtete, die Salaminier könnten das Capital nicht bezahlen, so setzte er seine Hoffnung darauf, dass er monathlich 4 vom 100 wenigstens unter einem andern Proconsul erhalten würde. *bonum nomen* = debitores, quibus pecunia certa cum fiducia creditur et in quibus nullum est iacturae periculum. *SCH. non contentus* Ern. susp. Vide etiam atque etiam, ne potius in superioribus legendum sit: *mihi autem non impudens magis, quam stultus videbatur*; (sane ironice) nam, si bonum esset nomen Salaminiorum, potius quam ut ab iis acciperet pecuniam, centesimarum fenore contentus erat; si malum, eo rem sperabat se adducturum, ut necessitate aliquando coacti etiam quaternas solverent. *ORELLI.*

13. *meam causam*, den ganzen Handel u. wie ich dabei verfahren habe. — *avunculo eius*, M. Catoni; denn dessen Schwestersohn war Brutus. — *modo*, neulich. Ueber die Stellung von *puto* s. Ramsh. §. 197. b, 3. Zumpt §. 777. — *in cred. causa*, in Sachen der Gläubiger. — *ut ... ducerentur* in supputatione, dass man monathlich nur 1 von 100 unverzinslich fortlaufende Interessen berechnen und beziehen sollte. *perpetuo fenore*, sine renovatione singulorum annorum, sine anatocismo, ne usurae usurarum solverentur, sed centesimarum perpetuum esset fenus, alio praeterea fenore non adiecto. *MANUT.* — *Hoc quid intersit* cet., Was das für einen Unterschied mache und wie Viel Scaptius dagegen bei Dem, was ich ihm zugestanden, noch gewonnen habe, das hast Du, kenn' ich anders Deine Finger, längst ausgerechnet. Denn ihm blieben doch die Zinsen von Zinsen. *digitos.* In digitis enim supputare solebant. *SCH.* — *ὁδοῦ πάρεργον*, ut hoc obiter dicam et quasi praetereundo s. praeter propositum. *SCH.* — *Lucceius* der iüngere, Marci filius. — *periculum, ne* (s. Ramsh. §. 193, 1, 4.) *culpa* cet. es sei zu fürchten, dass es durch solche übel bedachte Verordnungen des Senats zu einem allgemeinen Bankrott kommen möchte. — *his decretis*, quae debitorum sublevandorum causa a senatu facta sunt. *SCH. ad tab. novas*, quibus pecuniae creditae debitoribus condonari solent, *χρεῶν ἀποκοπάς* Lib. VII. ad Attic. ep. 10. *CORRAD.* — *C. Iul.* Caesar, ob als Prätor

vas perveniat. Commemorat, quid olim mali C. Iulius fecerit, quum dieculam duxerit: nunquam rei publicae plus. Sed ad rem redeo. Meditare adversus Brutum causam meam: si haec causa est, contra quam nihil honeste dici potest: praesertim quum integram rem et causam reliquerim. Re- 14
liqua sunt domestica. De ἐνδομύχῳ, probo idem, quod tu, Postumiae F., quoniam Pontidia nugatur. Sed vellem adesses. A Quinto fratre his mensibus nihil exspectaris. Nam Taurus propter nives ante mensem Iunium transiri non potest. Thermum, ut rogas, creberrimis literis fulcio. P. Valerium negat habere quidquam Deiotarus rex, eumque ait a se sustentari. Quum scies, Romae intercalatum sit necne, velim ad me scribas certum, quo die mysteria futura sint. Literas tuas minus paullo exspecto, quam si Romae esses: sed tamen exspecto.

---

oder Consul? ist unbekannt. Schulden hatte er sammt seinen Genossen in Menge. — *quum dieculam duxerit*, i. e. quum decreverit, ut dies solutionis (der Zahlungstermin) a debitoribus differri possit. *SCH.* — *plus* scil. mali factum esse. Sunt Lucceii verba. *SCH.* — *ad rem*, Brutum. — *Meditare* cet., denke darauf, wie Du mich u. mein Verfahren gegen ihn verfechten wollest. — *integram*, unverändert, wie sie war. S. vorig. §. *ut rem sic relinquam.*

14. ἐνδομύχῳ (Vgl. ep. CCIV, 3. u. CCLII, 10.), in Betreff des Familiengeheimnisses. Sehr zart bedient er sich eines Griech. Worts bei der Heirathsangelegenheit, die er überdiess mehr zu einer Sache von Frauen macht. — *Postumiae filio.* Intelligit filium Servii Sulpicii, cuius uxor erat Postumia. cf. ep. CLXXXI. „man wird auf den Sohn der Postumia denken müssen." — *quon. Pontidia nugatur* (da es Dem von Pontidia vorgeschlagenen kein Ernst ist), quae alium generum Ciceroni commendaverat. Sie wird auch ep. CCLII, 10. erwähnt. — *adesses* Romae. — *A Q. fratre*, Ciliciae praefecto trans Taurum. Vid. ep. CCXXXVIII, 10. CCXXVIII, 5. — T*aurus*, quem tabellarii ex Cilicia Romam euntes transirent necesse erat. Marcus Cicero in Asia cis Taurum erat, ut mittere tabellarios Romam posset. *MAN.* — *Thermum . . fulcio* i. e. Thermum propraetorem (in Asia) firmo in benevolentia et voluntate, quam mihi ostendit se commendatione mea habere erga te tuosque. *ERNESTI.* Ueber *Thermus* s. ep. CCI, 2. — *Valerium.* Videtur Attico debuisse et, quia in Deiotari regno erat, ab eo auxilium petiisse. *SCH.* Ueber Valerius vgl. ad Attic. XVI, 7. ad Famil. XIV, 2. Philipp. 1, 3. — *intercal. sit.* S. zu ep. CCXLII, 5. *quia de intercalando non obtinuerat.* — *mysteria* Romana (ad Attic. VI, 1) i. e. sacra Bonae Deae *futura sint.* Nam intercalatio ordinem dierum mutabat; sed Atticus, qui Roma propius abesset, intercalationis dies et dies item reliquos certius nosse poterat. *MANUT.* Cicero wollte das wissen, weil er besorgte, die Einschaltungen und Feste möchten sein Dienstjahr und den Rathsschluss über sein Nachsuchen um die Ehre einer supplicatio verzögern. Sollten unter *mysteria* die Liberalia zu verstehen sein; so ergäbe sich der Grund seiner Anfrage aus ep. CCLII, 12.

EPISTOLA CCLI. (ad Div. XIII. 63.)

Scr. Laodiceae mense Martio A. U. C. 704. (a. C. 50.)

Laenium diligentissime commendat.

M. CICERO S. D. P. SILIO PROPR.

Non putavi fieri posse, ut mihi verba deessent: sed tamen in C. Laenio commendando desunt. Itaque rem tibi exponam paucis verbis: sed tamen, ut plane perspicere possis voluntatem meam. Incredibile est, quanti faciamus et ego et frater meus, qui mihi carissimus est, M. Laenium: id fit quum plurimis eius officiis, tum summa probitate et singulari modestia. Eum ego a me invitissimus dimisi, quum propter familiaritatem et consuetudinis suavitatem, tum
2 quod consilio eius fideli ac bono libenter utebar. Sed vereor, ne iam superesse mihi verba putes, quae dixeram defutura. Commendo tibi hominem, sicut intelligis me, de quo ea supra scripserim, debere commendare: a teque vehementer etiam atque etiam peto, ut, quod habet in tua provincia negotii, expedias: quod tibi videbitur rectum esse, ipsi dicas. Hominem facillimum liberalissimumque cognosces. Itaque te rogo, ut eum solutum, liberum, confectis eius negotiis per te, quam primum ad me remittas. Id mihi fratrique meo gratissimum feceris.

P. SILIO. S. zu ep. CCXXXIII im Anfange.

1. *C. Laenio.* S. zu ep. CCXXVIII, 8. CCL, 4 u. 10. — *paucis verbis.* Suspectum *verbis* Gronovio ac Sch. S. Ramsh. §. 206, C, 2, c. über die Ellipsis. — *sed tamen* scil. ita. Lamb. *ita tamen.* Beng. susp. *v.; sic tamen.* — *faciamus* ist Regel, nicht die Figura Syllepsis. S. Ramsh. §. 96, 3. vgl. mit 206, C, 3, a. — *officiis.* S. ep. DCLXXXIII. u. die Orat. pro Plancio c. 41. et Sextio c. 63. Ablat. caus. — *dimisi* = dimitto im Briefst.

2. *superesse*, dass ich der Worte nur zu Viel habe. — *intelligis* Vict. 2. *intelliges.* Lamb. *me eum, de quo.* — *ea*, so viel Rühmliches. Auf *debere* liegt der Accent. — *a teque.* Ueber *que*, dem nächsten Worte nach der Präpos. angehängt, s. Ramsh. §. 179. B, a, 1. Grotef. §. 360. Anm. 5. — *negot.* Geldgeschäft. — *exped.*, auf's Reine bringen. — *ipsi dicas*, ich begehre iedoch keinen andern Spruch für ihn, als den Du selbst für recht erkennst. — *facillim.*, handliehsten, traitable. *liberal.*, gratissimum.

EPISTOLA CCLII. (ad Att. VI. 1.)

Scr. Laodiceae d. III. Non. Mart. A. U. C. 704. (a. C. 50.)

Certiorem facit Atticum se omnes eius epistolas praeter duas accepisse. 1. Deinde de iniustis Appii querelis. 2. de Bruti mandatis a se curatis ac primum de pecunia ab Ariobarzane ei debita. 3 — 4. de Salaminiorum negotio, qui nomine quidem in Scaptii, revera autem in Bruti aere erant. 5 — 7. de suis de re publica libris eorumque loco, in quo erat Cn. Flavii mentio facta. 8. de epistolis, quas de rebus suis gestis ad Atticum et publice miserat. 9. de Tulliae elocatione. 10. de Furnii exceptione. 11. de Ciceronibus pueris. 12. de variis Attici mandatis. 13. de Parthico bello. 14. de iurisdictione sua provinciali. 15. de ratione sua publicanos tractandi. 16. de Scipione Metello, qui proavum suum censorem non fuisse nescierat. 17 — 18. de Philotimi negotio. 19. de admonitione, qua Atticus Ciceronem ad vigilantiam excitaverat. 20. de M. Octavii et Caelii postulatis. 21. de Leptae gaudio ob Attici epistolam. 22. de salute sibi ab Attici filiola et uxore adscripta. 22. Deinde ad aliam pusillam Attici epistolam respondet. 23. Denique rogat, ut saepe scribat. 24. quaerit, an a Caesare pecuniam extorserit, et, quid Vedius sibi narraverit, exponit. 25. et, quid Attico de monumento a se in Academia Athenis faciendo videatur, scire se velle significat. 26.

CICERO ATTICO S.

Accepi tuas literas a. d. quintum Terminalia Laodiceae, quas legi libentissime, plenissimas amoris, humanitatis, officii, diligentiae. Iis igitur respondebo: sic enim postulas; nec οἰκονομίαν meam instituam, sed ordinem conservabo tuum. Recentissimas a Cybistris te meas literas habere ais, a. d. x. Kal. Octobr. datas: et scire vis, tuas ego quas acceperim. Omnes fere, quas commemoras, praeter eas, quas scribis Lentuli pueris et Equotutico et Brundisio datas. Quare non οἴχεται tua industria, quod vereris, sed praeclare ponitur, si quidem id egisti, ut ego delectarer. Nam nulla

---

1. *ad d. v. Terminalia* i. e. XIII. Kalend. Mart. (17. Februar). Nam Terminalia IX. Kal. Mart. (21. Febr.) celebrabantur. *SCH.* Das Fest des Terminus, Grenzgottes, wird beschrieben in Ovid. Fast. II, 639 ff. Vgl. zu Horat. Epod. II, 59. Varro L. L. V, 3. Liv. XLIII, 11. XLV, 44. Macrob. Sat. 1, 13. Lactant de mort. persecut. 12. — *Iis.* Sic Ascens. 1. Crat. Vict. 1. Lamb. *his* Cett. *OR.* Inter *respondebo* et *sic* defectus signa habet Victor., qui haud improbabiliter putat Graecum vocab. h. l. excidisse. In margine 1584 proponitur: *respondebo χρυσέα χαλκείων. sic* cet. *ORELLI.* — *οἰκονομίαν*, ordinem rerum in epistola s. dispositionem. *SCH.* — *ord. cons. tuum*, also von Artikel zu Artikel, wie sie in Deinem Briefe auf einander folgen. — *a Cybistris.* S. ep. CCXIV. — *a. d. x. Kal. Octobr.*, vom 22. September. S. ep. CCXX. — *Equotutico* Apuliae oppido. *Brund.* S. ep. CXCVIII, 7. — *Lentuli.* S. ep. CCXLIV, 5. — *non οἴχεται*, non inutiliter perit. *SCH.* — *ponitur*, wird, ist angelegt, angewandt. — *magis*, quam tuis literis.

2 re sum delectatus magis. Quod meam βαθύτητα in Appio tibi, libertatem etiam in Bruto probo; vehementer gaudeo: ac putaram secus. Appius enim ad me ex itinere bis terve ὑπομεμψιμοίρους titeras miserat, quod quaedam a se constituta rescinderem. Ut, si medicus, quum aegrotus alii medico traditus sit, irasci velit ei medico, qui sibi successerit, si, quae ipse in curando constituerit, mutet ille: sic Appius, quum ἐξ ἀφαιρέσεως provinciam curarit, sanguinem miserit, quidquid potuit detraxerit, mihi tradiderit enectam, προςανατρεφομένην eam a me non libenter videt; sed modo succenset, modo gratias agit. Nihil enim a me fit cum ulla illius contumelia. Tantummodo dissimilitudo meae rationis offendit hominem. Quid enim potest esse tam dissimile, quam illo imperante exhaustam esse sumptibus et iacturis provinciam: nobis eam obtinentibus, nummum nullum esse erogatum nec privatim nec publice? Quid dicam de illius praefectis, comitibus, legatis? etiam de rapinis? de libidinibus? de contumeliis? Nunc autem domus mehercule nulla tanto consilio aut tanta disciplina gubernatur aut tam modesta est, quam nostra tota provincia. Haec nonnulli amici Appii ridicule interpretantur: qui me idicirco putent bene audire

---

2. βαθύτητα, animi altitudinem (ep. CXCVI, 3. u. CIX, 2.), dass meine Gelassenheit bei dem Benehmen des Appius Pulcher. S. ep. CCIX, 6. — *libert. in Br.*, mein freies Benehmen gegen Brutus. S. §. 3 u. ff. u. ep. CCXIV, 4. CCXXVIII, 6. — *tibi probo*, Deinen Beifall hat. — *ac* = und zwar, nämlich. S. Ramsh. §. 179. B, a. 1 u. 3. Grotef. §. 358. Ascens. prima *at.* Lamb. *nam.* — *enim* = nämlich. S. Ramsh. §. 187, I, 1. Grotef. §. 368. — *ex itinere*, auf seiner Rückreise. S. ep. CCXLIX, 1. — ὑπομεμψ., nonnihil querulas et expostulantes, etwas übelgelaunte Briefe. Vgl. ep. CCXLIV, 2. u. CCXXII. — *rescind.*, einreissen trop. = cassiren, ungiltig machen, aufheben, tollere. S. ep. CCXXII, 7 am Ende. — *constit.*, vorschreiben. — ἐξ ἀφαιρέσεως *cur.* per detractionem, mit lauter ausleerenden Abführungsmitteln behandeln. — *enectam*, ausgemergelt. — προςανατρ., provinciam a me recreari et nutriri, dass die Provinz von mir durch stärkende Mittel wieder auf die Beine gebracht wird. — *succens.*, grollen. — *cum . . . contumelia*, auf Kosten seiner Ehre. S. ep. CCXXII, 2. 5. u. CCIX, 6 geg. Ende. — *meae rationis*, meiner Art die Provinz zu behandeln. — *exhaust. esse sumpt.* S. ep. CCVIII. 2, 3. CCIX, 6. CCXXII, 5. CCXXVIII, 6. CCXXXVIII, 2. CCL, 5. — *nec priv. nec publ.*, weder für die öffentlichen Cassen noch für den Beutel eines Einzelmannes. So CCVIII, 3: quod nullus fit sumptus in nos neque in legatos neque in quaestorem neque in quemquam; CCIX, 1: ut nullus teruncius insumatur in quemquam; CCL, 5: nullum teruncium me obtinente provinciam sumptus factum esse nec in rempublicam nec in quemquam meorum. Wiel. übersetzt: die meinige (Regirung) hingegen weder den öffentlichen Cassen noch dem Beutel irgend eines Privatmanns keinen Heller gekostet hat. — *legatis.* Vgl. ep. CCXXII, 7. 8. — *de contum.*, Misshandlungen, deren sie sich schuldig gemacht haben. — *domus*, Pri-

velle, ut ille male audiat, et recte facere non meae laudis, sed illius contumeliae causa. Sin Appius, ut Bruti literae, quas ad te misit, significabant, gratias nobis agit, non moleste fero: sed tamen eo ipso die, quo haec ante lucem scribebam, cogitabam eius multa inique constituta et acta tollere. Nunc venio ad Brutum, quem ego omni studio te 3
auctore sum complexus; quem etiam amare coeperam: sed, dico, revocavi me, ne te offenderem. Noli enim putare me quidquam maluisse, quam, ut mandarat is, facere, nec ulla de re plus laborasse. Mandatorum autem mihi libellum dedit: iisdemque de rebus tu mecum egeras. Omnia sum diligentissime persecutus. Primum, ab Ariobarzane sic contendi, ut talenta, quae mihi pollicebatur, illi daret. Quoad mecum rex fuit, perbono loco res erat: post a Pompeii procuratoribus sexcentis premi coeptus est. Pompeius autem quum ob ceteras causas plus potest unus quam ceteri omnes, tum quod putatur ad bellum Parthicum esse venturus. Ei tamen sic nunc solvitur: tricesimo quoque die talenta Attica XXXIII., et hoc ex tributis: nec id satis efficit in usuram menstruam. Sed Cnaeus noster clementer id fert: sorte caret; usura, nec ea solida, contentus est. Alii neque sol-

---

vathaus. — *qui* = quippe qui ... *putent.* — *ut ille male audiat,* damit iener in übelen Ruf komme.

3. *ne te offend.* revocavi me ab eius amore, ne te offenderem iniqua eius postulata in causa Salaminiorum cum magno meo peccato et famae detrimento concedendo. Sic ep. CCL, 13. Habes meam causam. cet. (Attikus hatte den Cicero zu einem rechtschaffenen Verfahren stets aufgemuntert. S. ep. CCL, 5. 7 am Ende. CCI, 1. CCVII, 2. CCXXVIII, 6. Vgl. unten §. 5: Metui, si impetrasset, ne tu ipse me amare desineres.) Haud scio tamen an aptior sit sensus, quem Corradum aliique his verbis tribuerunt: coeperam Brutum amare; verum tamen nunc eum paene odi: sed hoc, quod volebam dicere, suppressi, ne te offenderem, qui Brutum a te valde amari scirem. Fortasse sic olim scripta fuere: *Coeperam dico: sed ... revocavi me* etc. *SCH. dico* (= dicone? soll ich es heraussagen?) Lamb. Vict. 2. Bos. Graev. *OR.* dann wäre *revocavi me* = ich halte an mich. — *mandarat is* de Ern. susp. Sch. Lün. Vulgo *mandat is.* Potest etiam corrigi: *quam, ut mandaratis* (tu et Brutus; vel *mandastis*) *facere. ORELLI.* — *libellum,* ein Verzeichniss, Memorial. — *dedit.,* Ern. susp. *dederat.* — *contendi.* „Erstlich lag ich dem Ariobarzanes mit allem Ernst an." Dieser war dem Brutus Geld schuldig. S. ep. CCXIV, 4 u. CCXXVIII, 6. — *perbono loco res erat,* war die Sache auf sehr gutem Wege. — *procur.,* Geschäftsträger. Dem Pompeius war der König auch schuldig. — *quum, tum* so wohl, als in'sbesondere. — *venturus.* S. ep. CCXXV, 2. CCXIV, 1. — *sic,* so wenig, in so kleinen Ratis. — *tal. Att. XXXIII.* = 33,000 Speciesthaler. Das Capital belief sich also über acht Millionen Gulden Rheinisch. — *ex tributis.* Sie mussten durch eine ausserordentliche Auflage erhoben werden. — *menstruam,* und Das reicht noch nicht einmahl zur Bezahlung eines Monathzinses hin. — *sorte caret,* aequo animo fert sibi sortem (das Capital) ab

vit cuiquam nec potest solvere. Nullum enim aerarium, nullum vectigal habet. Appii instituto tributa imperat. Ea vix, in fenus Pompeii quod satis sit, efficiunt. Amici regis duo tresve perdivites sunt: sed ii suum tam diligenter tenent, quam ego aut tu. Equidem non desino tamen per
4 literas rogare, suadere, accusare regem. Deiotarus etiam mihi narravit se ad eum legatos misisse de re Bruti: eos sibi responsum retulisse illum non habere. Et mehercule ego ita iudico, nihil illo regno spoliatius, nihil rege egentius. Itaque aut tutela cogito me abdicare aut, ut pro Glabrione Scaevola, fenus et impendium recusare. Ego tamen, quas per te Bruto promiseram praefecturas, M. Scaptio, L. Gavio, qui in regno rem Bruti procurabant, detuli. Nec enim in provincia mea negotiabantur. Tu autem meministi nos sic agere, ut, quot vellet, praefecturas sumeret, dum ne negotiatori. Itaque duas ei praeterea dederam. Sed ii, qui-

---

Ariobarzane non solvi; usura contentus est, neque ea solida s. plena. *SCH.* — *solvit* rex. — *cuiquam.* Oxon. 2. Rom. Asc. 1. Crat. Man. Lamb. *quidquam. OR.* — *vectigal*, sicher kestimmtes Einkommen. — *Appii instit.* cet. Braucht er Geld, so macht er's, wie Appius, u. schreibt Contributionen aus. — *tenent*, sie halten fest, an sich. — *per lit. rog.* Mahnbriefe schreiben. — *accusare*, bittere Vorwürfe machen.

4. *non habere,* er habe Nichts. — *spoliatius.* Cappadocien war durch Mithridates u. während seiner Kriege mit den Römern hart mitgenommen; und die Armuth des Königs mochte sich wohl hauptsächlich daher schreiben, dass sein Vater Ariobarzanes I. dieses Reich auf äusserst lästige Bedingungen vom Pompeius erhalten hatte. Unter Archelaus hat sich dieser Punct sehr geändert. S. Tacit. Annal. II, 42 u. 56. — *tutela.* S. CCXIV, 4. — *pro Glabrione Scaevola*, qui avus Glabrionis atque tutor fuit. *ERNESTI.* — *fenus et imp. rec.*, gegen Zinsen u. Capital zu protestiren, nomine pupilli bonam copiam eiurare s. iurare illius patrimonium esse neque sorti neque usuris solvendis idoneum. Nam fenus saepe est i. q. pecunia fenebris (ein zinsbar belegtes Capital) s. sors, pro qua usurae penduntur. Nempe *impendium* h. l. est usura. Varro de L. L. IV, 4: „usura, quod in sortem accedebat, impendium appellatum." *GRAEV. SCH.* Cicero scherzt! Ueber M. Glabrio s. Brut. 68. Act. 1. in Verr. c. 2. Er war Pontifex u. 687 Consul orat. Manil. c. 9. Harusp. resp. c. 6. Ungewiss bleibt, ob Q. Mucius Scaevola, der Consul des Iahrs 637, oder der gleichnamige Consul des I. 659 gemeint sei. — *M. Scaptio*, dem Bruder des in CCL. Br. §. 10 erwähnten Scaptius, welchem Cicero eine Präfectur abschlug, weil er ein negotiator in seiner Provinz war etc. Vgl. ep. CCLXIV, 5. am End. Ueber L. Gavius Firmanus vgl. ad Attic. IV, 7 u. 8. CLXXIV, 5. h. ed. — *in regno,* Cappadocia. *Bruti,* qui Caesarem occidit. — *nos sic agere,* dass wir es zwischen uns ausmachten, Brutus sollte über so viele Präfecturen verfügen können, als er wollte, nur zu Gunsten keines Negocianten! Ueber *memini* c. inf. imperf. s. Ramsh. §. 164, Anm. 4. Grotef. §. 241. 310. — *dum ne* scil. sumeret. Ueber *dum ne* s. Ramsh. §. 190, Anm. 8. Grotef. §. 386. Anm. 4. 422. Asc. 1. Crat. *negotiarentur.*

bus petierat, de provincia decesserant. Nunc cognosce de 5
Salaminiis: quod video tibi etiam novum accidisse, tan-
quam mihi. Nunquam enim ex illo audivi illam pecuniam
esse suam. Quin etiam libellum ipsius habeo, in quo est:
„Salaminii pecuniam debent M. Scaptio et P. Matinio, fami-
liaribus meis." Eos mihi commendat: adscribit etiam et
quasi calcar admovet, intercessisse se pro iis magnam pe-
cuniam. Confeceram, ut solverent, centesimis sexennii ductis
cum renovatione singulorum annorum. At Scaptius quater-
nas postulabat. Metui, si impetrasset, ne tu ipse me amare
desineres. Nam ab edicto meo recessissem et civitatem, in
Catonis et in ipsius Bruti fide locatam meisque beneficiis
ornatam, funditus perdidissem. Atque hoc tempore ipso im- 6
pingit mihi epistolam Scaptius Bruti, rem illam suo peri-
culo esse: quod nec mihi unquam Brutus dixerat nec tibi:
etiam, ut praefecturam Scaptio deferrem. Id vero per te
exceperamus, ne negotiatori: quod si cuiquam, huic tamen
non. Fuerat enim praefectus Appio; et quidem habuerat
turmas equitum, quibus inclusum in curia senatum Salamine
obsederat, ut fame senatores quinque morerentur. Itaque
ego, quo die tetigi provinciam, quum mihi Cyprii legati
Ephesum obviam venissent, literas misi, ut equites ex in-
sula statim decederent. His de causis credo Scaptium ini-
quius de me aliquid ad Brutum scripsisse. Sed tamen hoc

---

5. *de Salam.* Vgl ep. CCL, 10 ff. — *tamquam.* Ern. susp. *tam novum accidisse quam mihi.* Placet. Cfr. ad *Sestian.* §. 120. Edit. min. *ORELLI.* — *libellum*, ein Denkzettel, wie oben §. 3. — *et q. calcar adm.* st. ut q. c. admoveat, um mich gleichsam zu spornen. — *iis*, Md. Lamb. in m. 1584 *his. intercessisse a se pro iis* Ed. 1584 in contextu. *OR. interc.* = se intercedendo pro iis magnam pecuniam praestitisse s. de ea cavisse. „er habe sich um eine grosse Summe für sie verbürgt." So Philipp. II, 18: tantum enim se pro eo intercessisse. S. Ramsh. §. 128. 129, 5. Grotef. §. 215. 216. 224. — *solverent* sortem Salaminii. — *centesim. . . . annorum.* Sie sollten also das Capital binnen sechs Iahren, gegen Eins vom Hundert monathlich, u. so dass die Zinsen alliährlich zum Capital geschlagen wurden (s. ep. CCL, 11. 12 gegen Ende), zurückzahlen. *ductis* vergl. ep. CCL, 13. — *ab edicto meo.* S. ep. CCL, 11. — *fide*, tutela, praesidio. — *perdidissem.* S. ep. CCL, 12 im Anf.

6. *Atqui*, Malasp. *Atqui.* — *impingit*, stösst mir in's Gesicht. — *suo per. esse*, die Sache befährde ihn. — *dixerat.* S. §. 5. Numquam enim ex illo audivi cet. — *etiam* scil. postulat, was in *epistolam* verborgen liegt. — *per te* = te auctore. S. §. 4. — *obsed.* eingesperrt gehalten hatte. — *morer.*, Asc. 1. Crat. *necarentur.* — *tetigi prov.* = Md. *provinc. tet.* — *obv. veniss.*, von welchen er also das Verfahren des Scaptius schon gehört hatte. S. ep. CCI. — *iniquius*, eine schiefe Darstellung, um den Brutus wider mich einzunehmen. om. *aliquid* Amb. 17. (Hand. Tursell. 1. p. 216: „Frotscher nescio qua auctoritate scripsit *iniquius quid.* Id in tali prae-

sum animo: si Brutus putabit me quaternas centesimas oportuisse decernere, qui in tota provincia singulas observarem itaque edixissem idque etiam acerbissimis feneratoribus probaretur; si praefecturam negotiatori denegatam queretur, quod ego Torquato nostro in tuo Laenio, Pompeio ipsi in Sex. Statio negavi et iis probavi; si equites deductos moleste feret: accipiam equidem dolorem mihi illum irasci, sed
7 multo maiorem, non esse eum talem, qualem putassem. Illud quidem fatebitur Scaptius, me ius dicente sibi omnem pecuniam ex edicto meo auferendi potestatem fuisse. Addo etiam illud, quod vereor, tibi ipsi ut probem: consistere usura debuit, quae erat in edicto meo. Deponere volebant: impetravi ab Salaminiis, ut silerent. Veniam illi quidem mihi dederunt; sed quid iis fiet, si huc Paullus venerit? Sed totum hoc Bruto dedi, qui de me ad te humanissimas literas scripsit: ad me autem, etiam quum rogat aliquid, contumaciter, arroganter, ἀκοινωνήτως solet scribere. Tu autem velim ad eum scribas de his rebus, ut sciam, quo modo haec accipiat. Facies enim me certiorem. Atque hoc superioribus literis ad te diligenter perscripseram: sed plane te intelligere volui mihi non excidisse illud, quod tu ad me quibusdam literis scripsisses; si nihil aliud de hac provincia nisi illius benevolentiam deportassem, mihi id satis esse.

---

sumptione non aptum esset.) *ORELLI.* — *hoc sum animo*, ist mir's so um's Herz. — *sing.*, 1 procent (monathlich). — *observ.* auf 1 procent hielt u. darüber wachte, dass man nicht Mehr verlangte. — *itaque edix.* Amplific. statt *ex edicto meo.* — *Laenio*, S. ep. CCL, 10. — *et iis prob.*, ohne dass sie es übel nahmen. — *deductos* Salamine, ex insula. — *accipiam . . dolorem* (so wird es mir zwar schmerzlich fallen, dass) = dolebo reg. den accus. c. infinit. S. Ramsh. §. 168, 3. Grotef. §. 308, 2. — *talem*, der Mann, wofür ich ihn hielt.

7. *omnem pec. . . auferendi*, die ganze Summe nach Maassgabe meines Edicts zu heben. — *vereor*, *ut.* S. Ramsh. §. 193, I, 4. Grotef. §. 402. „ich that noch Mehr für ihn, Mehr als Du schwerlich mir gut heissen wirst." — *consist. us. debuit*, die in meinem Edict erlaubte Verzinsung sollte aufhören. Nam *deponere vol.* S. zu ep. CCL, 12 geg. End. — *ab* = *a* Md. — *silerent*, dass sie von ihrem Vorhaben abstanden. Denn hätten sie ihren Entschluss gerichtlich erklärt, so musste Cicero ihnen willfahren. — *Veniam* alicui *dare*, Einem Etwas zu Gefallen thun. — *iis fiet*, wie wird es ihnen ergehen? Ramsh. §. 143, 2, a. — *Paullus* nunc consul, cum Bruto coniunctus, si forte mihi (in provincia) successerit. *SCH.* Laufen sie nicht Gefahr nach dem Buchstaben der beiden von ienen erschlichenen Senatsschlüsse (s. CCL, 11. 12.) zu Bezahlung der 4 von 100, welche der Wucherer Scaptius fordert, angehalten zu werden? — *dedi*, ich habe das Alles dem Br. nachgesehen. — *human.*, die höflichsten, verbindlichsten Briefe. — *ἀκοινων.*, minime familiariter, unfreundlich. — *Atque hoc*, Md. Crat. Vict. 1. Lamb. in marg. 1584 *haec.* — *dilig.*, ausführlich. — *nisi illius*, Bruti. *re-*

Sit sane, quoniam ita tu vis: sed tamen cum eo, credo,
quod sine peccato meo fiat. Igitur meo decreto soluta res
Scaptio statim. Quam id rectum sit, tu iudicabis; ne ad
Catonem quidem provocabo. Sed noli me putare ἐγκελεύ- 8
σματα illa tua abiecisse, quae mihi in visceribus haerent.
Flens mihi meam famam commendasti. Quae epistola tua
est, in qua mentionem non facias? Itaque irascatur, qui
volet: patiar. *Τὸ γὰρ εὖ μετ' ἐμοῦ*, praesertim quum sex
libris tamquam praedibus me ipsum obstrinxerim, quos tibi
tam valde probari gaudeo; e quibus unum *ἱστορικὸν* requiris de Cn. Flavio Anci F. Ille vero ante decemviros non
fuit, quippe qui aedilis curulis fuerit, qui magistratus multis annis post decemviros institutus est. Quid ergo profecit,

---

portassem Oxon. 2. Asc. 1. Crat. — *Sit sane*, Lamb. *sit ita sane*, Dem mag so sein. — *sed tamen cum eo* ita vis, doch setzest Du, glaub' ich, dabei die Bedingung voraus, dass ich die Zuneigung des Brutus durch keine Ungerechtigkeit erkaufe. — *soluta res* (pecunia) ... *statim* fuisset, i. e. Scaptius centesimas cum anatocismo accepisset. — *rectum sit, tu iudicabis.* Cum Bent. recepi lenissimam Ursini emendationem. *Quam bene decretum sit, tu i.* de Ern. susp. Sch. Lün. *ORELLI.* — *provocabo*, ich will mich berufen auf. Tuum ego iudicium, quamvis Bruti sis amantissimus, non refugio, nec est ut ad Catonem tamquam severiorem iudicem provocem; tuum apud me iudicium, tua valebit auctoritas. *GRAEV.* Cato Uticensis wird hier gemeint. S. ep. CCLVI, 8. Ad incredibilem a natura factus erat severitatem. Vid. Orat. c. 10. ad Divers. II, 1.

8. *ἐγκελ.* .. *abiecisse*, ich hätte Deine so ernstlichen Vermahnungen auf die Erde fallen lassen d. i. vergessen, unbeachtet gelassen. — *meam famam*, i. e. ut ne famam polluerem. — *Τὸ γὰρ κ. τ. λ.*, denn das Recht ist mit mir, veritas et iustitia a partibus meis sunt. Ex Aristoph. Acharn. v. 660. — *sex libris* de republica. Anfangs hatte er diess Werk in neun Büchern ausarbeiten wollen. S. ep. CLIV. — *obstrinxerim*, wozu? stets recht zu handeln. — *unum ἱστορ. req.* cet., in welchen Du nur einen historischen Irrthum in Ansehung des Cn. Flav. auffindest. — *Anci F.* Sic cod. decurt. (vid. Bos. in *Add.* Graevii) Cdd. Gellii 6, 9. Oliv. cfr. Drakenborch ad *Liv.* 9, 46.; qui ipse non improbabat. *Annii filio* Md. Oxon. 1. 2. Ascens. 1. Crat. Vict. 1. et Edd. Gellii l. l. *Cn. filio* e Livio l. l. Manut. Lamb. Bos. Seqq. *ORELLI.* Vgl. Plin. 33, 1. — *ante decemv.* consulari potestate, legibus scribendis, anno 303. Vid. Liv. III, 32. sqq. — *multis annis post*, nämlich 85 Iahre nachher. Die ersten Aediles Curules im I. 388. — *Quid ergo profec.* cet., „aber was nützte er damit, fragst Du, dass er die fastos dem Volke bekannt machte?" Die fasti calendares (der Priester-Calender) gaben die dies fastos et nefastos d. i. die Tage an, wo Gericht zu halten erlaubt oder verboten war. Seit Numa besorgte das Collegium pontificum die Anfertigung dieses Calenders, der ein Geheimniss zwischen diesen Priestern u. den Patriciern blieb, bis Flavius ihn publicirte, für welches Verdienst um das Volk er, obgleich nur Sohn eines Freigelassenen, unter dem Schutze desselben von der Stelle eines Schreibers bis zur Würde eines Aedilis Curulis stieg. S. Liv. IX, 46. Cic. pro Muraen. c. 11. Ueber

quod protulit fastos? Occultatam putant quodam tempore istam tabulam, ut dies agendi peterentur a paucis. Nec vero pauci sunt auctores, Cn. Flavium scribam fastos protulisse actionesque composuisse: ne me hoc vel potius Africanum, — is enim loquitur — commentum putes. *Οὐκ ἔλαθε σέ* illud de gestu histrionis; tu sceleste suspicaris, ego *ἀφελῶς*
9 scripsi. De me imperatore scribis te ex Philotimi literis cognosse. Sed credo te, iam in Epiro quum esses, binas meas de omnibus rebus accepisse, unas a Pindenisso capto, alteras a Laodicea, utrasque tuis pueris datas. Quibus de rebus propter casum navigandi per binos tabellarios misi
10 Romam literas publice. De Tullia mea tibi assentior; scripsique ad eam et ad Terentiam, mihi placere. Tu enim ad me iam ante scripseras, *ac vellem te in tuum veterem gregem retulisses.* Correcta vero epistola Memmiana, nihil ne-

---

das ius Flavianum od. die Bekanntmachung der Gerichtsformeln s. Pandect. 1, 2, 2. Valer. Max. II, 5, 2. Cic. de Orat. 1, 41 u. s. f. — Cicero antwortet *Occult. ... tabulam*, das Verzeichniss der gerichtlichen und nichtgerichtlichen Tage sei dem Volke verheimlicht, um die Bestimmung derselben der Willkühr von Wenigen zu überlassen. *a paucis.* sed *a patriciis* vel *a pontificibus* Hugonis suspic. Refutat Schilling *Bemerkungen* 125. *ORELLI.* — *actionesque*, die vorgeschriebenen Formeln, woran die Kläger gebunden waren, so dass ein einziges verfehltes Wort den ganzen Process ungültig machte. Auch diese Formeln waren, bis Flavius sie publicirte (ius civile Flavianum), ein Geheimniss der Patricier und mussten von den Rechtsgelehrten erfragt werden. Eine Stütze des patronatus! Statt *compos.* vermuthet Schilling *exposuisse.* — *loquitur* illo loco librorum de republica. — *commentum* esse. — *Οὐκ ἔλαθε σέ* cet. Cicero hatte in den verlorenen B. de rep. eine Stelle angebracht, wo er die Redner tadelte, die durch eine übertriebene Gebehrdensprache in das Schauspielerische verfielen. Da nun Hortensius dieses Fehlers beschuldigt wurde (s. Brutus c. 88); so glaubte Atticus, der Tadel gelte diesem. Aber Cicero antwortet: das sei eine bösliche Auslegung seiner Worte (sceleste); er habe nur im Allgemeinen gesprochen, ohne eine besondere Person zu beziehen (*ἀφελῶς*, simpliciter, sine respectu ad certam personam).

9. *Philotimi* apud Ciceronem liberti. *De me imper.* st. me ab exercitu imperatorem appellatum esse. Vid. ep. CCXXVIII, 3. — *a Pind. c.* gleich nach der Einnahme dieser Stadt; den 228. dies. Ausg., *a Laod.* den 250. — *propter cas. nav.*, der Zufälle halben, denen man zur See ausgesetzt ist. So ep. CCXLV propter hiemis magnit. — *mitt. liter. publice*, einen Bericht an den Senat abstatten.

10. *mihi placere*, dass der Vorgeschlagene meinen Beifall habe. S. ep. CCL, 14 im Anf. — *ac* (Asc. 1. Crat. *at*) *vellem* cet., ich wollte, dass Du Dich wieder zur alten Gespannschaft gehalten hättest. *vet. greg.* scil. ordinis equestris. Attico nimirum placebat, Ciceronis filiam equiti Romano elocari. — *epistola* tua *Memmiana* i. e. quae erat de Memmio proco Tulliae; eo errore a te cognito et correcto iam malo *hunc*, equitem, quam *illum*, patricium. *ERNESTI.* Postea Dolabellae despondetur, etsi Cicero de Ti. Nerone

gotii fuit. Multo enim malo hunc a Pontidia, quam illum a Servilia. Quare adiunges †Aufium nostrum, hominem semper amantem mei; nunc credo eo magis, quod debet etiam fratris Appii amorem erga me cum reliqua hereditate crevisse; qui declaravit, quanti me faceret, quum saepe, tum in Bursa. Nae tu me sollicitudine magna liberaris. Furnii 11
exceptio mihi non placet. Nec enim ego ullum aliud tempus timeo, nisi quod ille solum excipit. Sed scriberem ad te de hoc plura, si Romae esses. In Pompeio te spem omnem otii ponere non miror: ita res est; removendumque censeo illud *dissimulantem*. Sed enim, *οἰκονομία* si perturbatior est, tibi assignato: te enim sequor *σχεδιάζοντα*.

---

genero cogitabat. Vid. ad Attic. VI, 6. X, 18. — *nihil neg. fuit*, so hatte ich weiter keine Schwierigkeit mich zu entschliessen. — *Servilia*, quae erat Bruti mater. Vid. ad Attic. XIII, 11. 16. XV, 11. 13. — *adiunges*, Du könntest zum Gehülfen bei diesen Unterhandlungen nehmen. — † *Aufium*. Hoc nomen corruptum. *Offium* Margo 1584. *Alfium* de Conradi coni. Placet. *Aufidium* Ern. susp. *OR*. C. Alfius war nach ep. CLII Quaestor gewesen; Aufidius Lurco dagegen tribunus plebis unter dem Consul. des Piso u. Messala. — *fratris* scil. *uterini*. Ceterum, quis hic fuerit Appius, ignoratur. *SCH*. Sollte man nicht unter *fratris* den wirklichen Bruder verstehen dürfen, wenn man vorher *Appium* statt *Aufium* verbesserte? — *crevisse*, weil er mit der Erbschaft seines Verwandten, des Appius, auch dessen Liebe gegen mich ererbt haben muss. *cernere hereditatem*, eine Erbschaft besichtigen, ob man sie antreten will; dann sie übernehmen, antreten. So Agr. II, 15. ad Attic. XI, 2 u. 12. ad Divers. IX, 14; auch in Verb. mit *adire*. So Plin. ep. X, 75: hereditatem adirem cernerem que. — *in Bursa*, bei dem Handel mit Bursa. T. Munatius Plancus Bursa lege Pompeia et ambitu (de vi? ob incensam curiam) 702 damnatus est, Cicerone ipso accusante. Ac fortassis eum Appius iudex sententia sua damnaverat. Ceterum hic Bursa restitutus est a Caesare post fugatum ex Italia Pompeium. Vid. ad Famil. VII, 2. IX, 10. *POPMA*. Cf. Philipp. XI, 6. XIII, 13. ad Famil. XII, 18.

11. *Furnii exceptio*, die Clausel, welche der Freund Cicero's u. Tribunus Plebis Furnius seinem Decrete, „dass Cicero u. Bibulus nach Verfluss ihres Dienstiahrs aus der Provinz sollten abziehen dürfen," noch angehängt hat, nämlich: „wofern die Parther bis zum Monath Iulius ruhig blieben." S. ep. CCXIV, 3. — *timeo*, weil in der durch die Clausel ausgenommenen Zeit der Feind zu kriegen pflegte. Vgl. §. 14.: Habeo Iunium et Quint. in metu. — *spem* meam *omn. otii*, meine ganze Hoffnung wieder in den Ruhestand zu kommen. — *ita res est*, so steht die Sache wirklich; es ist die Wahrheit. — *remov. illud dissimul.* Nempe Atticus sic fere scripserat: „Pompeium quamvis alias *dissimulantem* in hoc tamen serio agere arbitror, quod ad rem publicam attinet, ut in eo spem omnem otii ponam." Itaque Cicero illud epitheton *dissimulantem* ab eo removeri vult. *SCH*. — *οἰκονομία*, ordo rerum hac in epistola, ut supra §. 1. — *σχεδιάζ.*, non ordine scribentem, sed ut quidque in mentem venit. *MANUT*.

12 Cicerones pueri amant inter se, discunt, exercentur: sed alter, uti dixit Isocrates in Ephoro et Theopompo, frenis eget, alter calcaribus. Quinto togam puram Liberalibus cogitabam dare. Mandavit enim pater. Ea sic observabo, quasi intercalatum non sit. Dionysius mihi quidem in amoribus est. Pueri autem aiunt eum furenter irasci. Sed homo nec doctior nec sanctior fieri potest nec tui meique amantior.
13 Thermum, Silium vere audis laudari. Valde se honeste gerunt. Adde M. Nonium, Bibulum, me, si voles. Iam Scrofa vellem haberet, ubi posset. Est enim lautum negotium. Ceteri infirmant πολίτευμα Catonis. Hortensio quod causam meam commendas, valde gratum. De Amiano, spei nihil putat esse Dionysius. Terentii nullum vestigium agnovi.

---

12. *in Eph. et Theop.* = de E. et Th. discipulis suis. Vid. Cic. Brut. c. 56. Quinctil. Inst. orat. II, 8, 11. — *frenis* egebat Quintus Q. F. ut ingenio valens plus quam satis esset, calcaribus Marcus M. F. ut tardior. Ergo hic Ephoro, ille Theopompo similis. *MANUT.* — *togam puram.* cf. epist. CCXXVIII, 9. — *Liberalibus*, „am nächsten Feste des Bacchus," Liber pater, welches auf den 21. März fiel. S. Ovid. Fast. III, 713. 771. ad Attic. XIV, 10. ad Divers. XII, 25. — *observabo.* Quoniam mutare dies solebat intercalatio, et, intercalatum esset necne, Cicero ignorabat, ego, inquit, Liberalia sic observabo, quasi intercalatum non sit; suo, inquam, die observabo, quando mihi est ignota intercalatio. *MANUT.* S. ep. CCL, 14 am Ende. — *in amor. est*, bleibt mein Liebling. Zu *Dionys.* vgl ep. CXCV, 3. Er war Ciceronum puerorum magister. — *nec doctior .. sanct. .. amantior* scil. Dionysio *fieri potest*, kann es nicht geben.

13. Q. Minucius *Thermus*, ietzt Statthalter in Asien, P. *Silius* Nerva in Bithynien u. im Pontus (s. ep. CCI, 2. u. CCXXXIII. CCL, 14. CCLI.), verdienen den Ruhm, den Du von ihnen vernimmst. — *M. Nonius* Sufenas Cretam et Cyrenen illo tempore propraetor item ex lege Pompeia regebat. — Cn. Tremellius *Scrofa*, qui vel fuit iam propraetor Macedoniae vel illam provinciam tum concupivit. Si prius: Cicero ait: Iam Scrofa vellem haberet occasionem in provincia sua, ubi posset honeste se gerere. Si posterius, acciperem sic: Iam Scrofae vellem obtingeret provincia Macedonia, ubi posset honeste se gerens lucrum tamen facere. Est enim *lautum negotium* h. e. Macedonia enim est ea provincia, ubi proconsules facile ditescere possint, etiam si non iniuste agant cum provincialibus. Nam qui haec de laudibus Ciceronis ad obtinendam supplicationem intellexere, aliud egerunt. *SCH.* Vgl. epist. CCXXVIII im Anf. Ueber Scrofa s. Varro de R. R. 1, 2. — *πολίτ.* i. e. *πολιτείαν*, rationem administrandae provinciae. „Die übrigen Statthalter Römischer Provinzen würden in Cato's Republik eine schlechte Figur machen," d. i. Cato würde sie eben so wenig in seiner Republik wegen ihres schlechten Beispiels in Staatsverwaltung haben wollen, als Plato. S. ep. XXVI, 8. — *causam meam* scil. de provincia sibi non proroganda. cf. epist. CCX, 5. — *De Amiano*, fortassis Attici debitore in Cilicia. — *spei nihil* de exigenda pecunia. — *Terentius* ipse ille servus, quem Atticus a Moeragene recupe-

Moeragenes certe periit. Feci iter per eius possessionem, in qua animal reliquum nullum est. Haec non noram tum, quum cum Democrito tuo locutus sum. Rhosiaca vasa mandavi. Sed heus tu, quid cogitas? in felicatis lancibus et splendidissimis canistris, olusculis nos soles pascere; quid te in vasis fictilibus appositurum putem? *Κέρας* Phemio mandatum est: reperietur; modo aliquid illo dignum canat. Parthicum bellum impendet. Cassius ineptas literas misit. 14
Needum Bibuli erant allatae: quibus recitatis, puto, fore, ut aliquando commoveatur senatus. Equidem sum in magna animi perturbatione. Si, ut opto, non prorogatur nostrum negotium, habeo Iunium et Quintilem in metu. Esto; duo quidem menses sustinebit Bibulus. Quid illo fiet, quem reliquero, praesertim si fratrem? quid me autem, si non tam cito decedo? Magna turba est. Mihi tamen cum Deiotaro convenit, ut ille in meis castris esset cum suis copiis omnibus. Habet autem cohortes quadringenarias nostra armatura, xxx; equitum cıɔ cıɔ. Erit ad sustentandum, quoad Pompeius veniat; qui literis, quas ad me mittit, significat, suum negotium illud fore. Hiemant in nostra provincia

---

rare cupiebat. De *Moeragene* vide ad ep. CCVII, 3. — *periit* de eius morte vel caede intelligendum. — *Democr. tuo* servo. — *Rhosiaca*, das Tafelgeschirr hab' ich für Dich zu Rhosus bestellt. *Rhosus* (*Ῥωσός*, eine durch vorzüglich gute Töpferwaare berühmte Stadt Syriens in der Nähe der Syrischen Pässe am sinus Issicus zwischen Issus und Seleucia. In spätern Zeiten wurde sie zu Cilicien gerechnet. S. Plin. H. N. V, 22. Mela 1, 12. Strab. Ptolem. u. Euseb. Hist. Eccles. VI, 12. — *quid cog.*, wo denkst Du hin? — *in felic. lanc.*, auf Schüsseln mit Farrenkraut (filix) geblümt, von Silber. S. Cic. Paradox. 1, 2. Festus. Caper Grammaticus. — *canistrum*, *κάννυστρον* s. *κανίσκιον* (v. *κάνη* s. *κάννα*, Rohr), ein von Rohr geflochtenes Silber-Körbchen, worin die Schüssel aufgestellt war. — *olusc.* mit Gartengemüsen. Eine scherzende Anspielung auf die Mässigkeit, worin Attikus den Epikur nachahmte. — *Phemio.* S. ep. CCL, 9. CCXXVIII, 9. *mand. est*, ist besorgt, bestellt. — *canere*, blasen.

14. *ineptas.* Easdem significat, quibus ep. CCL, 2, eum scripsisse dixerat, per se *confectum* esse Parthicum bellum. — *misit* Romam. — *ut .. comm. senatus*, wird doch endlich einmahl der Senat aus seiner Schlafsucht aufgerüttelt werden. S. ep. CCL, 2 am Ende. CCXLIX, 2. CCXLII, 3. CCXXV, 2. — *negotium.* Seine Amtszeit lief mit dem August zu Ende. — *in metu.* S. §. 11. u. ep. CCL, 9. — *quid illo fiet.* S. Ramsh. §. 143, 2, a. — *quem reliquero*, cui post decessum meum provinciae administrationem commisero. *SCH.* — *Deiot.* S. ep. CCXXXVIII, 7. CCL, 2. — *quadring.*, quadringentorum militum singulas. *MANUT.* „iede zu 400 Mann." — *nostr. arm.*, nach unserer Art bewaffnet. — CIↃ CIↃ = duo millia. — *Erit ad sust.*, das wird denn grade zureichen um uns so lange halten zu können. — *Pomp.* S. §. 3. u. ep. CCXIV, 1. CCXXV, 2. — *in nostra*, non Ciceronis, sed populi Romani *provincia*, nempe in Cyrrhestica.

Parthi. Exspectatur ipse Orodes. Quid quaeris? Aliquan-
15 tum est negotii. De Bibuli edicto nihil novi, praeter illam exceptionem, de qua tu ad me scripseras, *nimis gravi praeiudicio in ordinem nostrum.* Ego tamen habeo *ἰσοδυναμοῦσαν*, sed tectiorem, ex Q. Mucii, P. F., edicto Asiatico, *EXTRA QUAM SI ITA NEGOTIUM GESTUM EST, UT EO STARI NON OPORTEAT EX FIDE BONA:* multaque sum secutus Scaevolae; in iis illud, in quo sibi libertatem censent Graeci datam, ut Graeci inter se disceptent suis legibus. Breve autem edictum est propter hanc meam *διαίρεσιν*, quod duobus generibus edicendum putavi: quorum unum est provinciale, in quo est de rationibus civitatum, de aere alieno, de usura, de syngraphis; in eodem omnia de publicanis: alterum, quod sine edicto satis commode transigi non potest, de hereditatum possessionibus, de bonis possidendis, magistris faciendis, vendendis; quae ex edicto et postulari et fieri solent. Tertium, de reliquo iure dicundo, *ἄγραφον* reliqui. Dixi me de eo genere mea de-

---

Vid. ep. CCL, 2. — *Quid quaer.? Aliq. e. neg.*, es ist ohne Frage ein ziemliches Stück Arbeit, eine ziemlich schwere Aufgabe.

15. *nihil novi* in eo est praeter illam exceptionem. Dictum est ad excusandum Bibulum. — *exceptionem* (Clausel), quae erat ex provincialium commodo contra publicanos i. e. contra ordinem equestrem. Nam publicani omnes equites. *MANUT.* — *nimis grav.* cet., sie errege ein gar zu grosses Vorurtheil gegen unsern Stand (Ritterstand). — *ἰσοδυν.* aequipollentem scil. exceptionem, die gleichbedeutende Clausel. — *Q. Mucius* Scaevola *P. F.* pontifex maximus u. im Consulate 659 College des L. Crassus, war nachher Proconsul in Asien. S. ad Attic. V, 17. Orat. in Verr. pro Planc. cett. Er ward auf Befehl des Consuls C. Marius getödtet. Publii filius wird er hier genannt, um ihn von Q. Mucius Scaevola Q. F., dem Iuristen, Augur und Consul des Iahrs 637 zu unterscheiden. Cicero de Orat., I, 17 führt ihn redend ein. — *EXTRA ... BONA*, wofern ein Geschäft so vertragen worden wäre, dass es gesetzmässig nicht bestehen könnte, so sollte es nach Treu und Glauben ausgeglichen werden. *extra quam* solennis formula in exceptionibus. *SCHÜTZ.* — *tectior* haec Ciceronis exceptio, quia neque pactiones neque aliud quidquam nominatim, sed *γενικῶς* omnia complexus est. Bibulus autem de pactionibus expresserat, gravi praeiudicio in ordinem equestrem. Nam si pactiones non servarentur, magnum in eo damnum publicani facerent. *MANUT.* — *disceptare*, seine Streitigkeiten ausmachen. — *διαίρεσιν*, distributionem, divisionem. — *duob. gener.*, in zwei Hauptstücken. — *provinc.*, die Angelegenheiten der Provinz betreffend. — *de rat.*, über die Rechnungen. — *transigi*, verhandelt werden, so dass die Streitenden auseinander kommen. — *poss.*, Besitznehmungen. — *magistris* auctionum *faciendis*, über die Bestellung von Curatoren der Masse bei Verkäufen, Versteigerungen. *vendendis.* Lamb. Sch. Lün. *vendendis, magistris faciendis.* Nam primum proconsul decernit, ut ex edicto a creditoribus possideantur bona debitorum; deinde ut eorum auctio fiat; denique magistri auctionum constituuntur. *SCH.* — *ἄγραφον*,

creta ad edicta urbana accommodaturum: itaque curo et satisfacio adhuc omnibus. Graeci vero exsultant, quod peregrinis iudicibus utuntur. Nugatoribus quidem, inquies. Quid refert? Tamen se αὐτονομίαν adeptos putant. Vestri enim, credo, graves habent, Turpionem sutorium et Vettium mancipem. De publicanis quid agam, videris quaerere. 16
Habeo in deliciis, obsequor, verbis laudo, orno; efficio, ne cui molesti sint. Τὸ παραδοξότατον, usuras eorum, quas pactionibus adscripserant, servavit etiam Servilius. Ego sic: diem statuo satis laxam; quam ante si solverint, dico me centesimas ducturum: si non solverint, ex pactione. Itaque et Graeci solvunt tolerabili fenore et publicanis res est gratissima. Sic illa iam habent, pleno modio, verborum

---

non scriptum. Lamb. *ἄγραπτον.* — *ad edicta urb.*, nach den Edicten der Römischen Stadtprätoren. — *peregrinis*, non Romanis, sed peregrinis i. e. suis. Manut. *non peregrinis* Md. a sec. manu. *peregrinis ut suis* Ascens. 1. — *nugatoribus*, levibus hominibus vel ob inscitiam vel ob sordidam vitae conditionem contemnendis. Sic utitur vocabulo *nugae* ep. CCLXIV. *SCH.* — *αὐτονομίαν*, bilden sie sich doch nun ein, unter ihren eigenen Gesetzen zu stehen. — *Vestri* (Ald. Asc. 1. Crat. *Nostri*) *enim* cet. εἰρωνικῶς. Quasi vos Romae meros habeatis graves iudices. *SCH.* „Ihr zu Rom, glaub' ich, habt an dem vormahligen Schuster Turpio u. dem Vorkäufer Vettius wohl gar ernste, einsichtsvolle u. gewichtige Richter." Hatte man durch Betriebsamkeit sich das gehörige Vermögen erworben, so konnte man zu Standeserhöhungen aller Art in Rom gelangen.

16. *habeo in delic.* i. e. ita comiter eos tracto, ut postea dicit, *verborum honore*, *crebra invitatione*, ut se a me vehementer amari putare debeant. *SCH.* — *efficio*, und erwirke, erhalte dadurch. — *molesti sint* acerbiore vectigalium exactione. *MAN.* — *τὸ παραδοξ.* et quod maxime praeter opinionem accidit, hoc est. — *usuras eorum*, quas provinciales ex pactione publicanis penderent, donec debitum vectigal solverent. Quod et Servilius Isauricus, Ciliciae proconsul, ratum esse voluit. *MANUT.* Dieser Servilius hatte also kein Bedenken getragen, den Publicanern die Zinsen zuzugestehen, welche sie sich in ihren Pachtverträgen auf den Fall, dass die verglichene Summe von den Provinzialen nicht richtig bezahlt würde, gut geschrieben hatten. — *Ego sic*, ich mache es so. — *diem*, ich bestimme den Schuldnern eine ziemlich geraume Frist, mit dem Beisatze, dass ich, wofern sie eher bezahlten, die Zinsen auf 1 von 100 monathlich setzen würde, die sie ausser der schuldigen Summe zu zahlen hätten. Ueber *ante* nach seinem Casus s. Ramsh. §. 161, 3. — *si non solv.* ante hanc diem, *ex pactione* persoluturos esse, wo sie aber nicht bezahlten, so bleibe es bei Dem, wozu sie der Pachtbrief verbinde, nämlich bei 4 von 100. Ueber *si non* Ramsh. §. 190, Anm. 4. — *tolerab. fenore*, mit leidlichem Zins. — *gratiss.*, weil es ihnen vortheilhafter war, baares Geld zu erhalten, als schwere Zinsen so lange auf einander zu häufen und zum Capital zu schlagen, bis die Schuldner gar nicht mehr bezahlen konnten. Die Provinzialen pachteten nämlich den Pächtern der Staatseinkünfte (vectigalia) diese wieder ab, um sie selbst einzutreiben; blieben

honorem, invitationem crebram. Quid plura? Sunt omnes ita mihi familiares, ut se quisque maxime putet. Sed ta-
17 men μηδὲν αὐτοῖς — scis reliqua. De statua Africani, — ὢ πραγμάτων ἀσυγκλώστων! sed me ipsum delectavit in tuis literis, — ain' tu? Scipio hic Metellus proavum suum nescit censorem non fuisse? Atqui nihil habuit aliud inscriptum nisi COS. ea statua, quae ad Opis per te posita in excelso est, in illa item, quae est ad Πολυδεύκους, hercule inscriptum est, COS., quam esse eiusdem, status, amictus, anulus, imago ipsa declarat. At mehercule ego quum in turma inauratarum equestrium, quas hic [Metellus] in Capitolio

---

aber oft schuldig. — *verb. honor.* s. ep. CCL, 7. — *invit. creb.*, dass ich die Publikaner häufig zur Tafel ziehe. — *ut se quisque maxime* scil. mihi familiarem *put.*, dass ieder bei mir am Meisten zu gelten glaubt. *maximi* Asc. 1. Crat. Ut nos, iam margo Crat. *ORELLI.* — *μηδὲν αὐτοῖς* i. e. nihil iis concedo (ich halte ihnen Nichts zu Gute) contra ius s. cum iniuria aliorum. *ERNESTI.*

17. *Africani* ohne weitere Bezeichnung ist bei Cicero stets der iüngere Scipio Africanus. Cicero in libris de re publica mentionem fecerat statuae Africani, quae ad Opis aedem posita esset cum hac inscriptione *P. CORNELIUS P. F. SCIPIO CENS.* (imo *COS.*). Quod quum forte legisset Metellus Scipio, Ciceronem errasse eamque statuam proavi sui P. Scipionis Nasicae Serapionis fuisse dixerat. *SCH.* — *ὢ πραγμ. ἀσυγκλ.*, o perturbatum rerum ordinem! „Das nenn' ich doch ein Durcheinander!" Denn nach §. 11. folgte Cicero der Ordnung des von Attikus hingeworfenen Briefs Artikel für Artikel; kommt also hier von der Sache der Publikaner plötzlich auf die Statue des Afrikanus, einen ganz entlegenen und verschiedenen Gegenstand. — *me ipsum*, Lamb. Sch. Lün. *me id ipsum* contra Cdd. cfr. Wopkens ed. *Hand p.* 76 *et* 390. *ORELLI.* „und gleichwohl hat mir diess Hingeworfene an Deinem Briefe sehr gefallen." — Q. *Scipio Metellus*, der Schwiegervater des Pompeius, der nachher in Afrika gegen Cäsar focht und besiegt sich selbst entleibte. Vom Q. Metellus Pius, dem Sohne des Numidicus, adoptirt trug er dessen Vor- und Zunamen (S. ep. CCXXVIII.), wie ep. L. Brutus *Caepio hic Brutus* genannt wird, weil er von seinem mütterlichen Onkel adoptirt war. — *proav. suum*, nämlich P. Cornel. Scipio Nasica Serapio, den Sohn des Corculum und Vater des Redners Scipio Nasica, der 643 mit Bestia Consul war u. den P. Scipio Nasica, den Schwiegersohn des Redners Crassus, erzeugte. Dieser letzte Nasica ist der von Metellus adoptirte. — *nisi COS.* Sic cod. decurt. Crusell. (ut volebat Malasp.) Rom. Lamb. Bos. Graev. Ern. Lün. *CENSOR* Md. (Oxon. 1. 2.) Vict. 1. 2. Sch. in Ed. mai. Also Consul, nicht Censor, stand auf der Statue. Freilich war auch Serapio Consul gewesen. — *ea statua*, es befindet sich ... an der Bildsäule. — *ad Opis* (Rheae, Cybeles, Magnae matris deorum) aedem. — *per te.* Sane *per te* vitiosum. Nam quî Atticus eam statuam illo in loco posuerit? Iam quum Cd. in marg. 1584 habuerit *parte*, vix aliter fieri potuit quam ut excideret v. c. *sinistra: ad Opis sinistra parte* cet. *ORELLI.* — *in excelso* loco, auf einer Anhöhe. — *Πολυδεύκους*, Pollucis aedem. — *anulus* cum signo, quo usus erat Africanus. *SCH.* — *in turma inaur. eq.*, unter der

posuit, animadvertissem in Serapionis subscriptione Africani imaginem, erratum fabrile putavi, nunc video Metelli.
O! ἀνιστορησίαν turpem! Nam illud de Flavio et fastis, si 18
secus est, commune erratum est; et tu belle ἠπόρησας et nos publicam prope opinionem secuti sumus, ut multa apud Graecos. Quis enim non dixit, Εὔπολιν, τὸν τῆς ἀρχαίας, ab Alcibiade navigante in Siciliam deiectum esse in mare? Redarguit Eratosthenes: affert enim, quas ille post id tempus fabulas docuerit. Num idcirco Duris Samius, homo in historia diligens, quod cum multis erravit, irridetur? Quis Zaleucum leges Locris scripsisse non dixit? Num igitur iacet Theophrastus, si id a Timaeo, tuo familiari, reprehensum est? Sed nescire proavum suum censorem non fuisse turpe est; praesertim quum post eum consulem
nemo Cornelius, illo vivo, censor fuerit. Quod de Philo- 19
timo et de solutione HS. XXDC. scribis, Philotimum circiter Kalend. Ianuar. in Chersonesum audio venisse; ac mihi ab eo nihil adhuc. Reliqua mea Camillus scribit se accepisse: ea quae sint, nescio et aveo scire. Verum haec posterius
et coram fortasse commodius. Illud me, mi Attice, in ex- 20
trema fere parte epistolae commovit: scribis enim sic, τί λοιπόν? deinde me obsecras amantissime, ne obliviscar vigilare et ut animadvertam, quae fiant. Numquid de quo

---

Schwadron von vergoldeten Bildsäulen zu Pferde. — *imaginem.* Schütz, Lünem.: *animadvertissem Scipionis subscriptionem in Africani imagine.* Es war also an der Bildsäule des Scipio Africanus die Unterschrift *Serapio.* — *Metelli* scil. erratum.

18. O = ὦ Margo Crat. Vict. 1. 2. Lamb. — *illud de Flavio*, ob Flavius, wie ich gesagt habe, der erste war, der den geheimen Kalender der Pontifices bekannt machte. S. oben §. 8. — *ἠπόρησας*, dubitasti. — *prope*, van Vaassen *Fasti p.* 90. *probe.* — *ut multa ap. Gr.*, wie das sehr angesehenen Schriftstellern bei den Griechen öfter begegnet ist. — *Εὔπολιν τὸν τῆς ἀρχαίας*, Eupolin veteris Comoediae auctorem. — *fabulas docere, διδάσκειν,* Stücke auf die Bühne bringen. Der Dichter unterwies die Schauspieler im Vortrage seines Stücks. — *iacet, κεῖται,* contemnitur. — *a Timaeo,* einem mit Cicero gleichzeitigen Historiker, dessen Werke die Zeit vernichtet hat. — *post eum* i. e. Africanum consulem, nach dem Consulat des Africanus. — *nemo Cornelius*, also auch der P. Cornel. Scipio Nasica Serapio nicht, sein Anverwandter u. Zeitgenosse, der Consul des Iahrs 616.

19. *Philot.* s. §. 9. — *HS. XXDC.* = 580,000 Sestertien od. 58,000 Fl., die dem Philotimus von meinem Schuldner ausgezahlt sind. — *Cherson.*, der Thracischen Halbinsel am Hellespont. — *ac mihi ab eo nihil adhuc*, von ihm selbst ist iedoch bis ietzt noch Nichts an mich gelangt. — *Camillus*, ein vertrauter Hausfreund des Cicero, der sich desselben in seinen ökonomischen Geschäften häufig bediente. — *ea quae* = wie viel das u. s. w.

20. *τί λοιπόν;* quid superest quod ad te scribam? — *quae fiant,*

inaudisti? Etsi nihil eiusmodi est; *Πολλοῦ γε καὶ δεῖ.* Nec enim me fefellisset nec fallet. Sed ista admonitio tua tam
21 accurata nescio quid mihi significare visa est. De M. Octavio, iterum iam tibi rescribo te illi probe respondisse; paullo vellem fidentius. Nam Caelius libertum ad me misit et literas accurate scriptas: sed de pantheris foede ac civitatibus. Rescripsi, alterum me moleste ferre, si ego in tenebris laterem nec audiretur Romae nullum in mea provincia nummum nisi in aes alienum erogari; docuique nec mihi conciliare pecuniam licere nec illi capere: monuique eum, quem plane diligo, ut, quum alios accusasset, cautius viveret; illud autem alterum alienum esse existimatione mea,
22 Cibyratas imperio meo publice venari. Lepta tua epistola gaudio exsultat. Etenim scripta belle est meque apud eum magna in gratia posuit. Filiola tua gratum mihi fecit, quod tibi diligenter mandavit, ut mihi salutem adscriberes: gratum etiam Pilia: sed illa officiosius, quod mihi, quem [iam pridem] nunquam vidit. Igitur tu quoque salutem utrique adscribito. Literarum datarum pridie Kal. Ianuar. suavem habuit recordationem clarissimi iuris iurandi: quod ego non eram oblitus. Magnus enim praetextatus illo die fui. Ha-

---

nempe a legatis et quaestoribus meis. *SCH.* — *Πολλοῦ .. δεῖ,* multum certe abest, ut quidquam a meis turpiter commissum sit.

21. *M. Octav.* s. ep. CL, 5. — *accurate*, ernstlich. *ac civitatibus*, aber er wagt darin eine sehr unartige Zumuthung an mich wegen der Panther und wegen eines Beitrages zu seinen Schauspielen, welchen ich den Städten meiner Provinz auflegen soll. Statt *foede* I. Fr. Gronov. *pantheris, Feridio ac civit.* S. ep. CXI, 3 u. 4. — *erogari*, erhoben werde. — *conciliare pec.*, ihm einen solchen Geldbeitrag zu verschaffen. — *alien. esse exist. m.*, sei mit meinem guten Namen unvereinbar. Der Brief an Caelius ist nirgends zu findeu.

22. *Lepta* praefectus fabrûm sub Cicerone proconsule, quem scripserat ep. CCIX, 2 (CCXLIV 4) mirificum esse; id igitur Atticus epistola ad Leptam scripta ei renuntiaverat. *SCH.* — *Pilia* fecit, Attici uxor. — *officiosius* fecit, die Artigkeit der Kleinen ist um so verdienstlicher, weil u. s. w. — *mihi* salutem adscribi voluit. — *iam pridem*, pro quo Malasp. coniecit *quidem*, quod receperunt Lamb. Oliv., sicque, si fides collatori, Oxon. 1. delev. *iam pr.* Muretus in *Add.* Graevii. Ern. Sch. Lün. *OR.* — *prid. Kal. Ian.*, 31 December. Est pro nominativo *dies* scil. qui fuit pridie Kal. Ian. quo die epistola tua data est. Ea die Cicero abiens consulatu, quum orationem ad populum habere intercedente tribuno plebis de consulatu suo non liceret, iuraverat se rem publicam servasse. *ERNESTI.* — *recordationem.* Nempe Atticus quum in fine epistolae sic fere scripsisset: *datae prid. Kal. Ian., quo die tu olim clarissimum illud iusiurandum praestitisti*, ipse Ciceroni hunc diem in memoriam revocaverat. *SCH.* — *Magnus . . . fui*, „an diesem Tage zeigte ich, dass man auch in der Toga gross sein könne. „In ei-

bes ad omnia, non, ut postulasti, χρύσεα χαλκείων, sed paria paribus respondimus. Ecce autem alia pusilla epistola; 23 quam non relinquam ἀναντιφώνητον. Bene mehercule potuit Lucceius Tusculanum; nisi forte, solet enim, cum suo tibicine, et velim scire, quis sit status eius. Lentulum quidem nostrum prae aere Tusculanum proscripsisse audio. Cupio hos expeditos videre: cupio etiam Sestium; adde, si vis, Caelium; quibus omnibus est, αἴδεσθεν μὲν ἀνήνασθαι, δεῖσαν δ' ὑποδέχθαι. De Memmio restituendo ut Curio cogitet, te audisse puto. De Egnatii Sidicini nomine, nec

---

nem Briefe an Attikus konnte ihm so Etwas entfallen. — χρύσεα ἀντὶ χαλκ., aurea pro aereis. Anspielung auf den bekannten Waffentausch zwischen Diomedes u. Glaucus in Hom. Ilias VI., der bei den Griechen zum Sprichwort geworden war. — *sed ... resp.*, aber wenigstens Stück für Stück in gleicher Münze. S. §. 1.

23. ἀναντιφ., sine responsione, unbeantwortet. — *Lucceius.* s. zu ep. CVIII. im Anf. — *Tusculanum* vendere salubri pretio et commode ad aes alienum dissolvendum. *SCH.* Pro *potuit* Bent. susp. *proposuit.* Sed *potuit* = potest, ut scripsisti. — *nisi forte* scil. retinere et cum suo tibicine ibi se oblectare voluit (velit). — *suo tibicine* servo aut liberto. — *status eius* i. e. quomodo toleret, sustineat aes alienum. *SCH.* — *Lentulum*, P. Lentulus Spinther, der vormahlige Proconsul von Cilicien? S. ep. 92. 93. 94. 95. 96. 100. 101. 113. 125. 148. — *prae aere* alieno, Schulden halber. Asc. sec. Vict. 1. *praetorem.* Md. Oxon. 1. 2. Asc. 1. Vict. 2. *praeter.* Cod. dec. *prae re.* Ut nos, Bos. coni. Seqq. *OR.* — *proscrib.*, öffentlich anschlagen, feil bieten. — *expeditos* i. e. aere alieno liberatos. — *Sestium.* S. ep. XV. über dies. P. Sestius Lucii filius. — *Caelium.* S. zu ep. CXCII. CXCIX. u. s. f. — *quibus omn. est* i. e. in quibus omnibus valet illud Homericum. *in quibus* C2d. Malasp. Lamb. prob. Sch. (*quibus omnibus inest* C1d. Malasp.). *OR.* — αἴδεσθεν κ. τ. λ. veriti sunt quidem recusare (cum Hectore pugnam), timuerunt autem accipere. *SCH.* „(sie) Schämten sich auszuschlagen und scheuen sich anzunehmen." *WIEL.* S. Homer Iliad. VII, *v.* 93. Alle vier eigentlich von der patriotischen Partei, doch so verschuldet, dass sie gerne zum Cäsar, der sie dafür von ihrer Schuldenlast befreien wollte, übergehen und sein Anerbieten annehmen mochten; denn es auszuschlagen schämten sie sich der Gläubiger u. der Cäsarianer wegen, die darüber als über eine grosse Einfalt lachen konnten. Allein dessungeachtet trugen sie Bedenken es anzunehmen wegen der Bedingung, woran die Annahme geknüpft war; noch dachten sie zu patriotisch und scheuten die Patrioten. Sie schwebten daher in ähnlicher Verlegenheit, wie die Griech. Fürsten, als Hektor ihnen die Entscheidung der Schlacht durch einen Zweikampf anbot. Quare Cicero eos expeditos velit. — *de Memmio restituendo* ex exsilio Parensi. Exsulabat enim de ambitu condemnatus. *MANUT.* S. ad Attic. IV, 16 (CXLIX). IV, 18 (CLVI.). ad Q. Fratr. III, 2 (CLI.). Als er im Exsil war, schrieb Cicero die Briefe XIII, 1. 2, 3 (CXCVII. CLIX. CCLX.) an ihn. Appian. Libr. II. — *Egnatii .. nomine* i. e. pecunia ab eo exigenda, was Deine (oder meine?) Forderung an Egnatius betrifft. *Sidicini*, vielleicht weil er von Teanum Sidicinum (Teano), dem Hauptorte der Sidicini, einer Au-

nulla nec magna spe sumus. Pinarium, quem mihi commendas, diligentissime Deiotarus curat graviter aegrum. Re-
24 spondi etiam minori. Tu, velim, dum ero Laodiceae, id est, ad Idus Mai., quam saepissime mecum per literas colloquare: et quum Athenas veneris, — iam enim sciemus de rebus urbanis, de provinciis, quae omnia in mensem Martium sunt collata, — utique ad me tabellarios mittas.
25 Sed heus tu, iamne vos a Caesare, per Herodem, talenta Attica L. extorsistis? in quo, ut audio, magnum odium Pompeii suscepistis. Putat enim suos nummos vos comedisse; Caesarem in Nemorensi aedificando diligentiorem fore. Hoc ego ex P. Vedio, magno nebulone, sed Pompeii tamen familiari, audivi. Hic Vedius venit mihi obviam cum duobus essedis et rheda equis iuncta et lectica et familia magna: pro qua, si Curio legem pertulerit, HS. centena pendat

---

sonischen zu den Oscis gezählten Völkerschaft in Campanien, gebürtig war. Er wird so vom Wucherer L. Egnatius Rufus (ad Attic. IV, 12. VIII, 18. X, 15. ad Divers. XIII, 43 u. Maximus unterschieden. — T. *Pinarium.* S. ad Famil. VIII, 15 (CCCXXXV.). XII, 24 (DCCXC.). Nicht zu verwechseln mit M. Pinarius Rusca, der 623 die lex annalis als tribunus pl. durchsetzte. S. de Orat. II, 65. — *minori*, pusillae. S. Anfang dieses §.

24. *ad id. Mai.*, bis gegen den 15. Mai. — *iam*, um die Zeit schon. — *in m. Mart. collata*, auf den Märzmonath verschoben, anberaumt ist. S. ep. CCXXIII, 5. 9.

25. *Herodem.* Asc. 1. Crat. Vict. 1. *Orodem.* Cld. Lamb. *Erotem.* Placet. *ORELLI.* Dieser war ein Freigelassener und Geschäftsbesorger (procurator) des Cäsars. — *L. talenta Att.* = 120,000 Fl., welche Cäsar dem Attikus schuldig war. — *suscep.*, Ihr Euch zugezogen habt. — *suos nummos*, fortasse quod Caesar ipsi ex pensione dotis debebat. — *Caesarem ... fore*, „Cäsar werde nun, meint er, beim Bau seiner Villa im Walde von Aricia räthlicher zu Werke gehen müssen." *WIELAND.* Man sieht, dass Cäsar keine Lust hatte dem Pompeius, seinem Schwiegersohne, die noch restirenden grossen Summen der Mitgift seiner bereits verstorbenen Tochter Iulia auszuzahlen, obgleich er ungeheures Geld sogar auf unnöthige Prachtgebäude verschleuderte. Romani *Nemus* appellabant in Aricino agro lucum Dianae sacrum; et Caesarem constat illic sumptuosissime villam aedificasse, quam etiam, quia ad animum non respondebat, totam demolitus sit. Vid. Sueton. in Caes. vit. c. 46. *TURNEBUS.* — *diligentiorem* explicant *parciorem.* Rectius arbitror sic intelligi: Pompeius putat suos nummos vos comedisse, quos a Caesare extorsistis; nihilo secius eum in aedificando Nemorensi diligentiorem fore h. e. curaturum, ut celerius illud opus perficiatur, quo minus se pecuniam a Caesare accepturum sperat. *SCH.* — *familia magna*, u. mit einem ganzen Heere von Dienern, Sklaven. — *pro qua*, für welchen Aufzug er wenigstens 100,000 Sestertien Weggeld, Strassenbaugeld zu bezahlen haben wird. *si Curio legem pertulerit* scil. *viariam*, quam, ut Caelius scripsit ep. CCXLII, 5., una cum *alimentaria* ad populum tulerat. Et *viaria* quidem, quod vidit Ernestius, hanc vim habuisse videtur, ut viae per Italiam

necesse est. Erat praeterea cynocephalus in essedo nec deerant onagri. Nunquam vidi hominem nequiorem. Sed extremum audi. Deversatus est Laodiceae apud Pompeium Vindullum: ibi sua deposuit, quum ad me profectus est. Moritur interim Vindullus: quae res ad Magnum Pompeium pertinere putabatur. C. Vennonius domum Vindulli venit: quum omnia obsignaret, in Vedianas res incidit. In his inventae sunt quinque plangunculae matronarum, in quibus una sororis amici tui, hominis „bruti," qui hoc utatur; et illius „lepidi," qui haec tam negligenter ferat. Haec te volui *παριστορῆσαι*. Sumus enim ambo belle curiosi. Unum 26
etiam velim cogites. Audio Appium *προπύλαιον* Eleusine facere. Num inepti fuerimus, si nos quoque Academiae fecerimus? Puto, inquies. Ergo id ipsum scribes ad me. Equidem valde ipsas Athenas amo. Volo esse aliquod monumentum. Odi falsas inscriptiones statuarum alienarum.

---

munirentur et ut ab iis, qui vehiculis, essedis, rhedis, lecticis, equis in itineribus uterentur, certa exigeretur pecunia viis muniendis insumenda. *SCH.* — *cynocephalus*, *κυνοκέφαλος* (mit d. Hundskopfe), Linnés Simia Inuus, Büffons Magot, eine Affenart in Ostindien und Nordafrika. S. Aristotel. H. An. II, 8. Aelian. H. An. IV, 46. X, 25. Diodor. III, 35. Plin. H. N. VI, 30. VIII, 54. XXXVII, 9. — *onagri*, *ὄναγροι*, *ονοι ἄγριοι*, wilde Esel, Waldesel. S. Voss zu Virgil. Georg. III, 409. — *extremum*, den ärgsten Streich desselben od. das Ende. — *Pomp. Vind.*, vermuthlich ein reicher Freigelassener des Pompeius. — *sua dep.*, hier liess er sein Gepäck zurück. — *quae res* = quae hereditas ... *putabatur*, dessen Nachlass, wie man glaubte, dem Pompeius zufiele. Liberti enim patronis et patroni aeque libertis heredes erant, quum aut intestati aut sine filiis obiissent. *MANUT.* — *C. Vennonius*, familiaris Ciceronis. Vid. ad Attic. XII, 13. ad Famil. XIII, 72. de Legg. 1, 2. — *plang.*, kleine Wachsbilder. Die Damen pflegten ihre Anbeter mit ihren Bildnissen zu begünstigen. — Iuniae *sororis* Bruti et uxoris Lepidi. — *qui hoc utatur*, des einfältigen Mannes, dass er mit einem solchen Menschen wie Vedius umgeht; und der Gemahlinn ienes gar zu Gefälligen, weil er bei den Galanterien seiner Frau ein Auge zudrückt. Alludit ad cognomina Bruti et Lepidi. M. Iun. Brutus, inquit, est homo *brutus* et stolidus, qui non animadvertat sororem suam propter illum adulterii suspectam esse; Lepidus vero homo *lepidus*, qui tam turpem suspicionem in uxore leviter curet et negligenter ferat. *SCH.* Zu *illius „lepidi"* suppl. *uxoris*. — *παριστορῆσαι*, obiter scire.

26. *cogit.*, in Ueberlegung nehmen. — *προπύλαιον Eleus. facere*, per amicos videlicet (s. Ramsh. §. 163, 3.). Nam Appius Pulcher tum ad Urbem (Romam) pervenerat. *Προπύλαιον* (eine Vorhalle vor dem Tempel zu Eleusis.) autem, ut esset in urbe celebri monumentum nominis sui. *SCH.* — *Academiae* Athenis. — *id ipsum* te putare, nos ineptos fore, si *Προπύλαιον* Academiae fecerimus. — *ipsas* del. censuit Sch. Fortasse: *istas* (scil. *tuas*). Si recte se habet, Athenae *ipsae* opponuntur Eleusini. *ORELLI.* Vgl. ep. CXCVI, 5. — *monumentum* nominis mei, scil. ibi. — *falsas inscript.* i. e.

Sed ut tibi placebit: faciesque me, in quem diem Romana incidant mysteria, certiorem et quo modo hiemaris. Cura ut valeas. Post Leuctricam pugnam die septingentesimo sexagesimo quinto.

EPISTOLA CCLIII. (ad Div. XIII. 54.)

(Scr. Laodiceae mense Martio A. U. C. 704. (a. C. 50.)

Gratias Thermo agit, quod liberaliter tractarit Marcilium, petitque, ut operam det, ne socrus eius rea fiat.

CICERO THERMO PROPR. S.

Quum multa mihi grata sunt, quae tu adductus mea commendatione fecisti: tum in primis, quod M. Marcilium, amici atque interpretis mei filium, liberalissime tractavisti. Venit enim Laodiceam et tibi apud me mihique propter te gratias maximas egit. Quare, quod reliquum est, a te peto, quoniam apud gratos homines beneficium ponis, ut eo libentius iis commodes operamque des, quoad fides tua patietur, ut socrus adolescentis rea ne fiat. Ego quum antea studiose commendabam Marcilium, tum multo nunc studio-

---

contemno statuas nobis honoris causa positas (vid. Ep. XXX, 26. CCL, 7. CCXXXVIII, 15.), quarum inscriptiones falsae et fictae sunt, assentandi causa; sed si ipse eiusmodi monumentum fecero, id nobis veram gloriam afferet. *ERNESTI.* — *mysteria*, sacra bonae Deae, quae plerumque fiebant Kal. Maiis, interdum vero ob intercalationes loco movebantur. Vid. Gronov. Obss. IV, 9. Appian. in Excerpt. *SCH.* S. zu ep. CCL, 14. u. zu §. 12. *Liberal.* in dies. Briefe. — *post Leuctr. pugn.* d. i. bei Bovillae zwischen Clodius u. Milo, wodurch die Sicherheit u. Ruhe in Rom eben so wieder hergestellt wurde, wie ehemahls die Ruhe Griechenlands nach dem berühmten Siege des Epaminondas über die Spartaner bei Leuctra in Böotien 371 vor Chr. Cicero bedient sich des Tages, an welchem Clodius getödtet war, zum Datum seines Briefs, weil ihn die sacra bonae Deae an Clodius, der diese einst gestöhrt hatte, so eben erinnerten. Wenn man die Zahl der Tage vom 20 Ianuar 702 an, wo Clodius getödtet wurde, nach dem alten Kalender berechnet; so muss dieser Brief am 24. Februar 704, nicht am 5. März geschrieben sein. Nach dem Anfange dieses Briefs ist er eine Antwort auf einen Brief, den er am 17. Februar vom Attikus zu Laodicea bekommen hatte. Cicero brauchte mehre Tage zur Ausarbeitung seiner Antwort, wie man aus dem Postscript §. 23 u. 24 ersieht.

THERMO. S. zu ep. CCXXX im Anf.

1. *interpr.* i. e. quo sum usus interprete (Dollmetscher) in provincia. — *quoniam.* S. ep. CCXLII, 3. — *iis.* Sic scripsi. *his* Cett. *ORELLI.* — *quoad.* Viri docti in *Bibl. philol. Lips.* 1777. 3, p. 198 *quod* coni. Immo aliquoties in hac formula cet. *quod* in *quoad* mutandum, ut *Lib.* 13, 61. *Lib.* 14, 4. *quod potes* Md. Bened. *OR.* — *fides*, deine Amtstreue, Gewissenhaftigkeit. — *ut ne rea fiat*, in ius

sius, quod in longa apparitione singularem et prope incredibilem patris Marcilii fidem, abstinentiam modestiamque cognovi.

EPISTOLA CCLIV. (ad Div. XIII. 57.)

Scr. Laodiceae mense Martio A. U. C. 704. (a. C. 50.)

Petit, ut Anneium, legatum suum, remittat, eiusque causam Sardianam commendat. 1 — 2.

CICERO THERMO PROPR. S.

Quo magis quotidie ex literis nuntiisque bellum magnum esse in Syria cognosco, eo vehementius a te pro nostra necessitudine contendo, ut mihi M. Anneium legatum primo quoque tempore remittas. Nam eius opera, consilio, scientia rei militaris vel maxime intelligo me et rem publicam adiuvari posse. Quod nisi tanta res eius ageretur, nec ipse adduci potuisset, ut a me discederet, neque ego, ut eum a me dimitterem. Ego in Ciliciam proficisci cogito circiter Kal. Maias. Ante eam diem Anneius ad me redeat oportet.
Illud, quod tecum et coram et per literas diligentissime egi, 2
id te nunc etiam atque etiam rogo, curae tibi sit, ut suum negotium, quod habet cum populo Sardiano, pro causae veritate et pro sua dignitate conficiat. Intellexi ex tua oratione, quum tecum Ephesi locutus sum, te ipsius M. Anneii causa omnia velle. Sed tamen sic velim existimes, te mihi nihil gratius facere posse, quam si intellexero per te illum ipsum negotium ex sententia confecisse. Idque quam primum ut efficias, te etiam atque etiam rogo.

---

vocetur. — *apparitione*, in apparitoris et quidem interpretis officio. Die *apparitores* waren Secretaire, Dollmetscher und dergl.

1. *bellum* Parthicum. S. ep. CCLII, 14. — *M. Anneium* legatum. Er war wegen seines Geldprocesses mit Sardes zum Thermus gereiset. S. ep. CCXXXII. — *tanta res* = tam gravis causa, Process. — *neque ego* adduci potuissem. — *proficisci*, finitis iurisdictionibus Asiaticis. S. ep. CCL, 9. Warum *redeat oport.* ohne *ut*, wie §. 2. *velim exist.?* s. Ramsh. §. 193, 4. Not. 1. Grotef. §. 400 u. 181.

2. *per literas* huius edit. ep. 232. — *te nunc.* Sic Lamb. *et nunc* Gett. cum Md., in quo *te* atque *et* saepe confunduntur (cfr. *Lib.* 1. *Ep.* 9, §. 24. *Lib.* 14. *Ep.* 3, 4. *te istic.* Md. *et istic.*). Vulgatam tamen lectionem laudat Madvig. I. p. 75. *ORELLI.* — *veritate* = iustitia, sofern, als er Recht hat. — *Ephesi.* Vid. epist. CCI, 2. — *ex sententia*, nach Wunsch.

EPISTOLA CCLV. (ad Div. II. 11.)

Scr. Laodiceae prid. Non. Apr. A. U. C. 704. (a. C. 50.)

Scribit se urbis desiderio et satietate provinciae teneri. 1. pantheras Caelio ad ludos diligenter curari. Denique petit, ut sibi de re publica diligenter scribat. 2.

M. CICERO IMP. S. D. M. CAELIO AEDILI CUR.

Putaresne unquam accidere posse, ut mihi verba deessent: neque solum ista vestra oratoria, sed haec etiam levia nostratia? Desunt autem propter hanc causam, quod mirifice sum sollicitus, quidnam de provinciis decernatur. Mirum me desiderium tenet urbis, incredibile meorum atque in primis tui, satietas autem provinciae: vel quia videmur eam famam consecuti, ut non tam accessio quaerenda, quam fortuna metuenda sit: vel quia totum negotium non est dignum viribus nostris, qui maiora onera in re publica sustinere et possim et soleam; vel quia belli magni timor impendet, quod videmur effugere, si ad constitutam diem decedemus.
2 De pantheris, per eos, qui venari solent, agitur mandatu meo diligenter; sed mira paucitas est: et eas, quae sunt, valde aiunt queri, quod nihil cuiquam insidiarum in mea provincia nisi sibi fiat; itaque constituisse dicuntur in Cariam ex nostra provincia decedere. Sed tamen sedulo fit, et in primis a Patisco. Quidquid erit, tibi erit: sed quid esset, plane nesciebamus. Mihi, mehercule, magnae curae est aedilitas tua: ipse dies me admonebat; scripsi enim haec ipsis Megalensibus. Tu velim ad

---

M. CAELIO. S. zu ep. CXCII. im Anf.

1. *vestra orat.*, an gewichtigen Worten, dergleichen Euch Rednern in Rom stets zu Gebote stehen. — *nostratia*, womit wir uns hier zu Lande zu behelfen pflegen. — *propt. h. caus.* = propterea. S. Ramsh. §. 187. 11, 2. — *de provinciis.* S. ep. CCXXIII, 5. CCL, 3. — *accessio* = incrementum, Zuwachs. *fortuna* = fortunae mutatio, Glückswechsel, der mir den erworbenen Ruhm nehmen könnte. — *viribus nostris* = meis (Ciz.), *qui* = quum ego, quippe qui. S. Ramsh. §. 159, 2, c. u. §. 194, 1. *et possimus et soleamus* Cdd. Regii (non Md.) Lamb. Lall. prob. Daehnio. *et possumus et solemus* Vict. 2. *ORELLI.* S. Ramsh. §. 203, A, 1. 7, b. über die Synesis §. 159, 2, c). — *belli magni timor* st. bellum magno opere timendum. Eine Hendiadys. S. CCLII, 14.

2. *De pantheris.* S. ep. CCXI, 3, wo derselbe Iäger Patiscus genannt wird. — *mandatu meo.* Sic Lamb. Mart.-Lag. Recte. cfr. *pro Sulla* §. 65. *mandatum eo* Md. *mandato meo.* Cett. *OR.* — *Quidquid erit* cet., Was wir an Panthern bekommen, soll Dein sein; aber wie Viel es sein wird, wissen wir noch gar nicht. — *magnae curae.* Die Panther sollten bei den Spielen zur Verherrlichung dienen, welche Cälius als Aedil zu geben hatte. — *Megalensibus.* Et Megalenses et Romani ludi ad aediles curules pertinebant, ut in Dione legimus Libr. 39. Dies igitur Megalensium, qui dabantur Aprili mense, Ciceronem admonebat ludorum Romanorum, quos

me de omni rei publicae statu quam diligentissime perscribas: ea enim certissima putabo, quae ex te cognoro.

EPISTOLA CCXLVI. (ad Att. VI. 2.)

Scr. Laodiceae mense Aprili A. U. C. 704. (a. C. 50.)

De Quinti fratris uxorem dimittendi consilio. 1—2. de aliquot erratis in libris de re publica. 3. de sua in administratione provinciae moderatione et continentia. 4—5. de spe discessus e provincia. 6. de Bruti cum Salaminiis negotiis. 7—9. de Appii causa paucisque aliis rebus. 10.

CICERO ATTICO S.

Quum Philogenes, libertus tuus, Laodiceam ad me salutandi causa venisset et se statim ad te navigaturum esse diceret; has ei literas dedi: quibus ad eas rescripsi, quas acceperam a Bruti tabellario. Et respondebo primum postremae tuae paginae; quae mihi magnae molestiae fuit, quod ad te scriptum est a Cincio de Statii sermone: in quo hoc molestissimum est, Statium dicere a me quoque id consilium probari. Probari autem? De isto hactenus. Dixerim me vel plurima vincla tecum summae coniunctionis optare, etsi sunt amoris artissima: tantum abest, ut ego ex eo, quo adstricti sumus, laxari aliquid velim. Illum autem 2
multa de istis rebus asperius solere loqui saepe sum expertus, saepe etiam lenivi iratum. Id scire te arbitror. In hac autem peregrinatione militiave nostra saepe incensum

---

Caelius Septembri mense daturus erat. Ceterum ludos Megalenses per sex dies a pridie Non. April. ad v. Id. fuisse fasti dierum antiqui demonstrant. *MANUT.* Die ludi *Megalenses* wurden zur Ehre der Cybele, der magna (*μεγάλη*) mater, gefeiert. S. Plin. H. N. VII, 37. Cic. Harusp. 12. Gellius II, 24.

1. *Philogenes.* S. ep. CCI, 2. CCL, 14. CLXVIII. — *ab Cincio,* einem vertrauten Geschäftsverweser (procurator) des Attikus, der in diesen Briefen schon oft genannt ist. — *de Statii sermone,* qui dixerat Q. Ciceronem dimissurum uxorem suam, Attici sororem. *ERNESTI.* S. ep. CLXXXIV, 3. Statius ein Freigelassener und Günstling des Quintus Cicero, der schon lange ein Stein des Anstosses zwischen Quintus u. seiner Gemahlinn Pomponia gewesen war. — *id consilium* uxorem dimittendi, diess Vorhaben. — *Probari autem,* ich es billigen? S. Ramsh. §. 168, 6. Grotef. §. 311. Anm. — *De isto hactenus,* doch darüber verlier ich kein Wort! S. Ramsh. §. 206. C. 2, c. — *amoris* nostri mutui. — *ex eo* vinculo coniunctionis nostrae. — *tant. abest, ut . . velim,* so entfernt bin ich zu wollen. S. Ramsh. §. 192, A, 3, N. Grotef. 396. 398, Anm. 1. Die eigentliche constructio verborum war: *Tantum abest, ut . . velim, ut dixerim* cet.

2. *Illum autem,* Q. fratrem. — *militiave.* Militiam vocat, quia cum agmine armato proficisceretur. *MANUT.* Vid. ep. CCXX. —

ira vidi, saepe placatum. Quid ad Statium scripserit, nescio. Quidquid acturus de tali re fuit, scribendum tamen ad libertum non fuit. Mihi autem erit maxime curae, ne quid fiat secus, quam volumus quamque oportet. Nec satis est in eiusmodi re, se quemque praestare: [ac] maximae partes istius officii sunt pueri Ciceronis, sive iam adolescentis; quod quidem illum soleo hortari. Ac mihi videtur matrem valde, ut debet, amare teque mirifice. Sed est magnum illud quidem, verumtamen multiplex pueri ingenium: quo
3 ego regendo habeo negotii satis. Quoniam respondi postremae tuae paginae prima mea; nunc ad primam revertar tuam. Peloponnesias civitates omnes maritimas esse, hominis non nequam, sed etiam tuo iudicio probati, Dicaearchi tabulis credidi. Is multis nominibus in Trophoniana Chaeronis narratione Graecos in eo reprehendit, quod mare tam secuti sunt: nec ullum in Peloponneso locum excipit. Quum mihi auctor placeret, — etenim erat *ἱστορικώτατος* et vixe-

---

saep. plac., oft aber bald wieder beruhigt. — *se quemque praestare*, dass in einer Sache dieser Art Ieder von Uns beiden das Seinige thut; se ipsum curare ut officium faciat, sed etiam contendere, ut alii faciant. *SCH.* — [*ac*] Sic Asc. utraque, Lamb. delev. *ac* Ern. Sch. Lün., unde *ac* [ ] *ORELLI.* „Der iunge Cicero hat bei dieser Verpflichtung die Hauptrolle zu spielen"; schon seines eigenen Vortheils wegen muss er an der Aussöhnung seines Vaters mit der Mutter arbeiten. Ueber die beiden Accusat. bei *hortor* s. Ramsh. §. 131, 3, Not. 2. Grotef. §. 222. — *illud quidem.* S. Ramsh. §. 158, 2, f. — *multiplex*, faltenreich d. i. veränderlich u. unzuverlässig, varium ac mutabile. — *quo ego reg.* Coni. in marg. 1584 *in quo ego r.* Rursus Ern. susp. *quod* Md. Oxon. 2. Vict. 1. *OR.*

3. *marit. esse*, „an der Küste gelegen seien." Es scheint, er hatte diess in einer Stelle seiner Dialogen über die Republik als Etwas bekanntes vorausgesetzt. — *non nequam* i. e. inconsiderati, indiligentis, temere scribentis. *non meo tantum* Ern. susp. — *Dicaearchi tabulis* geographicis. Er war von Messina auf Sicilien, ein Peripatetiker und Schüler des Aristoteles, dessen geographische Werke Polybius in vielen Stücken tadelte. S. Strabo II, p. 107. ad Attic. II, 2. 16. Attikus hatte die geographische Richtigkeit einer Stelle in Cicero's Dialogen über die Republik angefochten. — *multis nominibus*, vieler Dinge wegen. So nomine sceleris damnati Verrin. V, 5. nomine negligentiae suspectus ad Divers. II, 1. *eo nomine* = desswegen ebendas. 7 extr. Tacit. Annal. XIV, 59. *quo nomine* Vellei. I, 5. Ramsh. §. 103, Not. 4. — *in Troph. Chaer. narrat.*, in seiner dem Chäron in den Mund gelegten Beschreibung der Höhle des Trophonius. Chaeronem loquentem induxerat Dicaearchus in libris *περὶ τῆς εἰς Τροφωνίου καταβάσεως*, teste Athenaeo. *MANUT.* Ueber die Orakelhöhle des Trophonius bei Lebadia in Böotien s. Plin. H. N. XXXI, 2. XXXIV, 8. Cic. de Nat. Deor. III, 19. 22. ad Divers. I, 34. Liv. XLV, 27. — *tam.* Fortasse: *tantum. ORELLI.* — *secuti sunt.* Ern. susp. *sint*, „sich an den Küsten angebauet hätten." — *Quum* = obgleich. — *auctor*, der Gewährsmann, sein Zeugniss. — *ἱστορ.*, historiarum peritissimus. — *Dionysio*, liberto

rat in Peloponneso — admirabar tamen; et, vix accredens, communicavi cum Dionysio. Atque is primo est commotus: deinde, quod [tum] de isto Dicaearcho non minus bene existimabat, quam tu de C. Vestorio, ego de M. Cluvio, non dubitabat, quin ei crederemus. Arcadiae censebat esse Lepreon quoddam maritimum; Tenea autem et Aliphera et Tritia *νεόκτιστα* ei videbantur; idque *τῷ τῶν νεῶν καταλόγῳ* confirmabat, ubi mentio non fit istorum. Itaque istum ego locum totidem verbis a Dicaearcho transtuli. Phliasios autem dici sciebam: et ita fac ut habeas; nos quidem sic habemus. Sed primo me *ἀναλογία* deceperat, *Φλιοῦς*, *Ὀποῦς*, *Σιποῦς*, quod *Ὀπούντιοι*, *Σιπούντιοι*. Sed hoc continuo correximus. Laetari te nostra moderatione et continentia vi- 4
deo. Tum id magis faceres, si adesses. Atque hoc foro, quod egi ex Idibus Febr. Laodiceae ad Kalend. Mai. omnium dioecesium praeter Ciliciae, mirabilia quaedam effecimus: ita multae civitates omni aere alieno liberatae, multae valde levatae sunt: omnes suis legibus et iudiciis usae, *αὐτονομίαν* adeptae, revixerunt. His ego duobus generibus facultatem ad se aere alieno liberandas aut levandas dedi: uno, quod omnino nullus in imperio meo sumptus factus

---

meo literatissimo. Vid. ep. CCLII, 12. — *est commotus*, stutzte. — [*tum*] vides suspectum esse. *OR. Dicaearcho* e glossa additum cens. Manut. delev. Lamb. Sch. Lün. — *de Vestorio ... Cluvio.* Iocose fidem historici comparat cum fide feneratorum, quibus ut bonis nominibus suam pecuniam credere neque Cicero neque Atticus dubitarent. — *censebat* Dicaearchus. — *quoddam*, Ern. susp. *quondam. OR.* Und doch ist Arkadien rings mit Land umgeben; allein Dicäarch mochte behaupten: Lepreon (bei der ietzigen Stadt Strobitza) sei vormahls hart an der See gewesen. — *Tenea.* Sic Cd. in marg. 1584. Crat. Ern. Sch. Lün. *Tene* Md. Asc. utraq. Vict. 1. 2. Lamb. Bos. Graev. Mela II, 3. Vielleicht *Tegea*, durch die Kunst eiserne Waffen zu schmieden berühmt. Ihre Ruinen zu Paleo-Episcopi bei Tripolitza. — *Aliphera*, *Ἀλιφήρα*, eine Bergstadt mit der bronzenen Statue der Athene. — *νεόκτ.*, recens condita. — *καταλόγῳ* Homerico Iliad. B. — *Itaque.* Sic Md. Oxon. 2. Vict. 1. 2. Manut. Lamb. *Atque istum* (Oxon.?) Bosius. Graev. Ern. Sch. Lün. *OR.* — *transtuli* in libros de re publica. — *Phliasios autem d. sc.*, dass man die Einwohner der Stadt Phlius in Achaia Phliasier, nicht Phliuntier, nenne, war mir bekannt. Eine Antwort auf eine zweite, geographisch-etymologische Erinnerung des Attikus. — *fac ut habeas*, vergiss also nicht den Schreibfehler in Deinem Exemplare zu verbessern; ut corrigas in exemplo tuo *Phliuntios* et reponas *Phliasios. SCH.* — *habemus* scriptum in nostro exemplo. — *decep.*, anfangs hatte mich die Aehnlichkeit des Namens Phlius mit Opus u. Sipus irre geführt. — *Σιπούντιοι* dicuntur. Opus in der Opuntischen Locris; *Sipus* = Sipontum in Apulien. S. Plin. H. N. III, 11. Mela II, 4. Lucan. V, 377. Sil. VIII, 634. Liv. XXXIV, 45 u XXXVIII, 23.

4. *foro*, Gerichtssitzung. S. ep. CCL, 9. — *αὐτονομ.* Vgl. ep. CCLII, 15. — *duob. gener.*, durch folgende zwei Mittel. — *nullus*..

est, — nullum quum dico, non loquor ὑπερβολικῶς — nul-
lus, inquam, ne teruncius quidem. Hac autem re, incre-
5 dibile est, quantum civitates emerserint. Accessit altera.
Mira erant in civitatibus ipsorum furta Graecorum, quae
magistratus sui fecerant. Quaesivi ipse de iis, qui annis
decem proximis magistratum gesserant. Aperte fatebantur.
Itaque sine ulla ignominia suis humeris pecunias populis
retulerunt. Populi autem nullo gemitu publicanis, quibus
hoc ipso lustro nihil solverant, etiam superioris lustri red-
diderunt. Itaque publicanis in oculis sumus. Gratis, in-
quis, viris. Sensimus. Iam cetera iurisdictio nec impedita
et clemens cum admirabili facilitate. Aditus autem ad me
minime provinciales. Nihil per cubicularium. Ante lucem
inambulabam domi, ut olim candidatus. Grata haec et
magna mihique nondum laboriosa ex illa vetere militia.
6 Nonis Mai. in Ciliciam cogitabam: ibi quum Iunium men-
sem consumsissem, atque utinam in pace! — magnum enim
bellum impendet a Parthis — Quintilem in reditu ponere.
Annuae enim mihi operae a. d. III. Kalend. Sext. emerentur.

---

sumptus. S. ep. CCLII, 2. — *emerserint* ex aere alieno, trop. sich wieder erholt haben.

5. *Accessit altera* scil. res, statt dessen man *alterum* scil. genus, was Victor. 1. gibt, hätte erwarten sollen. — *sine ulla ignom.*, ohne die Schande einer gerichtlichen Verurtheilung. — *popul.*, den Gemeinden. — *nullo gemitu*, ohne Seufzen. — *hoc ipso lustro*, in den letztverstrichenen fünf Iahren. — *lustri redd.* scil. pecunias debitas, trugen auch die Reste der letzten fünf Iahre ab. — *in ocul. sum.*, wir sind ein Liebling. — *Iam* = nun aber, ferner. — *cetera iurisd.*, die übrigen Obliegenheiten des Oberrichteramts erfüll' ich einer Seits nicht ohne praktische Gewandtheit, anderer Seits mit Gelindigkeit und allgemein bewunderter Leutseligkeit. *nec . . et.* s. Ramsh. §. 177. *) — *provincial.*, „wie man sie in der Provinz gewohnt ist;" von manchen meiner Vorgänger her, bes. seit Appius Pulcher Statthalter war. — *Nihil per cubicul.*, scil. agitur; Niemand braucht sich erst an meinen Kammerdiener zu wenden. — *inambul.*, geh' ich auf und ab (s. Ramsh. §. 164, II, 3.). — *candid.*, „wie ehemahls, wann ich mich um eine Ehrenstelle bewarb." Denn so konnte ihn ieder Römische Bürger, der seiner Dienste benöthigt war, ungehindert sprechen. Ein sehr wirksames Mittel sich Popularität zu verschaffen! — *Grata haec* sunt *et magna* cet., diess macht mich beliebt und wird mir hoch angerechnet und ist mir doch nicht mühsam, da ich mich seit alten Zeiten her an diesen Dienst gewöhnt habe. *ex illa vet. mil.*, ex illo tempore, quum me ambitionis occupatio et forensium rerum labor exercebat. *SCH.*

6. *Non. Mai.* am 7. Mai denk' ich nach Cilicien. — *in red. pon.*, auf meine Rückreise zu verwenden. S. ep. CCL, 9. — *Annuae . . . emerentur*, „denn mit dem 30. Iul. geht das Iahr meines Frohndienstes zu Ende." annua provinciae administratio terminatur. Sic *emeritum tempus* ep. CCLXIX pro *confectum*, et *emerentur* pro-

Magna autem in spe sum mihi nihil temporis prorogatum iri. Habebam acta urbana usque ad Nonas Martias, e quibus intelligebam Curionis nostri constantia omnia potius actum iri quam de provinciis. Ergo, ut spero, propediem te videbo. Venio ad Brutum tuum, immo nostrum: sic enim 7
mavis. Equidem omnia feci, quae potui aut in mea provincia perficere aut in regno experiri. Omni igitur modo egi cum rege et ago quotidie, per literas scilicet. Ipsum enim triduum quatriduumve mecum habui turbulentis in rebus, quibus eum liberavi. Sed et tum praesens et postea creberrimis non destiti rogare et petere mea causa, suadere et hortari sua. Multum profeci, sed quantum, non plane, quia longe absum, scio. Salaminios autem — hos enim poteram coërcere — adduxi, ut totum nomen Scaptio vellent solvere; sed centesimis ductis a proxima quidem syngrapha, nec perpetuis, sed renovatis quotannis. Numerabantur nummi: noluit Scaptius. Tun', qui ais Brutum cupere aliquid perdere? Quaternas habebat in syngrapha. Fieri non poterat: nec, si posset, ego pati possem. Audio omnino Scaptium poenitere. Nam quod senatus consultum esse dicebat, ut ius ex syngrapha diceretur, eo consilio factum est, quod pecuniam Salaminii contra legem Gabi-

---

prie stipendia militum. *MANUT.* — *usq. ad Non. Mart.*, bis zum 7. März. *acta urbana* entweder Privatnachrichten von allem zu Rom Vorgefallenen oder *acta publica*, die Staatszeitungen. S. ad Divers. VI, 2. X, 28. — *Curionis.* Ueber Cicero's Erwartung von ihm s. ep. CCXXIII, 10. CCXXV, 3 u. 4. CCXXVII, 4. CCXLI, 5. Aber ietzt widerstand Curio aus blosser Hartnäckigkeit dem Consul Marcellus und den übrigen Anticäsarianern, um keine dem Interesse Cäsars nachtheilige Massregel zu Stande kommen zu lassen. S. ep. CCXLII, 3. 5. CCLII, 23.

7. *in regno*, Cappadocia. S. ep. CCLII, 3 ff. — *cum rege* Ariobarzane. — *turb. in rebus*, quum paene civilibus insidiis oppressus esset (Vid. CCXXVIII, 6. et CCXIX, 4.). *MANUT.* — *praesens*, mündlich, im Gegens. von *creberrimis* literis, was Cd. Faërni Lamb. haben, Ernesti tilgen wollte, Sch. Lün. getilgt hat. Vgl. iedoch ep. 250, 14. — *hortari*, ut solveret Bruto. — *Salam.* S. ep. CCL, 10 ff. CCLII, 5 ff. — *totum nomen*, ihre ganze Schuld. — *sed centesimis ... quotannis*, die Zinsen zu 1 vom 100 monathlich von der letzten Verschreibung an gerechnet, iedoch so, dass sie nicht immmer wachsen, sondern bloss iährlich zum Capital geschlagen werden sollten. Vgl. ep. CCL, 13. 14. CCLII, 7. — *Tun', qui ais.* Sic cod. Crusell. Lamb. Bened. Graev. Ern. *tu quid ais* Md. Oxon. 1. 2. Asc. 1. Crat. Vict. 1. 2. *tun quaeris Br.* Tunstalli susp. *tun ais* Ern. susp. *Quid tu? qui ais* Sch. con. Lün. *ORELLI.* Sagtest Du nicht, Brutus wolle sich einigen Verlust gefallen lassen? — *Fieri.* Alii *ferri* in Ms. 1584. — *si posset*, Oxon. 2. *poterat.* — *possem*, Ern. susp. *poteram.* — *Nam quod senat.* cet. Denn der Rathsschluss, worauf er sich stützte und worin die Verschreibung für rechtsgültig erklärt wurde u.s.w. — *pecuniam*, das Darlehen. — *contra leg. Gabin.*, s. zu CCL, 11

niam sumserant. Vetabat autem Auli lex ius dici de ita sumpta pecunia. Decrevit igitur senatus, ut ius diceretur ista syngrapha. Nunc ista habet iuris idem, quod ceterae,
8 nihil praecipui. Haec a me ordine facta puto me Bruto probaturum; tibi, nescio; Catoni certe probabo. Sed iam ad te ipsum revertor. Ain' tandem Attice, laudator integritatis et elegantiae nostrae:

Ausus es hoc ex ore tuo — — —,

inquit Ennius — ut equites Scaptio ad pecuniam cogendam darem, me rogare? an tu, si mecum esses, qui scribis morderi te interdum, quod non simul sis, paterere me id facere, si vellem? Non amplius, inquis, quinquaginta. Cum Spartaco minus multi primo fuerunt. Quid tandem isti mali in tam tenera insula non fecissent? Non fecissent autem? Immo quid ante adventum meum non fecerunt? Inclusum in curia senatum habuerunt Salaminium ita multos dies, ut interierint nonnulli fame. Erat enim praefectus Appii Scaptius et habebat turmas ab Appio. Id me igitur tu, cuius mehercule os mihi ante oculos solet versari, quum de aliquo officio ac laude cogito, tu me, inquam, rogas, praefectus ut Scaptius sit? Alias hoc statueramus, ut negotiatorem neminem: idque Bruto probaveramus. Habeat
9 is turmas? Cur potius, quam cohortes? Sumptu iam ne-

---

u. 12. — *Auli* Gabinii. S. ad. Q. Fratr. III, 2. 3. 4. 7. 9. ad Famil. I, 1. ad Attic. II, 5. IV, 16. — *ista syngr.* Lamb. *ex ista s.* Muret. susp. *ex syngr.* — *Nunc ista hab.* cet. Diese Schuldverschreibung gilt also vor Gericht durch eine Ausnahme vom Gabinischen Gesetze so viel als alle andere, ohne ihr in Ansehung der Zinsen mehr Recht zu ertheilen, als alle andere haben.

8. *tibi.* Sch. coni. Lün. *an tibi.* Poterat etiam *tibine nescio. OR.* — *Catoni prob.* S. ep. CCLII, 7, am Ende u. das. §. 5 am Ende. — *elegantiae nostrae* i. e. morum puritatis, abstinentiae a sordibus remotae. omis. *nostrae* Oxon. 2. Helmst. Cdd. Malasp. Ern. Sch. Lün. Habent priores cum Md., ex mea saltem collatione. Cfr. *Lib.* 7. *Ep.* 1. *laudator et factorum et scriptorum meorum. Nostrae* autem per compendium scriptum *nrae* cum lin. facillime excidere poterat post praecedd. literas *ntiae. ORELLI.* — *an tu.* Lamb. *tun.* — *morderi te*, Du wärest zuweilen verdriesslich. — *simul* = bei mir. — *quinq.* Ueber die Auslassung von *quam* s. Ramsh. §. 155, 2. Grotef. §. 387. — *Spartaco* duce fugitivorum, qui bellum servile commovit et vel cum quinquaginta praedonibus iam satis mali facere potuit. — *primo*, anfangs. S. Ramsh. §. 177. — *quid* regiert den genit. *mali.* — *isti* equites. — *in tam tenera insula* Cypro, ubi homines molles, minus fortes, qui non resistere nec ferre ullam vim possent militarem. *ERNESTI.* — *Non fec. aut.* scil. inquies. — *fame.* S. ep. CCLII, 6. — *Appii.* S. ep. CCL, 10 am Ende. — *laude*, an Etwas ruhmwürdiges. — *praefectus . . ut sit* i. e. ut eum praefectum habeam. — *ut negotiatorem neminem* praefectum eligeremns. S. ep. CCL, 10. — *turmas* equitum; quum *cohortes* sint *peditum.* Sch.

9. *iam nepos* εἰρωνικῶς dictum: nisi forte, quod equites potius

pos evadit Scaptius. Volunt, inquis, principes. Scio. Nam ad me Ephesum usque venerunt flentesque equitum scelera et miserias suas detulerunt. Itaque statim dedi literas, ut ex Cypro equites ante certam diem decederent; ob eamque causam, tum ob ceteras Salaminii nos in caelum decretis suis sustulerunt. Sed iam quid opus equitatu? Solvunt enim Salaminii. Nisi forte id volumus armis efficere, ut fenus quaternis centesimis ducant. Et ego audebo legere unquam aut attingere eos libros, quos tu dilaudas, si tale quid fecero? Nimis, nimis, inquam, in isto Brutum amasti, dulcissime Attice; nos, vereor, ne parum. Atque haec scripsi ego ad Brutum scripsisse te ad me. Cognosce nunc 10
cetera. Pro Appio nos hic omnia facimus; honeste tamen, sed plane libenter: nec enim ipsum odimus et Brutum amamus: et Pompeius mirifice a me contendit; quem mehercule plus plusque in dies diligo. C. Caelium quaestorem huc venire audisti. Nescio, quid sit: sed .... Pammenia illa mihi non placent. Ego me spero Athenis fore mense Septembri. Tuorum itinerum tempora scire sane velim. *Εὐήθειαν* Sempronii Rufi cognovi ex epistola tua Corcyraea. Quid quaeris? Invideo potentiae Vestorii. Cupiebam etiam nunc

---

alere vult Scaptius, id eo fit, quod iam repente prodigus et sumptuosus factus est. *SCH.* Scaptius hätte sich also erboten, die Reiter auf seine Kosten zu unterhalten. — *principes*, die Häupter der Salamnier. *inquit* scil. Scaptius Md. Oxon. 2. Helmst. Iens. Asc. 1., Crat. prob Graevio. *OR.* — *ob ceteras* causas. Oxon. 2. Helmst. Rom. Lamb. *cetera* prob. Ern. — *solvunt* = solvere volunt. S. Ramsh. §. 163,3, b. — *ut fenus* cet., dass sie 4 vom 100 zahlen. — *eos libros*, meos de re publica. Vgl. 252, 8. *dilaudas* ἅπαξ λεγόμ. *laudas* Amb. 16. *quos studiose laudas* Amb. 17. Glosse! — *in isto*, bei diesem Vorfalle. *nos ... ne parum* scil. amaveris. — *Atque haec ... scripsisse te ad me*, dass Du mir aus Liebe zu ihm diess angesonnen habest; ut equites Scaptio ad cogendam pecuniam darem. *MAN.* Hoc addit, ne videatur apud Brutum dissimulasse, quod sibi esset ab Attico in eius gratiam scriptum. *SCH.*

10. *Pro Appio.* S. ep. CCXLIV, 2. CCXLIX. CCLII, 2. am Ende. — *honeste tamen*, was sich iedoch mit Ehren thun lässt. — *Brutum*, Appi generum. Ueber *nec ... et* Ramsh. §. 179, B, b, Not. 1. Grotef. §. 359. — *a me contendit*, nimmt sich seiner bei mir an. Dem Appius war es sehr um gute Zeugnisse von der Provinz her zu thun. S. den folg. Brief §. 2 am Ende u. ep. CCLXI, 4 ff. — *C. Caelium* Caldum. S. ad Attic. VI, 6. ad Famil. II, 15. 19. (256, 10 dies. Ausg.). — *quaestorem*, als Quästor. — *quid sit*, Was es zu bedeuten hat. *sit hominis* Crat. Lamb. Interpolatio ex *Lib.* 7. *Ep.* 3. *quid hominis sit. ORELLI.* — *sed ....* „aber ich habe auf allen Fall meine Partei genommen." Cicero setzte ihn sogar nachher der Provinz vor. — *Pamm.* i. e. quae acta sunt de domo pueri Pammenis. Vid. ep. CCXXVIII, 10. *SCH.* — *Εὐήθειαν*, fatuam simplicitatem, die treuherzige Dummheit des Sempronius Rufus. S. zu ep. CLXXXV, 2. — *potentiae Vestorii*, cui controversia fuerit cum

plura garrire; sed lucet: urget turba, festinat Philogenes. Valebis igitur et valere Piliam et Caeciliam nostram iubebis literis: salvebis a meo Cicerone.

EPISTOLA CCLVII. (ad Div. II. 13.)

Scr. Laodiceae exeunte Apr. A. U. C. 704. (a. C. 50.)

Caelii epistola, quam nuper acceperat, laudata. 1. Appio se amicum ostendit. 2. otium civitatis sibi placere ait. Curionis inconstantiam a se praevisam esse significat, seque iam confecta Laodiceae iurisdictione in Ciliciam proficisci nuntiat. 3.

M. CICERO IMP. S. D. M. CAELIO AEDILI CUR.

Raras tuas quidem — fortasse enim non perferuntur — sed suaves accipio literas: vel quas proxime acceperam, quam prudentes! quam multi et officii et consilii! Etsi omnia sic constitueram mihi agenda, ut tu admonebas: tamen confirmantur nostra consilia, quum sentimus prudenti-
2 bus fideliterque suadentibus idem videri. Ego Appium — ut saepe tecum locutus sum — valde diligo: meque ab eo diligi statim coeptum esse, ut simultatem deposuimus, sensi. Nam et honorificus in me consul fuit et suavis amicus et studiosus studiorum etiam meorum. Mea vero officia ei non defuisse, tu es testis; cui iam κωμικὸς μάρτυς, ut opinor, accedit Phania: et mehercule etiam pluris eum feci, quod te amari ab eo sensi. Iam me Pompeii totum esse scis.

---

homine tam fatuo, tam nullius consilii. Hic est Sempronius Rufus, qui Rufio per irrisionem vocatur. *MANUT.* Vid. ep. CXXV et CCXXIII. Der Banquier Vestorius war also bei seinem allgewaltigen Reichthume in seinem Rechtshandel endlich über den kleinen Rufio Meister geworden. — *lucet*, der Tag bricht an. — *turba*, der Schwarm von Clienten, Bittenden, Klagenden und streitenden Parteien. S. vorher §. 5. am Ende. — *Philogenes* S. §. 1. — *Caeciliam* s. Atticam, Attici filiam. Sie wird auch so genannt, weil Atticus von seinem reichen Onkel, den er beerbte, den Namen Caecilius angenommen hatte. *nostris* Mureti susp. — *literis*, cuum Romam scribes. *MANUT.* — *salveb. a m. C.*, auch mein Cicero (d. i. sein Sohn) lässt Dich grüssen. *salvebis* wie *valebis* statt des Imperat.

CAELIO. S. zu ep. CXCII im Anf.

1. *vel.* s. Grotef. §. 363. 364. Ramsh. §. 180, 1. — *prudentes*, voller Klugheit. *prudentis* ambigua scriptura Ceteri cum Md. *OR.* — v. *sic* collocant Mart.-Lag. Sch. Lün. ante v. *agenda* contra Md.

2. *deposuimus*, nämlich bald nach dem Tode seines Bruders P. Clodius, durch Vermittlung des Pompeius. — *cui iam.* Sic recte videntur emendasse Mart.-Lag. Sch. Lün. Cett. scripturam *quoniam*, ortam ex *quoi iam. ORELLI.* — κωμικός ob nomen personis comicis imponi solitum. — *accedit Phania*, Appii libertus. Vid. ep.

**Brutum a me amari intelligis. Quid est causae, cur mihi non in optatis sit complecti hominem florentem aetate opibus, honoribus ingenio, liberis propinquis, affinibus amicis; collegam meum praesertim et in ipsa collegii laude et scientia studiosum mei? Haec eo pluribus scripsi, quod nonnihil significabant tuae literae subdubitare *te*, qua essem erga illum voluntate. Credo te audisse aliquid: falsum est, mihi crede, si quid audisti. Genus institutorum et rationum mearum dissimilitudinem nonnullam habet cum illius administratione provinciae. Ex eo quidam suspicati fortasse sunt animorum contentione, non opinionum dissensione, me ab eo discrepare. Nihil autem feci unquam neque dixi, quod contra illius existimationem esse vellem. Post hoc negotium autem et temeritatem nostri Dolabellae deprecatorem me pro illius periculo praebeo. Erat in eadem epi- 3
stola „veternus civitatis." Gaudebam sane et congelasse nostrum amicum laetabar otio. Extrema pagella pupugit me tuo chirographo. Quid ais? Caesarem nunc defendit Curio? quis hoc putaret praeter me? Nam, ita vivam, putavi. Dii immortales! quam ego risum nostrum desidero!**

CLXXX. — *Brutum.* Von den drei Töchtern des Appius war die eine mit dem ältesten Sohne des Pompeius, die andere mit Brutus, die dritte mit Cornelius Lentulus vermählt. — *complecti* amore, in dem freundschaftlichsten Verhältniss zu leben. — *liberis.* Er hatte drei Töchter (s. ep. CXCIV. CCXXII. CCLXI) u. adoptirte, weil er keine Söhne hatte, die beiden Söhne seines Bruders C. Clodius, die nun Appii Claudii maior u. minor genannt wurden (S. ep. CCXXIII). — *collegam* in auguratu. — *in ipsa colleg. laude et sc. st. mei*, und der in dem wissenschaftlichen Werke de iure augurali, wodurch er sich ein so rühmliches Verdienst um das Collegium erwarb, einen öffentlichen Beweis seiner Achtung für mich abgelegt hat. S. ep. CCXLIX, 3. CCLXV. — *nonnihil* ist richtige Lesart; denn in Cälius Worten an Cicero: *Scio eum tibi non esse odio*, lag nur eine leichte Andeutung von Zweifel. — *subdub. te.* v. *te* abest a Md. Vict. 1. 2. Graev. Bened. Toleravi litt. inclin. *ORELLI.* — *dissimil.* Vgl. ep. CCXXII, 7 am Ende. — *anim. cont.*, wegen Misshelligkeit unserer Gemüther. — *exist.*, bonam famam. — *Post ... Dolabellae*, seit unser Dolabella sich in den unbesonnenen Handel eingelassen hat, im Namen der Provinz Cilicien den Appius anzuklagen. S. ep. CCLXI.

3. *„veternus civitatis"*, Du sprichst in demselbigen Briefe von der Schlafsucht, worin die Stadt verfallen sei. Cälius schrieb diess in ep. CCXLII, 4: nisi ego cum aquariis et tabernariis pugnarem, veternus civitatem occupasset. — *congelasse* bezieht sich auf folgende Worte des Cälius in demselbigen Briefe: Curioni nostro tribunatus conglaciat. — *extrema pagella* h. e. infima pagellae pars. Vid. Ramsh. §. 152. — *chirographo tuo.* Ultima enim verba suapte manu scripserat Caelius, quum in reliqua epistola amanuensis opera usus esset. *MANUT.* Caelius ep. CCXLII, 5. scripserat: Curio ... transfugit ad populum et *pro Caesare* loqui coepit. — *putaret,* Mart.-Lag. coni. *putarit?* Wer hätte Das gedacht, ausser mir? — *desidero*

Mihi erat in animo, quoniam iurisdictionem confeceram, civitates collocupletaram, publicanis etiam superioris lustri reliqua sine sociorum ulla querela conservaram, privatis, summis, infimis fueram iucundus, proficisci in Ciliciam Nonis Maiis: et, quum prima aestiva attigissem militaremque rem collocassem, decedere ex senatus consulto. Cupio te aedilem videre miroque desiderio me urbs afficit et omnes mei tuque in primis.

EPISTOLA CCLVIII. (ad Div. II. 18.)

Scr. Laodiceae initio mensis Maii. A. U. C. 704. (a. C. 50.)

Thermo Asiae propraetori suadet, ut e provincia decedens ei quaestorem suum potius quam legatum praeficiat. 1—3.

M. CICERO IMP. S. D. Q. THERMO PROPRAET.

Officium meum erga Rhodonem ceteraque mea studia, quae tibi ac tuis praestiti, tibi, homini gratissimo, grata esse, vehementer gaudeo: mihique scito in dies maiori curae esse dignitatem tuam: quae quidem a te ipso integritate et clementia tua sic amplificata est, ut nihil addi posse videatur.
2 Sed mihi magis magisque quotidie de rationibus tuis cogitanti placet illud meum consilium, quod initio Ari-

---

d. i., wie gerne wär' ich in Rom, um mit Dir über den Curio zu lachen. — *Mihi erat in animo*, ich habe im Sinne, mir vorgenommen. Ueb. die temp. verb. im Briefstil s. Ramsh. §. 164, III, Anm. 2. — *iurisd.* Laodiceae *conf.* S. ep. CCLVI, 4 u. 6. — *locupl.* d. i. reicher verlasse als ich sie vor fand. S. ep. CCLVI, 4. — *super. lustri reliqua*, die Reste der letzten fünf Iahre. S. ebendas. §. 5. — *sociorum.* Den glänzenden, trügerischen Namen für Unterthanen in den Provinzen konnte ein Cicero ihnen geben, ohne schamroth zu werden. — *Non. Mai.*, am 7. Mai. — *et . . . decedere* abhängig von *Mihi erat in animo.* Mart.-Lag. Sch. Lün. *ut . . decederem* contra Md. et Ciz. cfr. Daehne p. 256. (*ut . . . decedere* Crat.). *OR.* — *quum prima* (*primum* Man. Lamb.) *aest. attig.*, d. i. sobald ich die Truppen in ihr Sommerlager hätte einrücken sehen. — *mil. rem colloc.* Erat enim praesidium relinquendum, si quid Parthi conarentur. *MANUT.* — *ex s. c.* kraft des bestehenden Rathsschlusses, dass nämlich Cicero nach vollendetem Dienstiahre aus der Provinz sollte abziehen dürfen. Der Senat hatte Das ohne Zweifel auf Antrag des Consuls M. Marcellus decretirt. S. ep. CCXV u. CCLXIV. — *afficit.* Ueb. Stellung u. Numerus des Prädicats s. Ramsh. §. 96, 2.

THERMO. S. zu ep. CCXXX im Anf.

1. *Rhodonem*, vermuthlich einen Griechen und Klienten des Thermus, der in Cicero's Provinz Geschäfte gehabt hatte. — *studia*, Gefälligkeiten. *clementia* in provincia administranda.

2. *de tuis rat.*, über Deine Lage und Verhältnisse. — *consil.*, Gedanke. — *Aristoni*, ebenfalls ein Grieche und Vertrauter des

stoni nostro, ut ad me venit, ostendi: graves te susceptu-rum inimicitias, si adolescens potens et nobilis a te ignominia affectus esset. Et hercule sine dubio erit ignominia: habes enim neminem honoris gradu superiorem. Ille autem, ut omittam nobilitatem, hoc ipso vincit viros optimos hominesque innocentissimos, legatos tuos, quod et quaestor est et quaestor tuus. Nocere tibi iratum neminem posse perspicio: sed tamen tres fratres, summo loco natos, promptos, non indisertos, te nolo habere iratos, iure praesertim; quos video deinceps tribunos plebis per triennium fore. Tem- 3
pora autem rei publicae qualia futura sint, quis scit? Mihi quidem turbulenta videntur fore. Cur ego te velim incidere in terrores tribunicios, praesertim quum sine cuiusquam reprehensione quaestoriis legatis quaestorem possis anteferre? Qui si dignum se maioribus suis praebuerit, ut spero et opto, tua laus ex aliqua parte fuerit. Sin quid offenderit, sibi totum, nihil tibi offenderit. Quae mihi veniebant in mentem, quae ad te pertinere arbitrabar, quod in Ciliciam proficiscebar, existimavi me ad te oportere scribere. Tu

---

Thermus. — *adolescens*, C. Antonius, M. Antonii triumviri frater; qui anno 705 quaestorius legatus Illyricum tenuit. *SCH.* Pigh. in annal. ad ann. 703 (4). Cicero widerräth dem Thermus, bei seinem Abgange aus der Provinz das Commando derselben einem seiner Legati, die Quästoren gewesen waren (quaestorii), bis zur Ankunft eines neuen Statthalters zu übergeben, weil er dadurch seinen wirklichen Quaestor C. Antonius kränken würde. — *hercule*, Cet. *hercle.* S. Ramsh. §. 76. Zumpt. §. 361. Anm. — *honoris gradu sup.*, der an Rang über ihm wäre. — *quaestor est.* Der Quästoren gab es ietzt 20, nämlich 2 in Rom, die übrigen bei den Statthaltern in den Provinzen. Sie wurden vom Volke erwählt; der Senat aber oder auch das Loos bestimmte, in welche Provinz ieder gehen sollte. Der Quästor des Thermus hatte also als wirklicher u. ihm zugegebener Quästor den Rang u. Vorzug vor den Legaten, die es ehemahls gewesen waren. — *prompt.*, rüstige. — *iure praes.*, „und zwar auf eine Art, dass sie gerechte Ursache hätten auf Dich zu zürnen." Die drei Brüder waren M. u. C. u. L. Antonius. Ueber *praesertim* s. Schulz §. 101, 66. Zumpt. §. 273. — *video*, ich im Voraus sehe. — *deinceps ... per trienn.* „alle drei hinter einander drei Iahre hindurch." Cicero hat sich getäuscht, indem sich seine Vermuthung auf die Anhänglichkeit der drei Brüder an Cäsar gründete. M. Antonius wurde zwar für das I. 705 zum Trib. pl. erwählt; aber seine Brüder folgten ihm nicht in dieser Würde.

3. *te .. incid. in terr. trib.*, dass Du in Beängstigungen von Trib. pl. geriethest. — *tua laus ex al. p. fuerit*, so dürfte ein Theil des Lobes, das er sich erwirbt, auf Dich zurückfallen. — *sibi tot. cet.*, so geht es auf seine Rechnung, nicht auf die Deinige. — *quae ad.* Codd. aliq. Neap. Asc. 1. Crat. Bened. Mart.-Lag. Luen. *quaeque.* Sic fere semper in iterato sine copula pronom. relat. offenderunt et librarii et critici. *ORELLI.* — *quod eg.*, wozu Du Dich

quod egeris, id velim dii approbent. Sed, si me audies, vitabis inimicitias et posteritatis otio consules.

EPISTOLA CCLIX. (ad Div. XIII. 2.)

Scr. Laodiceae incertum quo die, sed ante Nonas Mai. A. U. C. 704. (a. C. 50.)

Petit, ut Evandro statuario de sacrarii habitatione commodet.

CICERO MEMMIO S.

C. Avianio Evandro, qui habitat in tuo sacrario, et ipso multum utor et patrono eius M. Aemilio familiarissime. Peto igitur a te in maiorem modum, quod sine tua molestia fiat, ut ei de habitatione [ac]commodes. Nam propter opera instituta multa multorum subitum est ei remigrare Kal. Quintilibus. Impedior verecundia, ne te pluribus verbis rogem. Neque tamen dubito, quin, si tua nihil aut non multum intersit, eo sis animo, quo ego essem, si quid tu me rogares. Mihi certe gratissimum feceris.

---

entschliessen möchtest. — *et poster. otio consules*, und Dir und den Deinigen eine ruhige Zukunft sichern.

MEMMIO. S. zu ep. CXCVII im Anf.

1. *Avianio.* Sic Md. Vict. 1. 2. *Aviano* Cett. *ORELLI.* Marcus Aemilius Avianus hatte zwei Liberti, den C. *Avianus Evander*, einen Bildhauer (s. ep. CXXIV.) und den C. *Avianus Hammonius*, der ep. ad Famil. XIII, 21, 2 (CCCCLXXXIX) u. 27, 2 (CCCCXCV) erwähnt wird. Da sie beide nicht den Vornamen ihres Patronus führten, sondern den Vornamen *Caius*, überdiess zwei Brüder M. u. C. Aemilius Avianus genannt werden; so vermuthet Manutius sehr wahrscheinlich, dass iene Liberti von deren Vater C. Avianus Flaccus zu Freigelassenen gemacht seien. — *in tuo sacrario*, in aedium loco consecrato, ubi res sacrae custodirentur vel ubi sacra gentilitia fierent. *MANUT.* Quoniam Evander statuarius deorum dearumque statuas faciebat, profanari sacrarium non putaverat Memmius exsul, si id Evandro pro officina locaret. *SCH.* — *patrono*, apud quem vivebant illi, qui non erant cives. — *quod* = insoweit. S. Ramsh. §. 182, Not. 1. — *ut ei de hab. commodes*, dass Du ihm vergönnen mögest, in Deinem Hause noch länger als bis zum 1. Iulius zur Miethe zu wohnen. Schmieder meint zu Athen, wo Memmius de ambitu verurtheilt ietzt als exsul lebte. S. ad Famil. XIII, 1. ad Attic. VI, 1. ad Q. Fratr. III, 2. *commodes* Dresd. quart. prob. Ern., ut est sane infra *Ep.* 9, §. 1. item *Ep.* 15. *Ep.* 75. *ut de loco . . et de tempore Aviano commodes*; et saepe per totum hunc librum. Certa videtur emendatio verbi, ubi fere primum eo utitur Cic., a librariis corrupti. Hinc syllaba *ac* [ ] *ORELLI.* — *opera inst.* i. e. statuas quas facere instituerat. *SCH.* — *mult.* Er hatte also von Vielen solche Bestellungen. — *subitum* = nimis citum ideoque incommodum. *SCH.* — *remigrare* = wieder auszuziehen. *demigrare* Lamb. — *Kal. Quintiles* in urbe primus erat locationum dies. *MANUT.* S. ep. CLI. Sueton. Tiber. c. 35.

EPISTOLA CCLX. (ad Div. XIII. 3.)

Scr. Laodiceae ante Non. Mai. A. U. C. 704. (a. C. 50.)

A. Fufium diligenter commendat.

CICERO MEMMIO S.

A. Fufium, unum ex meis intimis, observantissimum studiosissimumque nostri, eruditum hominem et snmma humanitate tuaque amicitia dignissimum velim ita tractes, ut mihi coram recepisti. Tam gratum mihi id erit, quam quod gratissimum. Ipsum praeterea summo officio et summa observantia tibi in perpetuum devinxeris.

EPISTOLA CCLXI. (ad Div. III. 10.)

Scr. Laodiceae initio mensis Mai. A. U. C. 704. (a. C. 50.)

Scribit se Appium a Dolabella accusatum moleste ferre, certe tamen sperare fore ut absolvatur, in eoque periculo omnia ei officia promittit. 1 — 4. Deinde legationes, Appii laudandi causa ex provincia missas, a se impeditas non esse multis verbis demonstrat. 5 — 6. narrationem de iis, quae pro Appii dignitate egerit et acturus sit, adiungit. 7 — 10. eumque mox censorem futurum esse sperat. 11.

M. T. CICERO APPIO PULCHRO S. D.

Quum est ad nos allatum de temeritate eorum, qui tibi negotium facesserent, etsi graviter primo nuntio commotus sum, quod nihil tam praeter opinionem meam accidere potuit: tamen, ut me collegi, cetera mihi facillima videbantur, quod et in te ipso maximam spem et in tuis magnam habebam: multaque mihi veniebant in mentem, quamobrem istum laborem tibi etiam honori putarem fore. Illud plane moleste tuli, quod certissimum et iustissimum triumphum

---

1. *A. Fufium,* Ciceronis intimum, hominem eruditum. *A. Fusium* Cdd. aliq. (Bas.) Crat. Graev. *ORELLI.* Vid. Pearc. ad Cic. de Orat. II, 22. — *coram recep.*, mündlich versprochen hast. Hier vermuthet Schmieder, dass diess erst auf Cicero's Rückreise aus Cilicien geschehen und folglich diese wiederholte schriftliche Empfehlung an Memmius erst von ihm abgesandt sei, als er schon wieder in der Nähe von Rom war: denn nach ep. CXCVII, 1. hatte er auf der Hinreise den Memmius zu Athen nicht angetroffen, nicht gesprochen. — *devinxeris*, ut te in perpetuum summo officio et summa observantia colat, efficies. *SCH.*

APPIO P. S. zu ep. CLXXX im Anf.

1. *de temerit. eorum,* Dolabellae et subscriptorum, qui Appium maiestatis accusaverant. *SCH.* S. ep. CCLVII, 2 am Ende. Um diese Zeit verlobte und vermählte sich Cicero's Tochter, Tullia, durch Vermittelung des Caelius mit Dolabella. S. ad Famil. III, 12, 2. VIII, 6. — *negot. fac.*, Einen behelligen, ihn anklagen. — *ut* = simul ut. — *in tuis,* Pompeio et Bruto. — *triumph.* S. ep.

hoc invidorum consilio esse tibi ereptum videbam. Quod tu si tanti facies, quanti ego semper iudicavi faciendum esse: facies sapienter et ages victor ex inimicorum dolore triumphum iustissimum. Ego enim plane video fore nervis, opibus, sapientia tua, vehementer ut inimicos tuos poeniteat intemperantiae suae. De me tibi sic contestans omnes deos promitto atque confirmo, me pro tua dignitate ** — malo enim dicere, quam pro salute — in hac provincia, cui tu praefuisti, rogando deprecatoris, laborando propinqui, auctoritate cari hominis, ut spero, apud civitates, gravitate imperatoris suscepturum officia atque partes. Omnia volo a me et postules et exspectes; vincam meis officiis cogita-
2 tiones tuas. Q. Servilius perbreves mihi a te literas reddidit, quae mihi tamen nimis longae visae sunt: iniuriam enim mihi fieri putabam, quum rogabar. Nollem accidisset tempus, in quo perspicere posses, quanti te, quanti Pompeium, quem unum ex omnibus facio, ut debeo, plurimi, quanti Brutum facerem: quamquam in consuetudine quotidiana perspexisses, sicuti perspicies: sed, quoniam accidit, si quid a me praetermissum erit, commissum facinus et ad-

---

CCXLII,1. — *tanti*, nur so hoch. Cicero schätzte aber dergleichen bloss in politischer Hinsicht. — *video, fore ut.* S. Ramsh. §. 168, B, 4, Not. 1. Grotef. §. 310, Anm. 6. — *nervis, op., sap. tua* st. sapienter adhibitis, bei kräftiger und kluger Verwendung der reichen Hülfsquellen, die Dir zu Gebote stehen. — *malo enim.* Mart.-Lag. coni. Sch. Lün. *sic enim malo.* Fuit fortasse: „*pro tua dignitate ... pro dignitate malo enim dicere.*" *ORELLI.* — *pro salute*, für Dein Bürgerwohl, Deine Person; denn für diese seh' ich keine Gefahr. — *rogando depr.*, *laborando prop.*, mit aller Wärme eines Fürsprechers, mit aller Betriebsamkeit eines nahen Verwandten. Das Gerund. substantivisch. Zumpt. §. 655. Ramsh. §. 169, 4, b. Grotef. §. 317. — *cari* (Lamb. *clari*) gehört zu *apud civ.* in mea provincia. — *officia atq. part.*, dass ich die Rolle mich für Deine Ehre u. Würde zu verwenden übernehmen werde. Eine Hendiadys! Cicero ahnte, dass Appius nicht nur würde frei gesprochen, sondern auch noch zum Censor für das folgende Iahr erwählt werden. Als Censor erwarb er sich iedoch den Beifall unseres Marcus gar nicht. S. de Divinat. 1, 16. Appius nahm sich indess nachher des Cicero wieder an, als er um die Ehre einer supplicatio nachsuchte. S. ep. CCLXXVII. — *cogit. tuas* = Deine Erwartungen.

2. *Q. Servilius* Caepio ein vertrauter Freund u. Geschäftsträger des Appius. S. ep. CCLXV, 1. — *quum rogabar*, wann Du mich noch bitten solltest. — *tempus* periculi tui ex accusatione. *SCH.* „ein Anlass." — *accidit* tale tempus. — *erit.* Codd. aliq. *fuerit* contra Md. et Cic. usum in hoc futuro exacto passivo. *ORELLI.* S. Ramsh. §. 164, III, 1. „wofern ich mir die geringste Vernachlässigung werde zu Schulden kommen lassen. — *commissum ... confitebor*, werd' ich laut bekennen, eine schändliche und unverzeihliche That an Dir verübt zu haben.

missum dedecus confitebor. Pomptinus, qui a te tractatus 3
est praestanti ac singulari fide, cuius tui beneficii sum ego
testis, praestat tibi memoriam benevolentiamque, quam de-
bet: qui, quum maximis suis rebus coactus a me invitissimo
decessisset, tamen, ut vidit interesse tua, conscendens iam
navem Epheso Laodiceam revertit. Talia te quum studia
videam habiturum esse innumerabilia, plane dubitare non
possum, quin tibi amplitudo ista sollicitudo futura sit. Si
vero efficis, ut censores creentur, et si ita gesseris censu-
ram, ut et debes et potes: non tibi solum, sed tuis omni-
bus video in perpetuum summo te praesidio futurum. Illud
pugna et enitere, ne quid nobis temporis prorogetur: ut,
quum hic tibi satisfecerimus, istic quoque nostram in te
benevolentiam navare possimus. Quae de hominum atque 4
ordinum omnium erga te studiis scribis ad me, minime mihi
miranda et maxime iucunda acciderunt: eademque ad me
perscripta sunt a familiaribus meis. Itaque capio magnam
voluptatem, quum tibi, cuius mihi amicitia non solum ampla,
sed etiam iucunda est, ea tribui, quae debeantur: tum vero
remanere etiam nunc in civitate nostra studia prope omnium
consensu, erga fortes et industrios viros: quae mihi ipsi una
semper tributa merces est laborum et vigiliarum mearum.
Illud vero mihi permirum accidit, tantam temeritatem fuisse 5
in eo adolescente, cuius ego salutem duobus capitis iudiciis

---

3. *Pomptinus*, Mart.-Lag. Sch. Lün. *Pomptinius*, Ciceronis legatus, praetorius, qui de Allobrogibus triumphaverat, Appio ipso consule adiuvante. *MANUT.* Vid. ep. CXLIX. CCXXXVIII, 8. — *memoriam benev.*, statt benevolentiam viri memoris, grati. Eine Hendiadys! — *interesse tua*, dass er Dir in meiner Provinz Dienste leisten könnte; — *Laod. revertit* ut in provincia operam daret, ne testes in Appium Romam irent; ex quo patet accusatum Appium de rebus in provincia gestis, quibus maiestatem populi Romani laesisse videretur. *MANUT.* — *Talia ... studia*, qualia sunt Pomptini, solche Beweise einer eifrigen Ergebenheit. — *quin ... futura sit*, dass dieser beunruhigende Handel ein glorreiches Ende für Dich nehmen werde. *amplitudini i. s. f. sit.* Crat. Lamb. Videntur tamen verba poëtae scenici. *ORELLI.* — *efficis*, Lamb. Ern. Lün. *effeceris.* — *creentur*, Lamb. *ut censor creeris.* — *censuram*, die Dir nicht fehlen kann, was Cicero auslässt, um ein Compliment zu machen. — *praesidio* gegen alle Anfechtungen. Diess konnte nicht ganz in Erfüllung gehen, weil er, wie Pompeius u. Brutus in dem im folgenden Iahre ausbrechenden Bürgerkriege um's Leben kam. — *hic* in provincia; *istic*, Romae.

4. *et* = sed *maxime* nach der Negation *minime.* — *capio volupt.* = *gaudeo* mit folg. accusat. c. infinit., da diese Redeformel sonst mit *ex* constr. wird. — *ampla* = mihi honori est. — *fortes*, in bello, *industrios* in foro.

5. *adolescente*, Dolabella. Vgl. ep. CCLXXV, 2. — *duobus cap. iudic.*, in zwei halsbrechenden Händeln, wobei die salus des-

summa contentione defendi, ut tuis inimicitiis suscipiendis oblivisceretur patroni omnium fortunarum ac rationum suarum: praesertim quum tu omnibus vel ornamentis vel praesidiis redundares; *illi*, ut lenissime dicam, multa deessent. Cuius sermo stultus et puerilis erat iam ante ad me a M. Caelio, familiari nostro, perscriptus: de quo item sermone multa scripta sunt abs te. Ego autem citius cum eo, qui tuas inimicitias suscepisset, veterem coniunctionem diremissem, quam novam conciliassem: neque enim de meo erga te studio dubitare debes; neque id est obscurum cuiquam
6 in provincia nec Romae fuit. Sed tamen significatur in tuis literis suspicio quaedam et dubitatio tua, de qua alienum tempus est mihi tecum expostulandi, purgandi autem mei necessarium. Ubi enim ego cuiquam legationi fui impedimento, quo minus Romam ad laudem tuam mitteretur? aut in quo potui, si te palam odissem, minus, quod tibi obesset, facere? si clam, magis aperte inimicus esse? Quodsi essem ea perfidia, qua sunt ii, qui in nos haec conferunt: tamen ea stultitia certe non fuissem, ut aut in obscuro odio apertas inimicitias, aut, in quo tibi nihil nocerem, summam ostenderem voluntatem nocendi. Ad me adire quosdam memini, nimirum ex Epicteto, qui dicerent, nimis magnos sumptus legatis decerni: quibus ego non tam imperavi quam censui sumptus legatis quam maxime ad legem Corneliam

---

selben in Gefahr stand. — *ration. suar.*, seiner Berechnungen, Pläne für die Zukunft; seines künftigen Glücks. — *orn.*, persönliche Vorzüge; *praesid.*, Vertheidigungsmittel. — *illi* ex antiquo supplemento. omis. *illi* Md. Poterat suppleri etiam *ei. ORELLI.* — *lenissime.* Sic Mart.-Lag. Sch. Lün. *levissime* Cett. cfr. *Sest.* §. 145. *ORELLI.* — *M. Caelio.* S. ep. CCLVII, 2. Wahrscheinlich bestand der sermo puerilis darin, dass Dolabella geäussert u. sich gerühmt hatte, sein neuer Schwiegervater Cicero — denn seine erste Frau hatte sich nach VIII, 6 von ihm geschieden — werde ihm aus Cilicien Beweise zu seinen Anklagen des Appius verschaffen. — *cum eo,* Margo Crat. *ab eo.* — *nov. concil.* i. e. filiam Tulliam ei despondendo. *SCH.*

6. *expost.* zu rechten, zu zanken. — tibi *purgandi mei* a suspicione, mich selbst aber von solcherlei Verdacht bei Dir zu reinigen. — *legat.* S. ep. CCXLIX. CCXLIV. CCXXII. — *si te pal. od.*, falls ich Dein erklärter Feind gewesen wäre. — *ii*, Md. Vict. 2. *hi.* — *conferunt*, aufbürden. S. ep. CCXXII, 5. — *adire memini.* s. Ramsh. §. 164, III. Anm. 4. Grotef. §. 241. 310. — *ex Epicteto.* Strabo lib. XII. p. 576 ed. Casaub. regionis Epicteti plures civitates memorat: *τῆς δ' Ἐπικτήτου Φρυγίας Ἀζανοί τέ εἰσι, καὶ Νακόλεια καὶ Κοτυάειον καὶ Μίδαιον καὶ Δυρύλαιον πόλεις καὶ Κάδοι.* Atque Midaeenses inter eos fuisse, qui Ciceronem in hac causa adierint, ex ep. 222, 3 constat. *SCH.* — *sumptus*, Diäten, Taggelder. — *censui*, ich habe gutachtlich zu erkennen gegeben. — *ad legem Corneliam*, des Dictators C. Cornelius Sulla, der darin eine gewisse Summe bestimmt hatte, welche solchen Gesandten zu ihrer Entschädigung

decernendos. Atque in eo ipso me non perseverasse testes sunt rationes civitatum, in quibus, quantum quaeque voluit, legatis tuis datum induxit. Te autem quibus mendaciis ho- 7
mines levissimi onerarunt! non modo sublatos sumptus, sed etiam a procuratoribus eorum, qui iam profecti essent, repetitos et ablatos: eamque causam multis omnino non eundi fuisse. Quererer tecum atque expostularem, ni, ut supra scripsi, purgare me tibi hoc tuo tempore, quam accusare te mallem idque putarem esse rectius. Itaque nihil de te, quod credideris; quamobrem non debueris credere, pauca dicam. Nam si me virum bonum, si dignum iis studiis eaque doctrina, cui me a pueritia dedi, si satis magni animi, non minimi consilii in maximis rebus perspectum habes: nihil in me non modo perfidiosum et insidiosum et fallax in amicitia, sed ne humile quidem aut ieiunum debes agno-
scere. Sin autem me astutum et occultum lubet fingere: 8
quid est, quod minus cadere in eiusmodi naturam possit, quam aut florentissimi hominis aspernari benevolentiam aut eius existimationem oppugnare in provincia, cuius laudem domi defenderis; aut in ea re animum ostendere inimicum, in qua nihil obsis; aut id eligere ad perfidiam, quod ad indicandum odium apertissimum sit, ad nocendum levissimum? Quid erat autem, cur ego in te tam implacabilis

---

aus den Kämereien der Städte sollte bezahlt werden. — *persev.*, dass ich nicht darauf bestanden habe. — *rat.*, die Rechnungen der Städte, worin iede, so Viel ihr beliebte, als an ihre Deinetwegen abgeschickte Gesandten ausgezahlt, in Ausgabe gebracht hat.

7. *onerar.*, Dich beladen d. i. welche Unwahrheiten hast Du Dir aufbinden lassen! — *sublat.*, dass nicht nur die Kostenvergütungen untersagt seien. — *profecti* Romam. — *non eundi*, zu Hause zu bleiben. — *expost.*, ich würde mich mit Dir darüber zanken, dass Du solchen Verläumdungen Gehör gibst. — *purgare me tibi*, mich bei Dir zu rechtfertigen. — *hoc tempore*, quo accusatus es nimiumque negotii habes; „unter den ietzigen Umständen." — *quod cred. de me*, dass Du Arges von mir geglaubt hast. *credideris; de me quamobrem* distinguunt Mart.-Lag. Sch. Lün. *OR.* — *iis stud.* cum Md. Ceteri *his st.* — *dedi*, Lamb. *dedidi.* — *satis magni animi* virum, wenn Du mich als einen Mann von ziemlicher Seelengrösse; *non m. cons.*, von eben nicht ganz geringer Lebensweisheit bei Gelegenheiten von der grössten Wichtigkeit hast kennen lernen. — *fallax*, gleissnerisches. — *ieiunum*, albernes, fades. — *in me ... agnoscere*, mir zutrauen.

8. *lubet.* Sic Neap. cet. *iubet* Md. *iuvat* e Codd. Graev. Ern. Mart.-Lag. Sch. Lün. — *fingere*, Dir einzubilden, fälschlich vorzustellen. — *oppugn.*, anfechten. — *florent.*, der auf der höchsten Stufe des Ansehens u. Glücks steht, wie Du. — *domi def.* dessen Ruhm man zu Hause vertheidigt hat. Cicero hatte sich des Appius in Rom angenommen. S. ep. ad Attic. IV, 15. ad Divers. III, 8 (CCXXII, 6). — *nihil obsis*, man gar nicht schaden kann. — *id* =

essem, quum te ex fratre meo ne tunc quidem, quum tibi
prope necesse esset eas agere partes, inimicum mihi fuisse
cognossem? Quum vero reditum nostrum in gratiam uter-
que expetisset: quid in consulatu tuo frustra mecum egisti,
quod me aut facere aut sentire voluisses? Quid mihi man-
dasti, quum te Puteolis prosequerer, in quo non exspecta-
9 tionem tuam diligentia mea vicerim? Quodsi id est maxime
astuti, omnia ad suam utilitatem referre: quid mihi tan-
dem erat utilius, quid commodis meis aptius, quam homi-
nis nobilissimi atque honoratissimi coniunctio: cuius opes,
ingenium, liberi, affines, propinqui, mihi magno vel orna-
mento vel praesidio esse possent? Quae tamen ego omnia
in expetenda amicitia tua non astutia quadam, sed aliqua
potius sapientia secutus sum. Quid? illa vincula, quibus
quidem libentissime adstringor, quanta sunt studiorum simi-
litudo, suavitas consuetudinis, delectatio vitae atque victus,
sermonis societas, literae interiores. Atque haec domestica.
Quid illa tandem popularia? reditus illustris in gratiam, in
quo ne per imprudentiam quidem errari potest sine suspi-
cione perfidiae; amplissimi sacerdotii collegium, in quo non
modo amicitiam violari apud maiores nostros fas non erat,
sed ne cooptari quidem sacerdotem licebat, qui cuiquam ex
10 collegio esset inimicus. Quae ut omittam tam multa atque
tanta: quis unquam tanti quemquam fecit aut facere potuit
aut debuit, quanti ego Cn. Pompeium, socerum tuae filiae?
Etenim si merita valent: patriam liberos, salutem dignitatem,

---

eam occasionem. — *erat* = esset. s. Ramsh. §. 166, 2, c. Not. So über *quid esset*, *cur* s. Ramsh. §. 184, 2, Not. 1. 2. *ne tunc quidem*, quum Appii Claudii frater C. Clodius me impugnabat. Sch. S. ad Divers. III, 10. ad Attic. II, 22. — *reditum in grat.*, unsere Aussöhnung. Mart.-Lag. coni. Sch. *reditum in gratiam uterque nostrûm* (= wir beide, ich u. Du.). *OR.* Vergl. ep. CCXXII, 7. — *frustra*, vergebens, d. i. so dass ich Deinen Wunsch nicht erfüllt hätte. — *sentire*, wofür im Senat stimmen, in senatu pro sententia dicere. — *Puteolis.* Fortasse: *Puteolos. ORELLI.* „als ich Dich bei Deiner Abreise von Rom in die Provinz 701 bis nach Puzzol begleitete."

9. *id* weiset auf den Infin. *referre.* — *secutus sum*, berücksichtigt habe. — *studiorum simil.* s. ep. CXCIV, 1. CCXLIX, 3. *literae inter.*, unsere gemeinschaftliche Liebhaberei zum tiefern Forschen in gewissen, nur Wenigen zugänglichen Wissenschaften. S. zu ep. CXCIV, 1 am Ende. — *domest.*, doch sind diess bloss häusliche Verhältnisse. — *popularia*, Was soll ich doch noch von denen sagen, die aller Welt in die Augen fallen? *Quid? illa quanta popularia?* Mart.-Lag. coni. Sch. Lün. *OR.* Ueber *tandem* = ποτέ bei zudringlichen Fragen s. Ramsh. §. 177. *). — *illustris*, öffentlich. — *sacerdotii*, auguratus. S. ep. CXCIV, 2. — *cooptari*, erwählt, aufgenommen werden.

10 — 11. *si merita valent*, wenn hier Verdienste in Anschlag

memetipsum mihi per illum restitutum puto; si consuetudinis iucunditas: quae fuit unquam amicitia consularium in nostra civitate coniunctior? si illa amoris atque officii signa: quid mihi ille non commisit? quid non mecum communicavit? quid de se in senatu, quum ipse abesset, per quemquam agi maluit? quibus ille me rebus non ornatissimum voluit amplissime? qua denique ille facilitate, qua humanitate tulit contentionem meam pro Milone, adversantem interdum actionibus suis? quo studio providit, ne quae me illius temporis invidia attingeret, quum me consilio, quum auctoritate, quum armis denique texit suis? Quibus quidem temporibus haec in eo gravitas, haec animi altitudo fuit, non modo ut Phrygi alicui aut Lycaoni, quod tu in legatis fecisti, sed ne summorum quidem hominum malevolis de me sermonibus crederet. Huius igitur filius quum sit gener tuus quumque praeter hanc coniunctionem affinitatis, quam sis Cn. Pompeio carus quamque iucundus, intelligam: quo tandem animo in te esse debeo? quum praesertim eas ad me is literas miserit, quibus, etiam si tibi, cui sum amicissimus, hostis essem, placarer tamen totumque me ad eius viri ita de me meriti voluntatem nutumque converterem. Sed haec hactenus. Pluribus enim etiam fortasse verbis, 11
quam necesse fuit, scripta sunt. Nunc ea, quae a me profecta quaeque instituta sint, cognosce.

Non pauca desiderantur.

Atque haec agimus et agemus magis pro dignitate, quam pro periculo tuo. Te enim, ut spero, propediem censorem audiemus: cuius magistratus officia, quae sunt maximi animi

---

kommen. — *restitutum* tempore exsilii mei. *restituta* margo Crat. — *si illa* = allgemein anerkannte. *alia* Mart.-Lag. Sch. Lün. *OR.* Suppl. *valent.* — *maluit* scil. quam per me. — *ornatissimum esse vol.* Ern. contra Md. *ornatum vol.* Crat. Fuitne: *ornatum esse voluit? ORELLI.* — *content.* Verwendung. — *adversantem.* Sic Md. Vict. 2. Lallem. Bened., ut referatur ad v. *contentionem.* Alius malet: *adversante me* Vict. 1. Lamb. Graev. Ern. Mart.-Lag, Sch. *adversante* Lün. *OR.* — *providit*, verhütete er. — *invidia*, der feindselige Parteigeist, die Verläumdungssucht; quia suspicio fuit Ciceronis consilio Clodium a Milone interfectum, idque Plancus et Q. Pompeius tribuni pl. seditiosis concionibus persuadere populo conati sunt. *MANUT.* — *in legatis.* S. ep. CCXXII, 5. — *non m.* non. — *serm.* Ohrenbläsereien. — *profecta.* Sic Md. cet. *perfecta* Neap. cet. „Was ich hier cum Behuf Deiner Sache theils zu Stande gebracht, theils begonnen habe. — *sint.* Sic Md. cet. *sunt* Neap. cet. — *desiderantur.* Diess hier in allen Handschriften fehlende Stück der durch *cognosce* angekündigten Erzählung ist vermuthlich von Cicero selbst unterdrückt, als er eine Auswahl seiner Briefe zur Bekanntmachung durchsah. — *quam pro peric. tuo*, als in der Meinung, dass Du einige Gefahr laufest. —

summique consilii, tibi diligentius et accuratius, quam haec, quae nos de te agimus, cogitanda esse censeo.

EPISTOLA CCLXII. (ad Div. II. 19.)

Scr. in Cilicia, in castris, post X. Kal. Quintil. A. U. C. 704. (a. C. 50.)

Laetatur Caelium Caldum sibi quaestorem obtigisse, eumque hortatur, ut in provinciam venire maturet. 1 — 2.

M. TULLIUS M. F. M. N. CICERO IMP. S. D. C. CAELIO L. F. C. N. CALDO QUAEST.

Quum optatissimum nuntium accepissem: te mihi quaestorem obtigisse, eo iucundiorem mihi eam sortem sperabam fore, quo diutius in provincia mecum fuisses. Magni enim videbatur interesse ad eam necessitudinem, quam nobis sors tribuisset, consuetudinem quoque accedere. Postea, quum mihi nihil neque a te ipso neque ab ullo alio de adventu tuo scriberetur: verebar, ne id ita caderet, — quod etiam nunc vereor, — ne ante, quam tu in provinciam venisses, ego de provincia decederem. Accepi autem a te missas literas in Cilicia, quum essem in castris, a. d. x. Kal. Quintiles, scriptas humanissime: quibus facile et officium et ingenium tuum perspici posset: sed neque unde nec quo die datae essent aut quo tempore te exspectarem, significabant:

---

quam haec, quae ... agimus, als an die kleinen Dienste, welche ich Dir in dieser Provinz erweisen kann.

CAELIO. Cicero hatte zwei Quästores in Cilicien, den L. Mescinius Rufus, an welchen der 302. 373. u. 458. Br. geschrieben ist, u. den Cn. Volusius (s. ep. 198). Als dieser gegen Ende des Iahrs abging, kam unerwartet aber spät C. Caelius Caldus als dessen Nachfolger an (s. ep. 256, 10.), ein noch so iunger Mensch, dass Cicero ihm viele Ehre anthat, wenn er sein „ingenium" bemerkte. Vielleicht schien es, als wenn ihm hauptsächlich seine Aufpasser diesen Edelknaben zugeschickt hätten. Auch stand sein Quaestor in bösem Rufe. S. ep. 261, 1. Er ergriff desshalb diese Gelegenheit, sich von der Provinz loszumachen, und übertrug dem Cälius sofort das Interimscommando derselben. Hiemit schlug er zugleich alle Arglist zu Boden. S. ad Attic. VI, 5. 6 (CCLXXV); ad Famil. II, 15.

1. *eam sortem*, diesen Glücksfall, diess Loos. — *necess.*, das engere Verhältniss zwischen einem Quästor und dessen Proconsul, das selbst durch die feierliche Losung eine Art Heiligung bekam. — *consuet.*, längerer Umgang, damit er ihn von Allem instruiren und den etwanigen bösen Leumund überwältigen konnte. — *verebar, ne* cet. S. Grotef. §. 441. — *ne ante*, Lamb. *ut ante.* — *a. d. v. Kal. Quint.*, am 27. Iunius. — *offic.*, Deine Gesinnung gegen mich. — *aut quo.* Sic Neap. Asc. 1. Ald. Crat. Vict. 1. 2. Lamb. Bened. prob. Goerenz. *Acadd.* 2. *p.* 15. *at q. tempore* (sic) Md. *atque quo t.*

nec is, qui attulerat, a te acceperat, ut ex eo scirem, quo ex loco aut quo tempore essent datae. Quae quum essent 2 incerta, existimavi tamen faciundum esse, ut ad te statores meos et lictores cum literis mitterem: quas si satis opportuno tempore accepisti, gratissimum mihi feceris, si *ad* me in Ciliciam quam primum veneris. Nam quod ad me Curius consobrinus tuus, mihi, ut scis, maxime necessarius; quod item C. Virgilius, propinquus tuus, familiarissimus noster, de te accuratissime scripsit: valet id quidem apud me multum, sicuti debet hominum amicissimorum diligens commendatio: sed tuae literae de tua praesertim dignitate et de nostra coniunctione maximi sunt apud me ponderis. Mihi quaestor optatior obtingere nemo potuit. Quamobrem quaecunque a me ornamenta in te proficiscentur * *; ut omnes intelligant, a me habitam esse rationem tuae maiorumque tuorum dignitatis. Sed id facilius consequar, si ad me in Ciliciam veneris: quod ego et mea et rei publicae et maxime tua interesse arbitror.

EPISTOLA CCLXIII. (ad Div. II. 12.)

Scr. in Cilicia, mense Iunio. A. U. C. 704. (a. C. 50.)

Urbem a se desiderari significat et, quum discessus e provincia appropinquet, petit, ut Caelius sibi literas obviam mittat. 1 — 3.

M. CICERO IMP. S. D. M. CAELIO AEDILI CUR.

Sollicitus equidem eram de rebus urbanis: ita tumul-

Graev. Ern. *nec quo t.* Mart.-Lag. Sch. Lün. cfr. Hand *Tursell.* I. *p.* 545. *ORELLI.*

2. *statores*, Amtsdiener. S. ad Divers. X, 21. pr. Planc. 17. Pandect. IV, 6, 10. Inscript. apud Gruter. p. 1031, n. 3. — *ad me.* Excidit *ad* e Md. — M' *Curius*, qui fuit quaestor urbanus Silano et Murena coss. deinde trib. pl. P. Lentulo Spinthere et Caecilio Metello coss. hîc dicitur *consobrinus* Caelii Caldi, quod matres eorum essent sorores. *SCH.* — *C. Virgilius* in praetura Q. Ciceronis collega. Deinde eo anno, quo Cicero in exsilium abiit, Siciliam propraetor administravit. Orat. pro Planc. c. 40. *SCH.* Vgl. zu ep. LII, 7. DLXXXI. DLXXI. — *optatior.* Lamb. *te optatior.* Vergl. ep. CCLXXV. — *ornam. in te.* Sic Man. Lamb., ut semper. cfr. Lib. 3, 1, §. 1. *ad te.* Cett. cum Md. Excidit post *proficiscentur* vocabulum. *elaborabo* haud male supplent Margo Md. Neap. Asc. 1. Crat. Lamb. *ORELLI.* — *quaecunque* = omnia, sed cum respectu ad facultatem. „Desshalb sollen Dir alle mir möglichen Auszeichnungen von mir ertheilt werden, um der Welt zu zeigen u. s. w. *dignitas* ist die äusserliche Würde, die ein Römer durch die höheren Ehrenstellen erhielt, und das Ansehen desselben im Senat und beim Volke.

CAELIO Rufo. S. zu ep. CXCII im Anfange.

1. de *reb. urb.*, über den Zustand der Sachen in Rom. —

tuosae conciones, ita molestae Quinquatrus afferebantur; nam citeriora nondum audiebamus. Sed tamen nihil me magis sollicitabat, quam in his molestiis non me, si quae ridenda essent, ridere tecum: sunt enim multa; sed ea non audeo scribere. Illud moleste fero, nihil me adhuc his de rebus habere tuarum literarum. Quare etsi, quum tu haec leges, ego iam annuum munus confecero: tamen obviae mihi velim sint tuae literae, quae me erudiant de omni re publica, ne hospes plane veniam. Hoc melius, quam tu, fa-
2 cere nemo potest. Diogenes tuus, homo modestus, a me cum Philone Pessinunte discessit. Iter habebant ad Adiatorigem: quamquam omnia nec benigna nec copiosa cognorant. Urbem, urbem, mi Rufe, cole et in ista luce vive. Omnis peregrinatio — quod ego ab adolescentia iudicavi — obscura et sordida [*est*] iis, quorum industria Romae potest illustris esse. Quod quum probe scirem, utinam in senten-

---

concion., Volksversammlungen; Vorträge daselbst besonders des für Cäsar eifernden Volkstribunen Curio. S. ep. 256. — *ita mol. Quinquatrus affer.* i. e. mihi nuntiabantur, so unfröhliche Minervenfeste sind mir berichtet. *Quinquatrus* quinque dies Minervae sacri inde a XIV. Kal. April. (vom 19. März an) *SCH.* S. Fast. des Ovid. III, 812. Varr. L. L. V, 3. Gell. II, 21. Fest. Es gab maiores u. minores; letztere beschreibt Ovid. am ang. Orte VI, 651 u. 694. Vgl. ep. CCCLIV. — *cit.*, das über diese Zeit Hinausgehende, später Vorgefallene. — *nihil ... tuar. liter.*, keinen einzigen Brief von Dir. — *obviae mihi* redeunti, auf meiner Rückreise; *quae* = ut eae. — *hospes*, wie ein wildfremder Mensch d. i. unbekannt mit Allem; wie der Engländer *stranger* für *unacquainted with* gebraucht.

2. *Diogenes* Graecus, amicus Caelii, non libertus; Philo autem libertus. *MANUT.* Vid. ep. CCXXIII, 10. — *Pessinunte*, zu Pessinus, einer an der westlichen Grenze von Galatien gelegenen und noch zu Cicero's Provinz gehörenden Stadt. *Pessinunta* Mart.-Lag. Sch. Lün. Hi enim ad Ciceronem in castra venerant. *SCH.* Res incerta. *ORELLI.* — *ad Adiatorigem* Comanorum regem illo tempore. Vid. Strab. libr. XII. Sic scripsi de Taurelli coniectura. *adiatoregem* Md. *ab Adiatorige* Mart.-Lag. coni. Sch. Lün. Sed vide, an recte dicatur *iter habere ab aliquo.* Nostrum firmatur a Caesare *B. C.* 1, 14. 51. Cfr. ib. *Lib.* 3, 11: *iter ex Macedonia in hiberna Apolloniam habebat. ORELLI.* — *cognorant*, „obgleich sie wussten, dass es da ziemlich schmal hergeht und solche Gäste eben nicht willkommen sind." *quem nec benignum nec copiosum cognorant* Mart.-Lag. coni. Sch. Lün., obliterato elegantissimo isto usu v. *omnia* et *omnes res.* cfr. Caesarem *B. C.* 1, 26: *tamen omnibus rebus in eo perseverandum putabat. ORELLI.* — *cole*, halte in Ehren. — *in ista luce*, in isto theatro. S. zu ep. XXX, 9. Cicero will seine Freunde gern in Rom zusammenhalten, weil er von Cäsar Vieles fürchtet! — *peregr.*, Aufenthalt ausser der Hauptstadt. — [*est*] abest a Md. Graev. Ante v. *et sordida* collocavit Mart.-Lag. Toleravi cum [ ]. *his* pro *iis* Vict. 2. contra Md. *OR.* — *sordida*, armselig. — *quorum industria* cet. statt: die durch ihre Thätigkeit zu Rom glänzen können. S. Ramsh. §. 203, 7. b. 1. a. — *in sentent.*,

tia permansissem! Cum una mehercule ambulatiuncula atque uno sermone nostro omnes fructus provinciae non confero. Spero me integritatis laudem consecutum. Non erat 3
minor ex contemnenda, quam est ex conservata provincia. Spem triumphi? inquis. Satis gloriose triumpharem. Non essem quidem tamdiu in desiderio rerum mihi carissimarum. Sed, ut spero, propediem te videbo. Tu mihi obviam mitte epistolas te dignas.

EPISTOLA CCLXIV. (ad Att. VI. 3.)

Scr. in Cilicia mense Iunio A. U. C. 704. (a. C. 50.)

Nondum apud se constitutum esse scribit, cui provinciam tradat. 1—3. de rebus urbanis certior fieri cupit. 4. quid in Bruti negotiis egerit, exponit. 5—7. quam valde Q. Cicero filius ob patris consilium Pomponiam dimittendi conturbatus sit, refert. 8—9. rogat, ut sibi Q. Celeris orationem in Servilium mittat. 10.

CICERO ATTICO S.

Etsi nil sane habebam novi, quod post accidisset, quam dedissem ad te Philogeni, liberto tuo, literas; tamen, quum Philotimum Romam remitterem, scribendum aliquid ad te fuit. Ac primum illud, quod me maxime angebat, — non

---

bei dieser meiner Ueberzeugung. — *ambul.*, Spazirgang in der Galerie des Cicero mit Cälius.

3. *integr.*, der Unbescholtenheit in meiner Statthalterschaft. — *ex cont.* prov., das Lob würde aber nicht kleiner gewesen sein, wenn ich die Provinz ausgeschlagen hätte. Is enim, qui provinciam contemnit, quam multi spe rapinarum appetebant, is, inquam, laudem consequitur maximae integritatis et abstinentiae. *MANUT.* — *ex conser. pr.* S. ep. CCLII, 2. CCLVI, 4. CCLVII, 3. Ueber die Participia für Substant. auf ung. s. Ramsh. §. 171, III, 2, N. 3. — *Spem triumphi?* Aber wo bliebe dann die Hoffnung zu einem Triumphzuge? der Dir doch wird decretirt werden. Sic Md. a pr. manu. Asc. 1. Vict. 1. 2. Graev. Ern. Bened. *spes* Md. a sec. m. Neap. Ald. Lamb. Mart.-Lag. Sch. Lün. *OR.* — *Satis gl. triumph.*, ich würde das für den glorreichsten Triumph nehmen d. i. für nicht erlangten Triumph mich dadurch hinlänglich entschädigt fühlen, wenn ich zu Rom geblieben wäre und nicht, Was ich da liebes u. theures habe, so lange hätte entbehren müssen. Vgl. ep. CCLV, 1. *triumpharam* e Cod. Torgav. Bened. Mart.-Lag. Sch. Lün. contra Md. *OR.* Schütz erklärt diess: *triumpharam* respicit triumphum de Clodio actum, quum honorificentissime ab exsilio revocatus esset. — *Non essem.* Sic Md. Beng. Bened. *si non* Neap. Asc. 1. Vict. 1. 2. Lamb. Graev. Ern. *nec* Mart.-Lag. Sch. Lün. *OR.* — *in desid.* in Entbehrung.

1. *literas*, epistolam CCLVI. — *Philotimum.* S. ep. CCLII, 9. — *non quo*, nicht als ob. Lamb. *quod.* — *quippe;* ia wohl. S.

quo me aliquid iuvare posses: quippe; res enim est in manibus: tu autem abes longe gentium;

πολλὰ δ' ἐν μεταιχμίῳ
Νότος κυλίνδει κύματ' εὐρείης ἁλὸς —

obrepsit dies, ut vides, — mihi enim a. d. III. Kal. Sext. de provincia decedendum est, — nec succeditur. Quem relinquam, qui provinciae praesit? Ratio quidem et opinio hominum postulat fratrem: primum, quod videtur esse honos; nemo igitur potior: deinde, quod solum habeo praetorium. Pomptinus enim ex pacto et convento — nam ea lege exierat — iam a me discesserat. Quaestorem nemo
2 dignum putat. Etenim est levis, libidinosus, tagax. De fratre autem primum illud est: persuaderi ei non posse arbitror. Odit enim provinciam. Et hercule nihil odiosius, nihil molestius. Deinde, ut mihi nolit negare; quidnam mei sit officii? Quum bellum esse in Syria magnum putetur, id videatur in hanc provinciam erupturum; hic praesidii nihil sit; sumptus annuus decretus sit: videaturne aut pietatis esse meae fratrem relinquere aut diligentiae nugarum aliquid relinquere? Magna igitur, ut vides, sollicitudine afficior, magna inopia consilii. Quid quaeris? Toto negotio nobis opus non fuit. Quanto tua provincia melior!

Ramsh. §. 187. omis. *enim* Asc. 1. Crat. Lamb. *OR.* — *res en. est in m.*, h. e. prope instat decessus meus. — *longe gent.*, Länder u. Meere trennen Dich von mir. S. Ramsh. §. 115, 111, c. Grotef. §. 232. — *πολλὰ κ. τ. λ.* „multos autem in medio Auster volvit fluctus lati maris." Est hemistichium cum senario integro veteris tragici. *ERN.* Significat se ab Attico sat magno vel maris interiecti intervallo distineri. *SCH.* — *obrepsit*, ist heran geschlichen. *obrepit* de Ern. susp. Sch. Lün. Non convenit cum v. *angebat. OR.* — *a. d. III. Kal. Sext.*, am 30. Iulius. — *nec succed.*, u. man hat mir keinen Nachfolger ernannt. — *potior*, mir näher. — *quod . . praet.* st. quod solus praetorius est, quem mecum habeo. — *Pomptinus* ein anderer Legat des Cicero. S. ep. CCLXI, 3. — *et convento.* Sic Lamb. *conventu* Cett. cum Md. Oxon. 1. 2. Cdd. Bosii. Fortasse: *ex pacto convento* (vermöge eines zwischen uns bestehenden Vertrages). cfr. Forcell. in *Conventum. ORELLI.* — *ea lege exierat*, unter der Bedingung war er mit mir nach Cilicien gegangen. — *Quaestorem* Mescinium. cf. ep. 268. — *tagax* a tangendo (v. Fest.) = furunculus; er nimmt, wo er kann.

2. *prov.*, das Leben in der Provinz. — *ut* = gesetzt. S. Ramsh. §. 191, 2. Grotef. §. 401. Anm. 3. — *sumpt. ann. decr. sit* mihi a senatu ad annuam provinciae administrationem: cuius anni quum circumactus fere orbis sit, frater publico sumptu destitutus quî tantum bellum sustinebit? *MANUT.* — *dilig.*, der Vorsicht gemäss. — *nugarum aliquid*, levem hominem, ut Mescinium. *MAN.* — *Quid quaer.?* ohne Frage. *Toto .. non fuit* int. provinciae suscipiendae et administrandae. Debebamus provinciam non recipere. *ERNESTI.* — *tua prov.* Iocose de Attici possessionibus in Epiro. *SCH.* —

Decedes, quum voles; nisi forte iam decessisti: quem videbitur, praeficies Thesprotiae et Chaoniae. Necdum tamen ego Quintum conveneram, ut iam, si id placeret, scirem, possetne ab eo impetrari: nec tamen, si posset, quid vellem, habebam. Hoc est igitur eiusmodi. Reliqua plena ad- 3
huc et laudis et gratiae, digna iis libris, quos dilaudas. Conservatae civitates; cumulate publicanis satisfactum; offensus contumelia nemo; decreto iusto et severo perpauci; nec tamen quisquam, ut queri audeat. Res gestae dignae triumpho: de quo ipso nihil cupide agemus; sine tuo quidem consilio certe nihil. Clausula est difficilis in tradenda provincia. Sed haec deus aliquis gubernabit. De urbanis rebus 4
scilicet plura tu scis; saepius et certiora audis. Equidem doleo non me tuis literis certiorem fieri. Huc enim odiosa afferebantur de Curione, de Paullo: non quo ullum periculum videam stante Pompeio, vel etiam sedente; valeat modo: sed mehercule Curionis et Paulli, meorum familiarium, vicem doleo. Formam igitur mihi totius rei publicae, si iam es Romae aut quum eris, velim mittas, quae mihi obviam veniat, ex qua me fingere possim et praemeditari, quo animo accedam ad urbem. Est enim quiddam advenientem non esse peregrinum atque hospitem. Et, quod paene praeterii, 5
Bruti tui causa, ut saepe ad te scripsi, feci omnia. Cyprii numerabant. Sed Scaptius centesimis, renovato in singulos

Thespr. et Chaon., agris et villis tuis ibi sitis. *SCH.* Thesprotien u. Chaonien waren zwei Districte in Epirus. — *conven.* Reverterat ex Asia in Ciliciam, in qua fratrem hibernis praefectum (vid. ep. CCL, 6.) reliquerat; sed eum tamen nondum convenerat. *MANUT.* — *si id placeret*, wofern ich hierüber mit mir selbst einig wäre. — *nec ... quid vellem, hab.*, und doch weis ich nicht, was ich selbst wollen soll.

3. *Reliqua*, in Hinsicht alles Uebrigen hat mir meine Amtsführung allgemeines Lob u. Liebe erworben. — *digna iis libris*, meis de re publica. S. ep. CCLVI, 9. CCLII, 8. quos *dilaudas.* Sic Md. a pr. m. Vict. 1. 2. Lamb. Bos. Graev. *quos tu laudas* Md. a sec. m. Oxon. 2. Asc. 1. Crat. Ern. Sch. Fort. *quos tu dilaudas* (Lün.), ut *Ep.* 2, §. 9. *ORELLI.* Ueb. die Pronom. Ramsh. §. 158. Vgl. ep, CCLXIII, 2: quod *ego* . . iudicavi. — *public.* s. ep. CCLII, 16. CCLVI, 5. — ita *ut queri audeat.* S. Ramsh. §. 205, 6, c. — *cupide*, leidenschaftlich. Vgl. ep. CCLXI, 1.

4. *de Curione* tribuno pl. et L. Aemilio Paullo consule, utroque Caesaris causam defendente, accepta grandi pecunia. *MANUT.* S. ep. CCVI, 4. CCLVII, 3. CCLVI, 6. CCLII, 7. CCXLII, 5. — *non quo* = nicht als ob. — *stante* = quamdiu stat. — *Formam*, eine Schilderung der dermahligen Gestalt u. s. w. — *mihi* redeunti *obviam*, wie ep. CCLXIII, 1. — *ex qua*, nach welcher, der gemäss. — *Est enim q.*, denn es kommt allerdings Etwas darauf an, es liegt Etwas daran. S. Ramsh. §. 160, 2, Not. 5, b. — *adven.* bei seiner Ankunft.

5. *numerab.* = numerare volebant. S. ep. CCLVI, 7 ff. — *centes.*

annos fenore, contentus non fuit. Ariobarzanes non in Pompeium prolixior per ipsum quam per me in Brutum: quem tamen ego praestare non poteram. Erat enim rex perpauper; aberamque ab eo ita longe, ut nihil possem nisi literis; quibus pugnare non destiti. Summa haec est: pro ratione pecuniae liberalius est Brutus tractatus quam Pompeius. Bruto curata hoc anno talenta circiter c., Pompeio in sex mensibus promissa cc. Iam in Appii negotio quantum tribuerim Bruto, dici vix potest. Quid est igitur, quod laborem? Amicos habet meras nugas, Matinium, Scaptium; qui, quia non habuit a me turmas equitum, quibus Cyprum vexaret, ut ante me fecerat, fortasse succenset; aut quia praefectus non est, quod ego nemini tribui negotiatori; non C. Vennonio, meo familiari; non tuo M. Laenio; et quod tibi Romae ostenderam me servaturum, in eo perseveravi. Sed quid poterit queri is, qui, auferre pecuniam quum posset, noluit? Scaptio, qui in Cappadocia fuit, puto esse satisfactum. Is a me tribunatum quum accepisset, quem ego ex Bruti literis ei detulis-
6 sem, postea scripsit ad me se uti nolle eo tribunatu. Gavius est quidam; cui quum praefecturam detulissem Bruti rogatu, multa et dixit et fecit cum quadam mea contumelia, P. Clodii canis. Is me nec proficiscentem Apameam prosecutus est; nec, quum postea in castra venisset atque inde discederet, „numquid vellem," rogavit; et fuit aperte mihi, nescio quare, non amicus. Hunc ego si in praefectis habuissem, quem tu me hominem putares? Qui, ut scis, potentissimorum hominum contumaciam nunquam tulerim, ferrem huius asseculae? Etsi hoc plus est, quam ferre, tri-

---

mit 12 Procent iährlich und dass die Zinsen alle Iahre zum Capitale geschlagen würden. — *ab Ariobarz.* S. ep. CCLII, 3 folg. — *prolixior*, gutwilliger und reichlicher in Bezahlen. — *per ipsum*, seiner selbst wegen, auf des Pompeius eigenes Betreiben, aus Achtung für ihn. — *per me*, durch meine Vermittelung. — *praestare*, sicher stellen. — *pugnare*, heimsuchen, bombardiren. — *pro rat. pec.*, nach Verhältniss der an beide schuldigen Summe. — *tal.. c.* = 300,000 Fl. *curata*, wirklich verschafft. — *in Appii neg.* S. ep. CCLVI, 10. — *quantum trib.*, wie Viel ich zu Gefallen gethan habe. — *laborem?* Wesswegen hätt' ich mich also zu bekümmern? — *meras nugas*, homines levissimos et nequissimos. *SCH.* Vgl. §. 2. — *Matin.* S. ep. CCLII, 5. 6. — *Vennon.* s. ep. CCLII, 25. *Laenio*, das. §. 6. — *Scaptio*, Marco, eius, de quo paullo ante, fratri. cf. ep. CCLII, 4. — *trib.* militum.

6. *Gavis.* S. ep. CCLII, 4. — *praefecturam* nempe extra provinciam. *SCH.* — *Apameam.* S. ep. CCVIII, 2. CCXXII, 2. 6. vgl. mit ep. CCL, 9. Das war im I. 703 im August. — *in castra* ad Iconium, Cybistra, Ende Aug. Anf. Sept. 703. S. ep. CCXII. CCXIV. — *in praef.* scil. qui praefecturae iure in provincia mea uterentur. *SCH.* — *contum.*, Trotz. — *asseculae*, Nachtreters. Sic Md. Oxon. 2.

buere etiam beneficii aliquid et honoris. Is igitur Gavius, quum Apameae me nuper vidisset Romam proficiscens, me ita appellavit: — Culleolum vix auderem — „Unde, inquit, me iubes petere cibaria praefecti?" Respondi lenius, quam putabant oportuisse, qui aderant: me non instituisse iis dare cibaria, quorum opera non essem usus. Abiit iratus. Huius nebulonis obiratione si Brutus moveri potest, 7
licebit eum solus ames; me aemulum non habebis. Sed illum eum futurum esse puto, qui esse debet. Tibi tamen causam notam esse volui: et ad ipsum haec perscripsi diligentissime. Omnino — soli enim sumus — nullas unquam ad me literas misit Brutus, ne proxime quidem de Appio, in quibus non inesset arrogans, ἀκοινώνητον aliquid. Tibi autem valde solet in ore esse:

Granius autem
Non contemnere se et reges odisse superbos:

in quo tamen ille mihi risum magis, quam stomachum movere solet: sed plane parum cogitat, quid scribat aut ad quem. Q. Cicero puer legit, ut opinor, et certe epistolam 8
inscriptam patri suo. Solet enim aperire, idque de meo consilio; si quid forte sit, quod opus sit sciri. In ea autem epistola erat illud idem de sorore, quod ad me. Mirifice conturbatum vidi puerum. Lacrimans mecum est questus. Quid quaeris? Miram in eo pietatem, suavitatem humanitatemque perspexi: quo maiorem spem habeo nihil fore ali-

---

Vict. 1. 2. cfr. *Sestianae* §. 135. *Ed. Min.* = *asseclae* Cett. *OR.* — *nuper.* S. ep. CCL, 9. im Febr. 704. — *Cull. v. aud.* scil. sic appellare, kaum würde ich es wagen den Geringsten aller Menschen in dem Tone anzureden. Sch. coni. *ut Cull.* Attikus muss diesen nichtswürdigen Erdensohn, den Culleolus, doch gekannt haben. — *cibaria pr.*, die Besoldung eines Präfecten. — *me non inst.*, ich sei nicht gewohnt.

7. *obiratione*, durch den Zorn, Groll. Ein ἅπαξ λεγ. — *aemul.*, zum Nebenbuhler. — *soli en. sum.*, ut libere tecum loqui possim, das Griech. αὐτοὶ γάρ ἐσμέν, wir sind ia unter uns. Vgl. Terent. Adelph. III, 1, 4. — *ne prox.*, den neuesten in der Sache seines Schwiegervaters Appius nicht ausgenommen. — ἀκοιν., quod abhorret ab amicitiae communitate; quum ab amico iniqua quaedam aut inhonesta postulantur. *SCH.* „Zurückstossendes." — *Granius.* „Tu solebas Granium illum laudare, quod se non contemnebat, et aliorum, qui se nimium efferrent, oderat superbiam; idque ego ipse nunc imitor." Nempe Granius ille praeco asperioribus facetiis saepe magna cum libertate proceres perstringebat. v. Orat. pro Planc. 14. Versiculi (Hexamet.) autem sunt Lucilii. *SCH.*

8. *de sorore* tua, Quintum fratrem ei nuntium remittere velle. *SCH.* S. ep. CCLVI, 1. 2. — *Quid quaeris?* kurz. — *piet.* in matrem. — *suav. hum.*, ein sanftes gefühlvolles Gemüth. Hendiadys.

9 ter, ac deceat. Id te igitur scire volui. Ne illud quidem praetermittam: Hortensius filius fuit Laodiceae, gladiatoribus, flagitiose et turpiter. Hunc ego patris causa vocavi ad coenam, quo die venit; et eiusdem patris causa nihil amplius. Is mihi dixit se Athenis me exspectaturum, ut mecum decederet. „Recte," inquam: quid enim dicerem? Omnino puto nihil esse, quod dixit. Nolo quidem; ne offendam patrem, quem mehercule multum diligo. Sin fuerit meus comes, moderabor ita, ne quid eum offendam, quem
10 minime volo. Haec sunt; etiam illud. Orationem Q. Celeris mihi velim mittas contra M. Servilium. Literas mitte quamprimum: si nihil: nihil fieri, vel per tuum tabellarium. Piliae et filiae salutem. Cura, ut valeas.

EPISTOLA CCLXV. (ad Div. III. 11.)

Scr. in castris ad Pyramum mense Iunio A. U. C. 704. (a. C. 50.)

Gratulatur Appio de absolutione maiestatis. 1—3. gratias agit pro epistola, qua statum rei publicae descripserat. 4. Tullium, quem Appius cum mandatis miserat, se non convenisse scribit; epistolas suas proxime missas non stomachosas sed sui purgandi causa scriptas fuisse ait. 5.

CICERO APPIO PULCHRO, UT SPERO, CENSORI S. D.

Quum essem in castris ad fluvium Pyramum, redditae

---

9. *gladiatoribus* i. e. illis diebus, quibus Laodiceae gladiatoria spectacula edebantur. *SCH. Hortensius filius*, cuius, ut ait Valer. Max. V, 9, 2 et impietatem pater suspectam et nequitiam invisam habuit. *SCH.* — *flag. et. turp.* i. e. flagitiis turpissimis istis diebus Laodiceae se dedit. — *nihil amplius* i. e. ne viderer filii nequitiam, quam pater oderat, probare, nihil amplius praeter istam invitationem ei tribui. *SCH.* — *deced.*, um mit mir nach Rom zurück zu reisen. — *omnino ... dixit*, puto quod dixit, se velle mecum decedere, id tantum dicis gratia, non quod re vera ei propositum sit, dixisse. *SCH.* — *nolo quidem* eum me comitari, ne pater Hortensius forte ea re, quasi nimiae meae cum filio familiaritatis indicio, offendatur. *SCH.* — *moderabor ita*, werde ich ihn so zu behandeln und zu zügeln wissen, ne Hortensius pater suspicari possit, me filio, quem iure odit, nimium tribuere. *SCH.*

10. *Haec sunt*, quae ad te scribenda habebam. — *etiam illud*, nur noch Diess. — Q. Metelli *Celeris*, qui praetor fuerat Cicerone consule. Servilium de repetundis olim accusaverat. — *M. Servil.* Geminium eundem fuisse probabile est, de quo ab aliis accusato narrat Caelius ep. CCXXIII, 2. *SCH.* — *si nihil ... tabellarium.* Si nihil factum sit, quod scire mea intersit, hoc saltem scribe: *nihil fieri*; ac si ne hoc quidem scribere possis, vel per tabellarium tuum nuntia. *SCH.*

APPIO P. S. zu ep. CLXXX im Anf.

1. *ad Pyramum*, einem Flusse, der das ganze östliche Cilicien

mihi sunt uno tempore a te epistolae duae, quas ad me Q. Servilius Tarso miserat. Earum in altera dies erat adscripta Nonarum Aprilium: in altera, quae mihi recentior videbatur, dies non erat. Respondebo igitur superiori prius, in qua scribis ad me de absolutione maiestatis. De qua, etsi permultum ante certior factus eram literis, nuntiis, fama denique ipsa; — nihil enim fuit clarius: non quo quisquam aliter putasset; sed nihil de insignibus ad laudem viris obscure nuntiari solet — tamen eadem illa laetiora fecerunt mihi tuae literae: non solum quia planius loquebantur et uberius, quam vulgi sermo, sed etiam, quia magis videbar tibi gratulari, quum de te ex te ipso audiebam.
Complexus igitur sum cogitatione te absentem: epistolam 2
vero osculatus, etiam ipse mihi gratulatus sum. Quae enim a cuncto populo, a senatu, a iudicibus ingenio, industriae, virtuti tribuuntur, quia mihi ipse assentor fortasse, quum ea esse in me fingo, mihi quoque ipsi tribui puto. Nec tam gloriosum exitum tui iudicii exstitisse, sed tam pravam inimicorum tuorum mentem fuisse mirabar. „De ambitu vero quid interest, inquies, an de maiestate?" Ad rem nihil: alterum enim non attigisti, alteram auxisti. Verumta-

---

durchströmt u. sich bei Aegae in den Cilicischen Meerbusen ergiesst. Von den Türken wird er Dscheihan genannt. — *Q. Servil.* S. zu ep. CCLXI, 2. — *Non. April.* 5. April. — *de absol. m.*, dass Du von der Maiestätsanklage losgesprochen seist. Dolabella hatte ihn de maiestate u. de ambitu angeklagt. S. ep. CCLXI. — *permultum ante*, Md. *a te.* — *clarius*, ruchtbarer, bekannter, im Gegens. von *obscure.* — *non quo* = nicht als ob. — *aliter* rem evenire potuisse. — *ad* = in Hinsicht, in Betreff. S. Ramsh. §. 203, 7, b, 1, b. Nachrichten, welche den Ruhm hervorragender Männer betreffen, erregen die allgemeine Aufmerksamkeit, schleichen u. bleiben nicht im Dunkeln. — *magis ... grat.*, lebhaftern Antheil an der frohen Begebenheit zu nehmen.

2. *ipse mihi*, Sch. *mihi ipsi*, als ob es meine Sache wäre. — *quia* delev. Ern. coni. Mart.-Lag. Sch. Lün. — *ea* = ingenium, industriam, virtutem. — *pravam .. mentem* h. e. temeritatem, stultitiam, perversitatem consilii, quam in Dolabella Appii accusatore improbavit ep. CCLVI. *SCH.* — *De ambitu vero* accusari cet., was für einen Unterschied aber gibt es zwischen einer Anklage de maiestate u. de ambitu? Kann ich hoffen, von letzterer losgesprochen zu werden, wenn ich auch von ersterer losgesprochen bin? Schütz vermuthet *num quid interest*, gibt es wol einen Unterschied zwischen den beiden Anklagen? ist die eine wenigstens nicht eben so schlimm als die andere? — *Ad rem* (*ad te* Lamb.) *nihil*, in Ansehung Deiner Unschuld gibt es keinen Unterschied zwischen beiden Anklagen. — *alter. e. n. attig.*, denn von dem einen Puncte d. i. vom Vergehen der Volksbestechung (ambit.) weisst Du Dich ganz frei. — *alteram* scil. populi maiestatem non minuisti, sed *auxisti.* Gebh. Beng. Rob. Steph. *alterum.* — *Verum tamen ... liceret.* Sic cor-

men est maiestas, etsi Sulla voluit, ne in quemvis impune declamari liceret. Ambitus vero ita apertam vim habet, ut aut accusetur improbe aut defendatur. Quî enim facta [et] non facta largitio ignorari potest? Tuorum autem honorum cursus cui suspectus unquam fuit? Me miserum, qui non
3 affuerim! quos ego risus excitassem! Sed de maiestatis iudicio duo mihi illa ex tuis literis iucundissima fuerunt: unum, quod te ab ipsa re publica defensum scribis; quae quidem, etiam in summa bonorum et fortium civium copia, tueri tales viros deberet; nunc vero eo magis, quod tanta penuria est in omni vel honoris vel aetatis gradu, ut tam orba civitas tales tutores complecti debeat: alterum, quod Pompeii et Bruti fidem benevolentiamque mirifice laudas. Laetor virtute et officio quum tuorum necessariorum, meorum amicissimorum, tum alterius omnium seclorum et gentium principis, alterius iampridem iuventutis, celeriter, ut

---

rupte Md. Bened. Sententia est: ,,Maiestatis crimen adeo est obscurum atque multiplex, ut in quemvis impune declamari liceat; idque debemus Sullae, tam multa lege (*Cornelia*) maiestatis complexo." Ut nos, etiam Neap. Vict. 1. 2. Ern. Mart.-Lag., sed hi: *ut Sulla.* Item Graev., sed: *et sic Sulla. Verum tamen ea est maiestas, ut Sulla voluit, ut in q. i. declamare liceret.* Lamb. 1566. Recte, si pro *ut Sylla* scribas: *et sic Sulla.* Sch. autem et Lün. *Ver. ea est maiestatis vis et sic involuta, ut in q. i. declamare liceat.* *ORELLI.* Ueber die lex Cornelia Mai. s. Orat. in Pison. c. 21. Verrin. 1, 5. de Orat. II, 25. 39. de Invent. II, 18. — *Ambitus vero* cet., Das Verbrechen der Volksbestechung aber ist seiner Natur nach Etwas so offenkundiges, dass ohne Gefährde weder Anklage noch Vertheidigung Statt findet. Eine solche Anklage ist daher um so weniger furchtbar. Schütz erklärt ganz richtig: ambitus vero crimen adeo apertum est, ut necessario vel accusatorem improbum esse oporteat, qui aperte calumnietur, vel defensorem, qui culpam manifestam a reo depellere audeat. — *largitio.* Sic Md. Neap. Asc. 1. Crat. Vict. 1. Bened. Sed delendum *et*, ut in talibus fit, ubi quasi digitis micatur, quid verius aut potius sit. *ORELLI.* Quî ignorari potest facta largitio pro non facta? ,,Sinn:" denn wie kann eine geschehene Spende an's Volk als nicht geschehen verborgen bleiben? oder wie kann eine geschehene Spende an's Volk so verkannt werden, so unerkannt, unbemerkt, misskannt bleiben, dass man sie für nicht geschehen ansähe. Sch. *facta an non facta.* Lün. de coni. Mart.-Lag. *factane an non facta sit.* Lamb. Graev. Ern. *facta aut non facta.* — *Me miserum, qui* = dass ich nicht zu Rom gewesen bin! S. Ramsh. §. 194, 1. Grotef. §. 431, 2. — *quos . . risus,* wie lächerlich wollte ich Deine Widersacher gemacht haben!

3. *Sed de mai.*, aber um wieder auf die Maiestätsklage zu kommen. — *ab ipsa re p.*, i. e. a tribus illis ordinibus, a senatu, ab equitibus et ab ipsa plebe. — *penuria* bonorum et fortium civium. — *fidem benev.* die bei dieser Gelegenheit Dir bewiesene Treue und Zuneigung des. — *virt. et off.*, über diese Rechtschaffenheit und Dienstbeflissenheit. — *alterius*, Pompeii. — *alterius*, Bruti. — *iuventutis* i. e. ordinis equitum scil. principis. — *celeriter* =

spero, civitatis. De mercenariis testibus a suis civitatibus notandis, nisi iam factum aliquid est per Flaccum, fiet a me, quum per Asiam decedam. Nunc ad alteram episto- 4
lam venio. Quod ad me quasi formam communium temporum et totius rei publicae misisti expressam, prudentia literarum tuarum valde mihi est grata. Video enim et pericula leviora, quam timebam, et maiora praesidia, si quidem, ut scribis, omnes vires civitatis se ad Pompeii ductum applicaverunt: tuumque simul promptum animum et alacrem perspexi ad defendendam rem publicam mirificamque cepi voluptatem ex hac tua diligentia, quod in summis tuis occupationibus mihi tamen rei publicae statum per te notum esse voluisti. Nam augurales libros ad commune utriusque nostrûm otium serva: ego enim, a te quum tua promissa per literas flagitabam, ad urbem te otiosissimum esse arbitrabar. Nunc tamen, ut ipse polliceris, pro auguralibus libris orationes tuas confectas omnes exspectabo.
Tullius, cui mandata ad me dedisti, non convenerat me: 5
nec erat iam quisquam mecum tuorum praeter omnes meos, qui sunt omnes tui. Stomachosiores meas literas quas dicas esse, non intelligo. Bis ad te scripsi, me purgans di-

---

brevi . . *civitatis* principis i. e. consulis futuri. — *de merc.* qui mercede conducti (erkauft) ex Asia Romam iverant, ut in Appium testimonium dicerent. *MANUT.* — *notandis* infamia, psephismate vel Sc. aut decreto civitatis. Vide me ad Liv. XXVII, 25. *GRONOV.* *a civit.*, von ihren Ortsobrigkeiten. — *nisi iam factum est*, wofern darüber noch Nichts verfügt ist. — *per Flaccum*, den Sohn des L. Valerius Flaccus, der in den Iahren 692 — 694 Proprätor in Asien gewesen ist und 695 von Cicero gegen eine Anklage von Dec. Laelius in der noch vorhandenen Rede vertheidigt ward. Der iunge Flaccus, vermuthlich Einer von Cicero's Gefolge, war von diesem nach den Oertern der erkauften Zeugen geschickt, damit er sie von ihren Ortsobrigkeiten bestrafen liesse.

4. *formam comm. temp. . . expr.*, eine von unserer aller gemeinsamen Lage entworfene Skizze. Vgl. ep. CCLXIV, 4. — *prudentia*, der helle Blick, der aus Deinem Briefe hervorleuchtet. — *et maiora praesidia*, quam sperabam aut putabam, quod ἀπὸ τοῦ κοινοῦ ex antecedente *quam timebam* intelligendum est. Vid. Ramsh. §. 205. 3, c. u. 5. — *per te*, Md. *perite notum.* — *Nam* = doch, dagegen. — *augurales libros*, die noch übrigen mir versprochenen Bücher über das Auguralrecht. S. ep. CLXXX, 1. CXCIV. CCXLIX. CCCLXX. — *flagitabam.* S. ep. CCXLIX, 3. — *ad urbem*, vor Rom, um die Zeit seines Triumphs abzuwarten, der ihm nicht gefehlt hätte, wenn Dolabella mit seiner Anklage nicht dazwischen gekommen wäre. Daher *otiosissimum* = non, ut postea cognovit, accusationis cura impeditum. *MANUT.* Vid. ep. CCXLII.

5. *Tullius*, einer der Vertrauten des Appius, nicht der in ep. CCXXXVIII, CLXXXVII, CXCVIII, CCL erwähnte *L. Tullius*, der Legat des Cicero war. — *Bis*, duas epistolas significat, ep.

ligenter, te leniter accusans in eo, quod de me cito credidisses: quod genus querelae mihi quidem videbatur esse amici: sin tibi displicet, non utar eo posthac. Sed si, ut scribis, eae literae non fuerunt disertae, scito meas non fuisse. Ut enim Aristarchus Homeri versum negat, quem non probat: sic tu — libet enim mihi iocari — quod disertum non erit, ne putaris meum. Vale, et in censura — si iam es censor, ut spero — de proavo multum cogitato tuo.

EPISTOLA CCLXVI. (ad Div. XV. 5.)

(Scr. Romae mense Iunio A. U. C. 704. (a. C. 50.)

Cato se excusat, quod supplicationem Ciceroni non decreverit; et tamen decretam gaudet, seque honorificentius dicit sensisse, quam eos, qui supplicationem decréverant. 1 — 3.

M. CATO S. D. M. CICERONI IMP.

Quod et respublica me et nostra amicitia hortatur, libenter facio, ut tuam virtutem, innocentiam, diligentiam cognitam in maximis rebus, domi togati, armati foris, pari industria administrari gaudeam. Itaque, quod pro meo iu-

---

CCXXII et CCLXI. — *leniter* cum Cdd. Crat. Mart.-Lag. Sch. *leviter* cum Md. Cett. *OR.* — *credidisses* improborum sermonibus. — *eae.* Sic Vict. 2. Lamb. cett. *hae literae* Md. Vict. 1. cett. *OR.* — *Aristarchus,* ein Kritiker zu Alexandrien. — *ut spero.* S. ep. CCLXI, 11. — *de proavo*, Appio Claudio Caeco, der als Censor des Iahrs 444 die erste Wasserleitung nach Rom führen liess. Er war aber nicht proavus, sondern *tritavus* oder Grossurältervater dieses Appius. Doch wird Cicero ienes Wort in der Bedeutung von Urahn, Vorfahr, gebraucht haben; wie Horat. Art. poët. 270. Ovid. Art. III, 15, 5. Stat. Theb. X, 801. Curt. VI, 11, 26: quis proavum huius (Alexandri magni) ultus est? „Denk Du fleissig an Deines Ahnherrn Vorbild!"

M. CATO. S. zu ep. CCXII. im Anf. Dieser Brief ist eine Antwort auf ep. 238. Indem Cato verlangt, Cicero solle stoisch wie er von der Ehre einer supplicatio, eines Triumphs denken; will er ihn doch eigentlich gegen Neid und Eifersucht besonders des Cäsars schützen, in der Meinung, dass er bei wenigerem Glanze dem Staate mehr nützen werde. So billigte er aus gleichem Grunde nachher es nicht, dass Cicero dem Pompeius in den Krieg folgte; was denn auch Cicero später selbst als einen Fehltritt einsah und bereuete. S. ad Divers. VII, 3.

1. *tuam .. togati, armati* cet., „dass dieselbe Unsträflichkeit, dieselbe Besonnenheit und Pünktlichkeit, die Du ehemahls als erster Magistrat (Consul) bei den wichtigsten Gelegenheiten bewiesen hast, nun auch auswärts und an der Spitze eines Kriegsheers mit gleicher Thätigkeit von Dir ausgeübt werde." S. Ramsh. §. 151, c, 2. *administrari.* Sic Md. Neap. Vict. 1. 2. Lamb. Ern. Recte. Est fere: „a te adhiberi, collocari." *administrare* Cett. *ORELLI.* — *pro m.*

dicio facere potui, ut innocentia consilioque tuo defensam provinciam, servatum Ariobarzanis cum ipso rege regnum, sociorum revocatam ad studium imperii nostri voluntatem sententia mea et decreto laudarem, feci. Supplicationem 2
decretam, si tu, qua in re nihil fortuito, sed summa tua ratione et continentia rei publicae provisum est, diis immortalibus gratulari nos, quam tibi referre acceptum mavis, gaudeo. Quodsi triumphi praerogativam putas supplicationem et idcirco casum potius, quam te laudari mavis: neque supplicationem sequitur semper triumphus et triumpho multo clarius est senatum iudicare potius mansuetudine et innocentia imperatoris provinciam, quam vi militum aut benignitate deorum retentam atque conservatam esse: quod ego mea sententia censebam. Atque haec ego idcirco 3
ad te contra consuetudinem meam pluribus scripsi, ut, quod maxime volo, existimes me laborare, ut tibi persuadeam, me et voluisse de tua maiestate, quod amplissimum sim arbitratus; et, quod tu maluisti, factum esse gaudere. Vale et nos dilige et instituto itinere severitatem diligentiamque sociis et rei publicae praesta.

---

iud., nach meiner Ueberzeugung. — *Ariobarz.* S. ep. CCXXXVIII, 6. — *socior. . . voluntatem*, dass Du die Gemüther unserer Provinzialen unserer Herrschaft wieder geneigt gemacht hast. S. ep. 238, 14. — *laudarem* tantum, sed supplicationem non decernerem.

2. *decretam* esse hängt von *gaudeo* ab. — *qua in re ... nihil ... provis. est*, wegen Vortheile, welche dem Staate nicht ... sondern ... zugewandt sind. — *fortuito*, durch Zufall. — *gratulari*, danken. — *referr. accept.*, Dir zurechnen. — *triumphi praerog.*, für ein Vorzeichen, für eine Vorläuferinn eines Tr. Ein von der tribus praerogativa entlehnter Trope! — *casum*, fortunam. — Vor *neque suppl.* supplire *scito*. — *τὸ senat. iudic.*, wenn der Senat öffentlich erklärt. S. Ramsh. §. 168, B, 1. Grotef. §. 311. Man sieht, Cato mahnt den Cicero ab vom Anhalten um einen Triumph. — *conservat.* S. ep. 264, 3. — *quod ... censebam*, diese Betrachtungen leiteten mich bei Abgebung meiner Stimme.

3. *pluribus*, ausführlicher. Und doch ist der Brief so kurz! — *laborare*, mihi curae esse, es liege mir sehr am Herzen. — *me et voluisse ... arbitratus*, dass ich bei der Frage von Deiner Verherrlichung auf Das angetragen habe, was nach meinem Urtheile das Ehrenvollste war. *maiest.* d. i. wie der Senat ihm seine Zufriedenheit und hohe Achtung auf die ehrenvolleste u. ausgezeichnetste Weise bezeugen solle. — *et* = *καίτοι*, et tamen, und doch anderer Seits. S. Ramsh. §. 179, 7. — *maluisti* scil. ut tibi decerneretur supplicatio. — *factum esse* i. e. supplicationem tibi decretam esse. — *instituto itinere*, auf der betretenen Bahn h. e. ut facere coepisti, secundum rationem agendi, quam adhuc secutus es. *GRAEV.* — *severit.*, strenge Tugend. — *sociis*, unseren Schutzverwandten, Provinzialen.

EPISTOLA CCLXVII. (ad Div. VIII. 11.)

Scr. Romae mense Iunio A. U. C. 704. (a. C. 50.)

Supplicationes Ciceroni remotis tandem impedimentis decretas esse nuntiat. 1 — 2. rei publicae statum describit. 3. commentarium rerum urbanarum mittit et pro curato Sittiano negotio gratias agit. 4.

CAELIUS CICERONI S.

Non diu, sed acriter nos tuae supplicationes torserunt: incideramus enim in difficilem nodum. Nam Curio tui cupidissimus, cui omnibus rationibus comitiales eripiebantur, negabat se ullo modo pati posse decerni supplicationes, ne, quod furore Paulli adeptus esset boni, sua culpa videretur amisisse et praevaricator causae publicae existimaretur. Itaque ad pactionem descendimus: et confirmarunt consules se his supplicationibus in hunc annum non usuros. Plane, quod utrisque consulibus gratias agas, est: Paullo magis

---

CAELIUS. S. zu ep. CXCII im Anf.

1. *torser.*, diess Geschäft in Betreff der von Dir begehrten supplicatio hat uns nicht lange, aber desto hitziger zu schaffen gemacht. — *nos*, Ciceronis amicos. — *tui cupid.* = etsi tui cup. sit, obgleich er Dir ausserordentlich wohl will; nach der Redensart omnia alicuius causa cupere. Brachylogia! — *cui* = quod ei. — *comitiales* dies, quibus agere cum populo licebat. Die noch Anticäsarischen Consuln Marcellus u. Paullus liessen, indem sie an solchen Tagen den Himmel beobachteten und vorgaben, die Auspicien seien ungünstig, den Curio nie dazu kommen, seine zu Cäsars Gunsten ausgedachten Anträge dem Volke vorzutragen und sie als Volksbeschlüsse (plebiscita) durchzusetzen. — *negabat*, ut par pari referret, intercedebat, ne decernerentur supplicationes. *MANUT.* — *ne*, *quod* etc. Sic explicat Manutius: „Curionem dixisse Paulli consulis dies comitiales eximentis furore hoc se boni adeptum esse, quod iustam haberet causam impediendi, ne quid decernere senatus posset. Quod si senatus consultum de supplicationibus fieri pateretur, amittere sibi visum esse bonum illud, quod furore Paulli adeptus sit." Weiske, Sch. Lün. leg. *ademptum*, quod aliq. Codd. habent (Med. *ademptus*), eo sensu: Curio negabat se pati posse decerni supplicationes, ne, quum sibi furore Paulli ademptum esset bonum illud, libera scil. cum populo agendi potestas, sua culpa h. e. facilitate et mollitia in cedendo videretur illud bonum amisisse, et praevaricator causae publicae existimaretur h. e. in suspicionem veniret, se Caesaris partes ad speciem quidem defendere, revera autem prodere. *WIEL.*: „damit man ihm nicht vorwerfen könne, er habe sich das einzige Zwangsmittel gegen die Wuth des Consuls Paullus (ihm an Versammlung des Volks hinderlich zu sein) aus den Händen spielen lassen u. sei dadurch zum Verräther an dem Interesse des Volks geworden, dessen Rechte er als Tribunus Plebis zu behaupten schuldig wäre." Denn dem Volke lag daran, sich des Gebrauchs seines wesentlichen Vorrechts nicht so lange beraubt zu sehen. — *ad p. desc.*, wir verstanden uns zu einem Vertrage mit ihm. — *se his suppl. . . non usuros* h. e. se supplicationes has Ciceroni decretas non hoc anno indicturos, sed

certe. Nam Marcellus sic respondit ei, [se] spem in istis supplicationibus non habere: Paullus, se omnino in hunc annum non edicturum. Renuntiatum nobis erat Hirrum 2
diutius dicturum: prendimus eum: non modo non fecit, sed, quum de hostiis ageretur et posset rem impedire, si, ut numeraretur, postularet, tacuit. Tantum Catoni assensus est, qui de te locutus honorifice, non decrerat supplicationes. Tertius ad hos Favonius accessit. Quare pro cuiusque natura et instituto gratiae sunt agendae: his, quod tantum voluntatem ostenderunt; pro sententia, quum impedire possent, non pugnarunt: Curioni vero, quod de sua-

---

in annum proximum dilaturos esse. *SCH.* — *est quod* = Du hast Ursache. — [*se*] omis. *se* Md. Crat. Vict. 1. 2. Bened. — *se spem* .. *non habere* i. e. se nihil ab istis supplicationibus sperare, quod Curioni displiceret; itaque sua nihil interesse, hoc ipso anno an proximo celebrentur. *SCH.* — *non edicturum* (er wolle nicht ausrufen lassen) istas supplicationes.

2. *Hirrum.* Wie schlecht dieser C. Hirrus Lucceius mit Cicero stand, wissen wir schon aus mehren Briefen. S. ep. ad Famil. 1, 10. VIII, 2, 9. ad Q. Fratr. III, 8. ad Attic. XIII, 11. — *diutius dicturum*, Hirrus wolle bis nach Sonnenuntergang reden. Ein nicht ungewöhnliches Mittel, wodurch ein Senator die Abfassung eines Decrets verhindern konnte. Denn nach Sonnenuntergang musste die Sitzung aufgehoben werden. — *prendimus*, wir gaben ihm gute Worte; rogando ab isto consilio diem longa oratione eximendi, ne quid decerni posset, abduximus. — *hostiis.* Sic Md. Neap. Vict. 1. 2. *de hostibus* Asc. 1. Crat. Lamb. Graev. Ern. Bened. Sch. Lün. *ORELLI. de host.* caesis — *ut numeraretur* scil. senatus. Sic Md. Vict. 1. 2. Graev. Bened. *numerarentur* Lamb. Graev. Sch. Lün. Utrumque satis perverse: quomodo enim tunc temporis *hostes*, scil. quod supplent, „occisi," poterant numerari? Recte vero, quum de numero hostiarum immolandarum ageretur, poterat rem impedire, si, ut numeraretur „senatus," forsitan non nimis frequens, postulasset. *ORELLI.* Zu einem Triumphe ward erfordert, dass der Imperator wenigstens 5,000 Feinde getödtet hatte; zu einer supplicatio, höchstens 2,000. Bei der supplicatio sowohl als beim triumphus mussten eine gewisse Anzahl Schlachtopfer, hostiae, dargebracht werden; und wer eine solche Ehre begehrte, musste die Zahl der von ihm getödteten Feinde angeben (renuntiare, edere). S. epist. CLI. — *tacuit*, hactenus Ciceroni indulsit, ut hac postulatione abstineret. — *qui de te locutus.* Sic Graev. Fortasse: *qui etsi locutus.* Sch. Lün. *qui etsi de te locutus.* Md. Crat. Vict. 1. 2. Bened. *qui et locutus. ORELLI.* Zur Sache vgl. d. vorig. Br. §. 1 am Ende *laudarem.* — *decrer.* gestimmt hatte für. — M. *Favonius*, Catonis simius. S. ad Famil. VIII, 9. ad Attic. II, 1. I, 14. IV, 1. 16. XV, 11. ad Q. Fratr. II, 3. 11. pro Milon. 9. Sueton. in Aug. 13. *gratiae* tibi *sunt ag.*, darum musst Du bei Iedem nach seiner Art u. Weise Dich bedanken. — *tantum.* Crat. Graev. Ern. Lün. *tantam.* Perverse; est: „qui voluntatem dumtaxat non decernendi tibi supplicationes ostenderunt, cet." *ORELLI.* pro sententia autem sua, qua supplicationes tibi non decernendas esse censuerunt, non pugnarunt, quamquam impedire eas, si voluissent, facile potuissent.

rum actionum cursu tua causa deflexit. Nam Furnius et Lentulus, ut debuerunt, quasi eorum res esset, una nobiscum circumierunt et laborarunt. Balbi quoque Cornelii operam et sedulitatem laudare possum. Nam cum Curione vehementer locutus est, et eum, si aliter fecisset, iniuriam Caesari facturum dixit: tum eius fidem in suspicionem adduxit. Decrerant [quidem], qui inique transigi volebant, Domitii, Scipiones: quibus hac re ad intercessionem evocandam interpellantibus venustissime Curio respondit se eo libentius non intercedere, quod quosdam, qui decernerent,
3 videret confici nolle. Quod ad rem publicam attinet, in unam causam omnis contentio coniecta est, de provinciis: in quam adhuc incubuisse cum senatu Pompeius videtur, ut Caesar Id. Novemb. decedat. Curio omnia potius subire constituit, quam id pati: ceteras suas abiecit actiones. Nostri porro, quos tu bene nosti, ad extremum certamen rem deducere non audent. Scena rei totius haec: Pompeius, tamquam Caesarem non impugnet, sed quod illi aequum putet, con-

---

SCH. — *cursu .. deflexit,* trop. = weil er Dir zu Lieb eine Ausnahme von seinen Massregeln machte; nempe quod senatus consulto de supplicationibus facto non intercederet, quamquam ceteris omnibus Sctis se intercessurum minatus erat. *SCH.* — C. *Furnius,* tribunus plebis, Ciceronis cupidissimus. S. zu ep. DCCCXXVII u. DCCCXXXVI, ad Famil. X. 1. 3. 6. 8. 10. 11. VIII, 15. ad Attic. V, 18. IX, 6. 11. — P. *Lentulus* Spinther. S. zu ep. XCII im Anf. ep. 93. 94. 95. 96. 100. 101. 113. 125. 148. — *circumierunt* senatores; nämlich um für Cicero zu bitten. — *labor.* pro tua re. — *Cornelii Balbi Gaditani,* eiusdem, qui nominatur Ep. 211. sub fin. *SCH.* — *Caesari,* quod is Ciceroni bene vellet. *SCH.* — *eius fidem* in Caesarem. — *[quidem]* Sic Graev. Item Lamb., sed om. *quidem,* quod ego [ ]. Item Ern. Sch. Lün.; sed hi: *neque* pro *inique. OR.* Num *quidam?* — *Domitii et Scip.*, zwei der bedeutendsten aristokratischen Familien, die es vermuthlich nicht gern sahen, dass ein homo novus wie Cicero durch Talente u. Verdienste zu einem höheren Ansehen gelangen sollte, als sie durch ihren Geburtsadel u. Reichthum. „Die Domitier u. Scipionen gaben ihre Stimmen auch zum Decret, wiewohl sie sich dem Vergleich mit Curio (s. §. 1) widersetzt hatten." — *interpell.*, scil. Curionem, ficte rogantibus, ne intercederet. *ERNESTI.* „ihnen, die dadurch den Curio zum Einspruche gegen das Decret reizen wollten, antwortete Curio u. s. w. *evoc.* = eliciendam. — *qui decern.*, die für die Sache stimmten; *quosdam .. confici nolle,* dass gewisse Leute ... doch eigentlich wollten, die Sache käme nicht zu Stande. Suppl. supplicationes.

3. *in un. c. omn. c. coni. est,* so hat sich aller Parteien Kraftanstrengung auf die Entscheidung der einen Frage geworfen: Was wegen der Provinzen zu verfügen sei. Vgl. ep. CCXXIII, 5 ff. — *in quam incub.* cet. Pompeius scheint mit dem Senate darauf bestehen zu wollen. — *Id. Novemb.*, am 13. November. — *decedat* de provincia. — *subire,* über sich ergehen zu lassen. — *Nostri,* optimates, senatus. — *Scena rei totius haec:* das ganze Spiel läuft darauf hinaus. — *imp.*, bekämpfen, mit Iemanden streiten. — *quod*

stituat, ait Curionem quaerere discordias. Valde autem non vult et plane timet Caesarem consulem designari prius, quam exercitum et provinciam tradiderit. Accipitur satis male a Curione: et totus eius secundus consulatus exagitatur. Hoc tibi dico: si omnibus rebus prement Curionem, Caesar defendetur; intercessorem si — quod videntur — reformidarint, Caesar, quoad volet, manebit. Quam quisque senten- 4
tiam dixerit, in commentario est rerum urbanarum; ex quo tu, quae digna sunt, selige; multa transi, in primis ludorum explosiones et funerum et ineptiarum ceterarum. Plura habet futilia. Denique malo in hanc partem errare, ut, quae non desideras, audias, quam quidquam, quod opus est, praetermittatur. Tibi curae fuisse de Sittiano negotio, gaudeo. Sed, quoniam suspicaris, minus certa fide eos tibi visos, tamquam procurator, sic agas, rogo.

---

ille aeq. put. scil. Caesar, legendum coniecit Ernesti. — *constituat,* sondern als ob er nur Das wolle. — *Accip. sat. male,* er wird ziemlich übel behandelt. — *sec. consul.* 699. — *exagit.*, wird durchgehechelt; nempe in primis ob ea, quae Caesari per leges concesserat. *ERNESTI.* — *dico*, sag' ich voraus. Simplex pro composito. — *prement*, nämlich die Pompeianische Partei. — *omn. reb.* von allen Seiten. — *Caesar defendetur*, „so wird Cäsar im Senat selbst Verfechter finden." Cäsar hatte im Senate selbst nicht wenige heimliche Anhänger, und der friedfertige Theil desselben, der es nicht gern zu einem völligen Bruch wollte kommen lassen, war damahls noch der zahlreichste. — *intercess. si.* Sic Md. Crat. Vict. 2. = *si interc.* Cett. praeter Lamb., qui: *sin interc.* „kommen sie aber, wie es das Ansehen hat, aus Furcht vor Curio's Einsprüchen zu keinem Schlusse." *reformid.* et eam ob causam nihil decreverint. *ERN.* — *manebit* in provincia.

4. *dixerit* de supplicatione tibi decernenda. — *in comm.*, in dem beigelegten Denkbuche der neuesten Stadtbegebenheiten. Vgl. ep. CXCII, 1. CXCIX. bes. CCII, 2. — *explosiones* st. ludos explosos, die ausgezischten Spiele. — *utilia*, manches Brauchbare. *explosiones, et funer. et inept. cet. plura habet futilia* Weiske. *transi. Inprimis ... futilia,* Sch. Lün. Ut nos, Crat. Vict. 1. Lamb. Graev. Ern. Bened. *ut illa* Md. Vict. 2. *OR.* Allein wegen *inept.* ist *fut.* pleonastisch. — *in hanc partem errare*, darin fehlen. — *de Sitt. neg.* S. zu ep. CCII, 2 am End. CCVI, 5. CCXI, 3. CCXXIII, 10. — *quoniam*, wie zuletzt ep. CCLIII. Vulgatae sententia est: quoniam ex tua epistola vidi, te suspicari, eos minus certa fide esse. *quando suspicor* Lün. Non deerunt, quibus placeat. *ORELLI.* Vielleicht wäre *meos* = meine Leute, procuratores, statt *eos* zu lesen. — *tamquam* tu meus *procurator* sis.

EPISTOLA CCLXVIII. (ad Att. VI. 4.)

Scr. Tarsi post Nonas Iunias A. U. C. 704. (a. C. 50.)

De difficultate provinciam extremis mensibus administrandi. 1. de variis rebus domesticis. 2 — 3.

CICERO ATTICO S.

Tarsum venimus Nonis Iuniis. Ibi me multa moverunt: magnum in Syria bellum; magna in Cilicia latrocinia; mihi difficilis ratio administrandi, quod paucos dies habebam reliquos annui muneris; illud autem difficillimum: relinquendus erat ex senatus consulto qui praeesset. Nihil minus probari poterat, quam quaestor Mescinius. Nam de Caelio nihil audiebamus. Rectissimum videbatur fratrem cum imperio relinquere: in quo multa molesta, discessus noster, belli periculum, militum improbitas, sexcenta praeterea. O rem totam odiosam! Sed haec Fortuna viderit:
2 quoniam consilio non multum uti licet. Tu, quando Romam salvus, ut spero, venisti, videbis, ut soles, omnia, quae intelliges nostra interesse, in primis de Tullia mea: cuius de conditione quid mihi placeret, scripsi ad Terentiam, quum tu in Graecia esses: deinde de honore nostro. Quod enim tu afuisti, vereor ut satis diligenter actum in
3 senatu sit de literis meis. Illud praeterea *μυστικώτερον* ad te scribam: tu sagacius odorabere: *τῆς δάμαρτός μου ὁ ἀπε-*

---

debam sermones: Hui! fratrem reliquit? num est hoc non plus annum obtinere provinciam? Quid? quod senatus eos voluit praeesse provinciis, qui non praefuissent? At hic
4 triennium. Ergo haec ad populum. Quid, quae tecum? nunquam essem sine cura, si quid iracundius aut contumeliosius aut negligentius; quae fert vita hominum. Quid, si quid filius puer, et puer bene sibi fidens? Qui esset dolor? Quem pater non dimittebat; teque id censere moleste ferebat. At nunc Caelius, non dico equidem, quid egerit; sed tamen multo minus laboro. Adde illud: Pompeius, eo robore vir, iis radicibus, Q. Cassium sine sorte delegit, Caesar Antonium: ego sorte datum offenderem? ut etiam inquireret in eum, quem reliquissem? Hoc melius: et hu-

---

Fällen! — *Vid. serm.* ich sah im Voraus, wie man davon reden würde. — *Num est hoc*, heisst Das nicht ...? — *plus* quam *annum.* S. Ramsh. §. 155, 2. Grotef. §. 387. — *qui non praef.* Quintus war aber schon Statthalter in Asia gewesen. Daher *At hic triennium* provinciae praefuit. — *Ergo haec ad pop.* Hae dubitandi causae erant eiusmodi, ut spectarent ad populi de meo fratrem in provincia relinquendi consilio sermones. His opponitur: *quid? quae tecum?* Significat esse quaedam, quae se, ne fratrem in provincia relinquat, impediant, quae soli Attico in aurem dicat. *SCH.* „Gründe, wie Diese, sind für Iedermann; aber wie viel wichtiger sind die, so ich nur Dir sagen darf!"

4. *si quid iracundius* scil. frater fecerit. S. ep. XXX, 37 u. zu ep. CCLXX, 1. *current. anim.* — *contumel.*, sollte er sich Misshandlungen einmahl zu Schulden kommen lassen. — *filius puer* i. e. quid si Quintus, fratris mei filius, qui quamquam puer tamen sibi iam nimis bene fidit, aliquid quod nolim commiserit? *SCH.* — *Qui esset dolor,* was für ein Verdruss wäre das! S. Ramsh. §. 159, 1. Grotef. §. 211. — *non dimittebat* = dimittere noluit; quem frater, si eum in provincia reliquissem, a se dimissurus non erat. S. Ramsh. §. 163, 3, b. — *teque* = sed te (nach einer Negat.) *id* scil. filium a se dimittendum esse *censere m. ferebat.* — *Caelius* quaestor. — *quid egerit*, wie er sich bisher benommen habe? so dass ich Zutrauen in dem Grade zu ihm haben könnte. Schütz schlägt vor: *non dico equidem, quid acturus sit; sed tamen, quicquid egerit, multo minus laboro.* Vielleicht ist *egerit* = acturus fuerit, wie er sich dereinst werde od. möchte benommen haben; wie er sich henehmen werde. S. Ramsh. §. 164. III, 2. Anm. 7. — *iis radic.*, ein so eingewurzelter Mann. *his* Asc. 1. Crat. Vict. 1. Lamb. — *sine sorte*, ohne ihn durch's Loos bekommen zu haben. — *delegit*, quem Hispaniae praeficeret. Hic Marcello et Sulpicio Css. Pompeii quaestor Hispaniae praefuit; post annum Marcello et Lentulo Css. tribunus plebis cum M. Antonio collega pro Caesare intercessit et devictis Afranio et Petreio in Hispania propraetor a Caesare relictus. *M. Antonium* in Gallia Caesar hibernis praefecit. Vid. Libr. VIII de B. Gall. et Cic. Philipp. II *quaestor es factus* cet. *MANUT.* S. zu ep. CCLXXIII, 4 geg. Ende. — *sorte datum* quaestorem Caelium Caldum, — *ut et. inquir. in eum*, damit er einen Auflaurer gegen Den spielte. — *Hoc melius*, nein, so ist es besser, wie ich es ge-

ius rei plura exempla: senectuti quidem nostrae profecto aptius. At te apud eum, dii boni! quanta in gratia posui! eique legi literas non tuas, sed librarii tui. Amicorum literae me ad triumphum vocant, rem a nobis, ut ego arbitror, propter hanc *παλιγγενεσίαν* nostram non negligendam. Quare tu quoque, mi Attice, incipe id cupere, quo nos minus inepti videamur.

EPISTOLA CCLXXVII. (ad Div. III. 13.)

Scr. in Asia mense Sextili A. U. C. 704. (a. C. 50.)

Appio gratias agit, quod suos in supplicatione decernenda adiuvisset; parataque illi officia pollicetur. 1. De Dolabellae reconciliatione non desperat; censuram obtentam esse sperat. 2.

CICERO APPIO PULCHRO S.

Quasi divinarem tali in officio fore mihi aliquando expetendum studium tuum, sic, quum de tuis rebus gestis agebatur, inserviebam honori tuo. Dicam tamen vere: plus, quam acceperas, reddidisti. Quis enim ad me non perscripsit te non solum auctoritate orationis, sententia tua, quibus ego a tali viro contentus eram, sed etiam opera, consilio, domum veniendo, conveniendis meis, nullum onus officii cuiquam reliquum fecisse? Haec mihi ampliora multo sunt, quam illa ipsa, propter quae haec laborantur. In-

---

macht habe. — *aptius*, nämlich sich ohne Noth keine Feinde zu machen. Cicero wollte durch Einigkeit Aller den Staat retten; er musste sich desshalb keine Feinde machen. Und eben darum suchte er auch den Appius zum Freunde zu behalten. S. den vorig. Brief. — *posui* scil. apud Caelium Caldum *aut* Caelii Caldi. — *eique* = nämlich. Ramsh. §. 179. B, a, 3. Nimirum Cicero Attici librario, quem secum habebat, epistolam de Caelio quasi ab Attico scriptam dictaverat, in qua multae erant Caelii laudes. *SCH.* — *παλιγγενεσίαν*, Wiedergeburt, referendum ad dignitatem Ciceronis post exsilii tempora renascentem, recuperatam. Cfr. ep. ad Cat. CCXXXVIII, 13 hui. edit. Cato's Wink ep. CCLXVI hatte nicht gefruchtet, weil Cicero von anderer politischer Ansicht ausging. — *id cupere*, Dich dafür zu interessiren. — *inepti* albern.

1. *tali in officio ... expet.*, dass ich einst bei gleicher Veranlassung Deiner guten Dienste benöthigt sein würde. — *quum ... agebatur*, als von einer angemessenen Belohnung Deiner Kriegesverrichtungen im Senate die Rede war. — *auct. orationis*, durch Dein nachdrückliches Fürwort. *auctoritate*, *oratione* Mart.-Lag. Sch. Lün. contra Md. *OR.* — *domum* meam. — *te ... nullum onus ... fecisse*, dass Du ... Keinem andern irgend Etwas mehres zu thun übrig gelassen habest. — *onus.* Sic Md. Neap. Asc. 1. Crat. Vict. 1. 2. Lamb. *munus* Cdd. aliquot, Graev. Ern. Mart.-Lag. Sch. Lün. Saepe Cicero *onus officii.* Vid. Nizolium. *ORELLI.* — *Haec*, diese Beweise Deiner Gesinnung. — *quam illa ipsa*, als die Sache

signia enim virtutis multi etiam sine virtute assecuti sunt:
2 talium virorum tanta studia assequi sola virtus potest. Itaque mihi propono fructum amicitiae nostrae ipsam amicitiam, qua nihil est uberius, praesertim in iis studiis, quibus uterque nostrûm devinctus est. Nam tibi me profiteor et in re publica socium, de qua idem sentimus, et in quotidiana vita coniunctum, quam his artibus studiisque colimus. Vellem ita fortuna tulisset, ut, quanti ego omnes tuos facio, tanti tu meos facere posses: quod tamen ipsum, nescio qua permotus animi divinatione, non despero. Sed hoc nihil ad te: nostrum est onus. Illud velim sic habeas, quod intelliges, hac re novata additum potius aliquid ad meum erga te studium, cui nihil videbatur addi posse, quam quidquam esse detractum. Quum haec scribebam, censorem iam te esse sperabam. Eo brevior est [*haec*] epistola et ut adversus magistrum morum modestior.

---

selbst; nämlich die supplicatio. Vgl. ep. CCXXXVIII, 13. — *virtutis* = des Verdienstes. — sed *talium*, qualis tu.

2. *uberius*, fruchtbringenderes. — *in iis* (*his* Md. Crat. Vict. 1. 2.) *studiis*. Cicero spielt auf das Werk des Appius de iure augurali an. Schrieb doch Cicero de divinatione. — *devinctus*, Neap. *deditus*. Glosse! — *coniunctum* fore. — *colimus*, was Wir durch solche Geschicklichkeiten und Geistesbeschäftigungen pflegen, verschönern. Vulgo *cum iis art. studiisque quae colimus.* Recte *vitam colere studiis.* Habet etiam alibi: *vitam, victum colere. ORELLI.* — *Vellem .. tulisset*, möcht' es nur die Glücksgöttinn so gefügt haben. — *meos.* Videtur addendum (imo supplendum, ex superioribus repetendum) *omnes.* Nam nihil erat cur Appius Ciceronis uxorem, filiam, filium, fratrem non magni faceret. Itaque hoc refertur ad solum Dolabellam, nuper cum Cicerone coniunctum, qui unus accusatione Appii effecerat, ut hic eum non in eodem loco, quo ceteros Ciceronis necessarios, habere posset. *SCH.* Cicero hat aus Feinheit *omnes* nicht ausdrücklich wiederholt. Vgl. ep. CCLXXV. — *animi divinat.*, durch ein gewisses Vorgefühl. Ein Wort, was augur Appius gerne las. S. ep. CCLXV, 4. Brut. c. 77. de Divinat. I, 58. II, 35. Tuscul. I, 16. Cicero äussert die Hoffnung einer Aussöhnung des Dolabella mit Appius. — *nostrum est onus*, es ist eine Last, die auf meinen Schultern liegt: wogegen es Dir gleichgültig sein kann. Vgl. §. 3. ep. 275. — *habeas* tibi persuasum. — *hac re novata* scil. coniugio filiae cum Dolabella, durch diesen neuerlichen Vorfall. — *additum.* Cicero gibt zu verstehen, dass er durch verstärkte Anhänglichkeit ihm alles Vorgefallene vergüten werde. Vgl. das Ende des 3. §. in ep. CCLXXV. — *censorem.* S. ep. CCLXV, 5 am Ende. — [*haec*] Abest *haec* a Md. Toleravi cum [ ] *ORELLI.* — *adv. mag. mor.*, an den obersten Sittenrichter. Ein Scherz!

EPISTOLA CCLXXVIII. (ad Div. XV. 6.)

Scr. in Asia mense Sextili A. U. C. 704. (a. C. 50.)

Magnam se ex Catonis laudatione et sententia dicta voluptatem cepisse profitetur petitque, ut, si favere noluerit in adipiscendo triumpho, tamen, si sibi decretus fuerit, gaudeat. 1 — 2.

M. T. CICERO M. CATONI S. P. D.

Laetus sum laudari me, inquit Hector, opinor apud Naevium, *abs te, pater, a laudato viro.* Ea est enim profecto iucunda laus, quae ab iis proficiscitur, qui ipsi in laude vixerunt. Ego vero vel gratulatione literarum tuarum vel testimoniis sententiae dictae nihil est, quod me non assecutum putem. Idque mihi quum amplissimum, tum gratissimum est, te libenter amicitiae dedisse, quod liquido veritati dares. Et, si non modo omnes, verum etiam multi Catones essent in civitate nostra, in qua unum exstitisse mirabile est: quem ego currum aut quam lauream cum tua laudatione conferrem? Nam ad meum sensum et ad illud sincerum ac subtile iudicium nihil potest esse laudabilius, quam ea tua oratio, quae est ad me perscripta a meis necessariis. Sed causam meae voluntatis, non enim dicam cu- 2

M. CATONI. S. zu ep. CCXII im Anf. Vorliegender Brief ist eine Antwort auf ep. CCLXVI.

1. *apud Naevium*, einem alten Römischen Dichter, auf welchen Cicero viel gehalten zu haben scheint. Vgl. Horazens: „Principibus placuisse viris non infima laus est." — *ab iis*, Md. Vict. 2 *ab his.* — *gratul. lit. tuarum*, epistolae CCLXVI. — *dictae* in senatu. — *nihil est, quod .. non* = omnia, das Höchste, wonach ich trachten konnte. — *quod liq. ver. dares*, was Du ohne Bedenken, mit gutem Gewissen der Wahrheit geben konntest. *liquido* = sincere, vere, sicut amici nihil simulantis animum decet. Ein kleiner Krall mit dem Sammelpfötchen! — *Et si*, Lamb. *Quod si.* — *omnes* = lauter. Crat. *unus.* — *verum etiam*, sondern nur; denn *etiam* gibt hier eine Steigerung nach Unten zu. — *currum* triumphalem ... *lauream*, qua triumphantes coronabantur = quem triumphum. — *conferrem*, könnt' ich gleich achten? — *ad m. sens.* = ut ego sentio, nach meinem Gefühle. — *ad .. subt. iudic.*, „ienem unverfälschten und zwar od. iedoch scharfen Urtheile, welches alle Dinge bloss nach ihrem innerem Werthe schätzt, zufolge." Cato, ein Stoïker, trug den Grundsatz in seinem Busen: Virtus per se bonum! Allein der praktisch kluge Cicero verschmähete auch Das nicht, was die Welt so haben will! Er gibt daher dem Cato zu verstehen, sein iudicium sei *subtile*, für die Welt ein wenig zu hoch gestellt. — *oratio in senatu*, laus Ciceron a Catonei ibi tributa.

2. *cupiditatis*, leidenschaftlichen Verlangens nach einer supplicatio, nach einem Triumph. Denn Das waren mir ehemahls sehr gleichgültige Dinge. S. ep. 238, 13. Quum Cicero animadverteret, Catonem improbare petitionem triumphi, prudenter laudat liberum Stoïci iudicium, et tamen tecte innuit se adhuc sperare triumphum

piditatis, exposui tibi superioribus literis: quae etiam si parum iusta tibi visa est, hanc tamen habet rationem, non ut nimis concupiscendus honos, sed tamen, si deferatur a senatu, minime aspernandus esse videatur. Spero autem illum ordinem pro meis ob rem publicam susceptis laboribus me non indignum honore, usitato praesertim, existimaturum. Quod si ita erit, tantum ex te peto, quod amicissime scribis, ut, quum tuo iudicio, quod amplissimum esse arbitraris, mihi tribueris; si id, quod maluero, acciderit, gaudeas. Sic enim fecisse te et sensisse et scripsisse video: resque ipsa declarat tibi illum honorem nostrum supplicationis iucundum fuisse, quod scribendo adfuisti. Haec enim senatus consulta non ignoro ab amicissimis eius, cuius de honore agitur, scribi solere. Ego, ut spero, te propediem videbo, atque utinam re publica meliore, quam timeo!

---

nec Catonem improbaturum, si ei decernatur a senatu. Ita callide admonet Catonem, ut non solum non impedire velit triumphum, sed etiam adiuvare; quippe qui non parum faciat ad suam *παλιγγενεσίαν*. Vid. ep. 276, 4 sub fin. — *sup. lit.*, in dems. Briefe. — *parum iusta*, nicht rechtfertigend, nicht erheblich genug. — *hanc ... habet rationem*, ist so beschaffen. — *tamen, si*, Lamb. *sed ut si.* — *aspern.*, auszuschlagen, abzuweisen. — *Spero.* Diesmahl täuschte ihn diese Hoffnung; was ihm Cato schon vorher angedeutet hatte. — *ordinem* senatorium. — *usitato praesertim*, zumahl so gewöhnlicher Ehre. Insignia enim virtutis multi etiam sine virtute assecuti sunt, sagt auch Cicer. ep. 277, 1. Der Triumph war in diesen Zeiten wirklich Etwas so gewöhnliches, dass Cato diess dem Cicero als einen Beweggrund nahe gelegt hatte, ihn lieber nicht zu begehren. — *ex te*, Lamb. *abs te.* — *ut, quum ... tribueris, gaudeas, si ... acciderit.* Diess sind Cato's eigene Worte in ep. CCLXVI, 3. Man beachte, was für Sätze Cicero nach echter Latinität im Vergleich mit der Deutschen Sprache voran gestellt und zur Abründung eines Perioden eingefügt hat. S. Ramsh. §. 198, 3. 199. Grotef. §. 473 ff. — *et scripsisse*, nempe epistola illa ad Ciceronem 266. Sic Md. Vict. 1. 2. Lamb. *et verius scripsisse* mira interpolatione Graev. Ern. Bened. Sch. Lünem., unde Bened. *verbosius*, Sch. *uberius* susp. *ORELLI.* Wenn auch Cato im erwähnten Briefe *pluribus scripsi* sagt; so konnte Cicero doch nur Appii literas *plenius et uberius scriptas* nennen. S. ep. 265. Ein Stoïker kurz im Ausdruck. — *quod scribendo affuisti*, weil Du bei Abfassung des Decrets über die mir ertheilte supplicatio zugegen warst und das Protokoll mit unterschriebest. — *cuius de.* Anastrophe! S. Ramsh. §. 161, 3. — *utinam re publica meliore* und gebe Gott! bei besseren Aussichten für die Republik.

EPISTOLA CCLXXIX. (ad Div. VIII. 12.)

Scr. Romae mense Septembri A. U. C. 704. (a. C. 50.)

Queritur de Appii Claudii censoris ingrato animo et iniuriis, narratque se, quum sibi accusatorem ab eo parari comperisset, ipsum antevertisse et lege Scatinia accusasse. I — 4.

CAELIUS CICERONI S.

Pudet me tibi confiteri et queri de Appii, hominis ingratissimi, iniuriis, qui me odisse, quia magna mihi debebat beneficia, coepit: et, quum homo avarus, ut ea solveret, sibi imperare non posset, occultum bellum mihi indixit: ita occultum tamen, ut multi mihi renuntiarent et ipse facile animadverterem male eum de me cogitare. Posteaquam vero comperi eum collegium tentasse, deinde aperte cum quibusdam locutum; cum L. Domitio, ut nunc est, mihi inimicissimo homine, deliberare; velle hoc munusculum deferre Cn. Pompeio: ipsum ut prenderem et ab eo deprecarer iniuriam, quem vitam mihi debere putaram, impetrare a me non potui. Quid ergo est? Tamen quasi aliquot [cum] 2
amicis, qui testes erant meorum in illum meritorum, locu-

CAELIUS. S. zu ep. CXCII zu Anf.

1. *beneficia*, Verbindlichkeiten; scil. in pecunia credita. *ERN.* *Appii* Claudii Pulchri, cui Cicero in Cilicia successerat. Vid. ad ep. 180 init. — *sibi imperare non posse*, es nicht über sich gewinnen können. Wieland vermuthet, dass Cälius, der bis über die Ohren in Schulden steckte, vom Appius, dem er bei der Anklage des Dolabella viele Gefälligkeiten erwiesen hätte, eine Summe Geldes habe leihen wollen. Appius aber habe natürlich Bedenken getragen, ihm diese Gegengefälligkeit zu erweisen. Darüber sei es zwischen beiden zu Misshelligkeiten gekommen, so dass Appius durch die Temperamentshitze des Cälius aufgereitzt an diesem die erwähnte Rache genommen hätte. — *collegium* = collegam scil. L. Pisonem censorem *tentasse*, er habe auch seine Collegen (in der Censur, den L. Calpurnius Piso, den Consul des Iahrs 696) gegen mich einzunehmen gesucht. — *aperte*, laut. — *locutum* esse de me. — *L. Domitio* Ahenobarbo, qui cum Appio 700 consul fuerat. — *munusculum d. P.*, velle hoc in gratiam Pompeii facere. *SCH.* „er gedenke durch die bösen Händel, die er mir mache, dem Pompeius einen kleinen Gefallen zu thun." Also auch diesen hatte sich der unvorsichtige Cälius zum Feinde gemacht. — *prenderem*, prensarem, obtestarer, ihm die Hand zur Versöhnung zu bieten. — *iniuriam* ab ipso proprie mihi factam. — *putaram.* Sic (Md.?) Vict. 1. Lamb. Graev. Bened. *putarem* Crat. Vict. 2. Ern. Sch. Lün. *OR.*

2. *Quid ergo est?* Wie kam es denn nun? Was that ich also? — *Tamen quasi aliquot* [cum] *amicis .. locutus sum.* Sententia est: „tamen eo descendi, ut, quasi vellem reconciliare mihi eius gratiam, leviter saltem ea de re cum aliquot eius amicis loquerer." *Tum quidem cum aliquot* Ern. Sch. Lün. *cum* autem, quod vix videtur abesse posse, facilius post v. *aliquot* excidit, quam ante idem.

tus sum: posteaquam illum ne cui satisfaceret quidem me dignum habere sensi, malui collegae eius, homini alienissimo mihi et propter amicitiam tuam non aequissimo, me obligare, quam illius simiae vultum subire. Id postquam resciit, excanduit et me causam inimicitiarum quaerere clamitavit, ut, si mihi in pecunia minus satisfecisset, per hanc speciem simultatis eum consectarer. Postea non destitit arcessere Polam Servium, accusatorem, inire cum Do-
3 mitio consilia. Quibus quum parum procederet, ut ulla lege mihi ponerent accusatorem, compellari ea lege me voluerunt, qua dicere non poterant: insolentissimi homines, summis Circensibus ludis meis, postulandum me lege Scantinia curant. Vix hoc erat Pola elocutus, quum ego Appium censorem eadem lege postulavi. Quod melius caderet, nihil vidi. Nam sic est a populo et non infimo quoque approbatum, ut maiorem Appio dolorem fama, quam postulatio, attulerit. Praeterea coepi sacellum, in domo quod

---

ORELLI. — *cui satisfaceret*, dass er mich nicht für werth hielt, mich zufrieden zu stellen. Ueber qui c. coni. nach *dignus* s. Ramsh. §. 184, 5. Grotef. §. 403. — *collegae eius* in censura, L. Pisoni. — *propter amic. tuam*, ob inveteratum Pisonis erga Ciceronem odium. *SCH.* — *quam .. subire*, als dem Affen unter das Gesicht, unter die Augen treten. — *si .. satisf.*, wenn er mir in meinem Geldgesuch nicht noch sollte willfährig sein. — *consectarer* pro insectarer. Sic *clamoribus et conviciis et sibilis consectari* ep. 44. *ERN.* — *arcessere* zu sich kommen zu lassen. *Polam Servium*, qui accusationes factitabat, den immer fertigen Ankläger P. S. — *inire c. D. c.*, mit dem Dom. Pläne gegen mich zu schmieden.

3. *ut ... poner. accusat.*, ein Gesetz zu finden, vermöge dessen sie einen Ankläger gegen mich aufstellen könnten. — *comp.*, belangen. — *qua dicere*, de Ern. coni. Sch. *qua ipsi dicere n. p.*, i. e. qua lege si rei fierent, ipsi non possent se defendere. Firmant sequentia de Appio ea lege compellato. Ern. „was ich nur gegen sie selbst zu kehren brauchte, um sie stumm zu machen." *summ. Circ. ludis*, am letzten Tage meiner Circensischen Spiele, extremis ludorum Circensium a Caelio aedili factorum diebus. Agebantur autem Circenses mense Septembri. *SCH.* — *lege Scatinia.* Lata ab Aricio Scatinio tribuno *in molles et effeminatos*, *qui nefanda venere uterentur* h. e. aut ipsi muliebria paterentur aut pueris vim facerent, quibus poenam decem millium numorum statuebat. *ERN.* Wegen der damahligen Allgemeinheit solcher Laster kam das Scatinische Gesetz nicht recht zur Anwendung. Auch diessmahl blieb es auf beiden Seiten bei der blossen infamirenden Denunciation. — *postul. me .. curant*, sie lassen den Prätor um die Erlaubniss bitten, mich vermöge des Scatinischen Gesetzes anklagen zu dürfen. — *Quod melius caderet* cet. „Nie hab' ich Etwas eine bessere Wirkung thun sehen." — *et* = et quidem *non infimo quoque*, und zwar nicht etwa bloss von der niedrigsten Classe. — *fama*, das öffentliche Gerede. Ein Aedilis Curulis klagte einen Censor solcher Verbrechen an? — *postul.*, die Denuntiation. — *sacellum* quasi quod publicum esset ac male occuparetur a privato. Liv.

est, ab eo petere. Conturbat me mora servi huius, qui 4
tibi literas attulit. Nam acceptis prioribus literis, amplius quadraginta mansit. Quid tibi scribam, nescio. Scis, Domitio diem timori esse. Exspecto te valde et quam primum videre cupio. A te peto, ut meas iniurias proinde doleas, ut me existimas et dolere et ulcisci tuas solere.

EPISTOLA CCLXXX. (ad Div. VIII. 14.)

Scr. Romae mense Sept. A. U. C. 704. (a. C. 50.)

Domitii repulsam et Saturnini accusationem. 1. Pompeii et Caesaris discordiam. 2—3. Appii censoris ridiculam diligentiam narrat. Denique, quid de futuro rei publicae statu auguretur, exponit. 4.

CAELIUS CICERONI S.

Tanti non fuit Arsacen capere, Seleuceam expugnare, ut earum rerum, quae hic gestae sunt, spectaculo careres. Nunquam tibi oculi doluissent, si in repulsa Domitii vultum vidisses. Magna illa comitia fuerunt et plane studia ex par-

---

XL, 51: „*complura sacella publica occupata a privatis publica ut essent paterentque populo, curarunt* cet." *GRONOV.* — *petere*, repetere, für das Volk, das Publicum, zurückzufordern.

4. *Conturbat me*, mich ärgert sehr. Was folgt, ist eine Nachschrift. — *attulit* = affert, allaturus est. S. Ramsh. §. 164, Anm. 2. — *prior. lit.* ist der in den vorhergehenden §. 1—4 enthaltene Brief. — *amplius quadraginta.* Fortasse: *amplius dies quadr.* = *ampl. quadr. dies* Crat. Lamb. *a. q. diebus* e Cdd. Regg. Lall. *OR.* — *Domitio diem timori esse*, dass sich Domitius vor dem Wahltage fürchtet, an welchem er Augur zu werden wünscht. Intelligitur dies comitiorum, quibus auguratum petiturus erat Domitius, non sine timore, ne repulsam ferret; id quod accidit. Cf. epist. seq. *SCHÜTZ.* — *meas iniurias*, über das Unrecht, was mir angethan wird, mihi illatas. — *proinde* = *perinde* Crat. Ern. Sch. Lün. contra Md. *OR.* S. Ramsh. §. 179, B, a, 4. Not. 2.

1. *Tanti non fuit*, so sehr verlohnte es sich nicht. — *Arsacen* = regem Parthorum ex Arsacis s. Arsacidarum gente. Est Orodes, Phraortis III. filius, quocum Cicero bellum gessit. — *Seleuce[i]am*, die damahlige Hauptstadt des Parthischen Reichs. — *in repulsa*, als er hörte, dass er durchgefallen sei. L. Domitius Ahenobarbus, der Vater des Cn. Domitius Ahenobarbus, an welchen der 432 Brief geschrieben ist, bewarb sich um die Augurstelle, die durch den Tod des Hortensius (s. ep. 276, 2.) erledigt war und welche das Volk nach der lex des Tribunen T. Atius Labienus zu vergeben hatte. Sein Nebenbuhler war der iunge M. Antonius, der nachherige Triumvir, den Cäsar besonders begünstigte, welcher den grössten Anhang unter dem Volke besass. Domitius fiel desshalb durch, was er schon vorher befürchtete. S. d. vorig. Br. §. 4. Die Senatorische Partei hatte ihn nicht durchsetzen können. Ueber Domitius s. ad Attic. VIII, 1. 8. Vatin. 10. Brut. 77. Philipp. II, 11. 29. Verrin. 1, 53. Mil. 8. ad Famil. XVI, 12. VI, 21. VIII, 1. 12. Caes. B. Civ. III, 99. Sueton. Ner. 2. Caes. 24. — *comitia tri-*

tium sensu apparuerunt: perpauci necessitudinem secuti officium praestiterunt. Itaque mihi est Domitius inimicissimus, ut ne familiarem quidem suum quemquam tam oderit, quam me: atque eo magis, quod per iniuriam sibi putat ereptum, cuius ego auctor fuerim. Nunc furit tam gavisos homines suum dolorem, † unumque me studiosiorem Antonii. Nam Cn. Saturninum adolescentem ipse Cn. Domitius reum fecit, sanequam superiore a vita invidiosum; quod iudicium nunc in exspectatione est, etiam in bona spe, post
2 Sex. Peducaei absolutionem. De summa re publica saepe tibi scripsi, me annum pacem non videre: et quo propius

---

buta. Früher hatte das Collegium der Augurn selbst die Wahl. S. Philipp. II. — *et plane . . . apparuerunt*, und es zeigte sich deutlich, dass alle Bemühungen zu Gunsten oder Ungunsten der Candidaten von dem Interesse der Staats-Parteien (Cäsarischen u. senatorischen) ausgingen, in welche wir ietzt getheilt sind. — *necess. secuti*, mit Berücksichtigung ihrer persönlichen Verhältnisse. — *ereptum* auguratum, was aus d. Context zu ergänzen ist. — *per iniuriam*, quod sibi viro consulari M. Antonius, qui nondum tribunatum pl. adeptus erat, in auguratu praelatus esset. *MANUT.* — *cuius* iniuriae *ego auctor fuerim.* Quid mirum? quum amicissimus esset Curioni Caelius; Curio autem vehementer Antonio faveret. Vid. Cic. Phil. II. et Plutarch. et Hirtium libr. VIII. de B. G. et ep. 780 h. ed. *MANUT.* — *gavisos.* Die Andern hätten ihm bloss aus Schadenfreude entgegen gearbeitet; Cälius allein aber aus Parteilichkeit für Antonius. — † *unumque* cet. *unumque move studiosorem* (sic) *Antonianam Cn.* Md. *unumque movet* (i. e. vexat) *studiosiorem Antonii. Nam Cn. S.* Bened. Sane improbabilis etiam vulgata et obscurae sententiae. Venit in mentem: *dolorem, ad unumque omnes studiosiores Antonii. Nam ORELLI.* Ueber *furit* mit folg. accus. c. inf. s. Ramsh. §. 168, 3. Grotef. §. 308, 2; über *gavisos* cum accus. Ramsh. §. 144, 3, Not. 4. *studiosiorem Antonii*, quam ipsius fuisse. — *Cn. Domitius* Ahenobarbus, der Sohn des L. Dom. Ahen., der ihn zu dieser Anklage vermocht hatte. Ueber ienen s. Caes. B. C. I, 23. Sueton. Ner. c. 3. Philipp. II, 11. Er, wie sein Vater, eifriger Pompeianer. Der Cäsarianer hiess Cn. Domitius Calvinus. Caes. B. C. III, 78. — *Cn. Saturninum*, der vermuthlich ungebührliche Mittel angewandt hatte, dem Antonius bei der Augurwahl Stimmen zu verschaffen. — *reum fecit*, hat gerichtlich angeklagt. Hoc affert, opinor, ut Cicero intelligat, cur Domitius minus Saturnino succenseat, quod is quoque petitioni suae auguratus restiterit. *SCH.* — *a vita invid.*, der von seinem vorigen Leben her nicht im besten Ruf ist. Lamb. *a sup. vita.* — *etiam in bona spe*, doch ist gute Hoffnung für den Beklagten. Causa bonae spei, quod Peducaeus absolutus erat: quo exemplo de omnibus reis bene sperare liceret. Dieser Sext. Peducäus, ein Senator, war, wie es scheint, ein so grosser Taugenichts, dass man, da ihn seine Richter gleichwohl für unschuldig erklärt hatten, nun erwarten konnte, es werde Niemand mehr schuldig befunden werden. Er ist als Praetor Siciliae bekannt. S. ad Attic. III, 13. 14. 17. Verrin. I, 7. II, 56. de Finibb. II, 18.

2. *De summa re p.*, was die Republik überhaupt betrifft. *rei publicae* Crat. — *annum pacem.* Sic Md. Vict. 1. 2. Graev. Ern.

ea contentio, quam fieri necesse est, accedit, eo clarius id periculum apparet. Propositum hoc est, de quo, qui rerum potiuntur, sunt dimicaturi: quod Cn. Pompeius constituit non pati C. Caesarem consulem aliter fieri, nisi exercitum et provincias tradiderit: Caesari autem persuasum est se salvum esse non posse, si ab exercitu recesserit. Fert illam tamen conditionem, ut ambo exercitus tradant. Sic illi amores et invidiosa coniunctio non ad occultam recidit obtrectationem, sed ad bellum se erupit; neque, mearum rerum quid consilii capiam, reperio: quod non dubito, quin te quoque haec deliberatio sit perturbatura. Nam mihi cum hominibus his et gratia et necessitudo est; tum causam illam, non homines odi. Illud te non arbitror fugere, quin 3
homines in dissensione domestica debeant, quamdiu civiliter sine armis certetur, honestiorem sequi partem: ubi ad bellum et castra ventum sit, firmiorem, et id melius statuere, quod tutius sit. In hac discordia video Cn. Pompeium senatum quique res iudicant secum habiturum; ad Caesarem omnes, qui cum timore aut mala spe vivant, accessuros: exercitum conferendum non esse. Omnino satis spatii sit

---

Bened. An *annuam?* Lün. *annum ultra pacem.* Sch. *me pacem annum ultra. ORELLI.* „Dass ich nicht sehe, wie der Friede noch über ein Iahr dauern könne." Allein *annum* = ein Iahr lang. S. Ramsh. §. 135, 3, b. Grotef. §. 225. — *ea contentio, quam f. n. est,* die Zeit, wo die bekannte Streitfrage (de provinciis) muss entschieden werden. — *Propositum* = der Punct, der fragliche Punct. — *qui rer. pot.*, die alle Macht in Händen haben, Cäsar, Pompeius. — *ab exerc. recess.* Wenn er von seinem Heere sich trenne. Vgl. Sueton. Caes. c. 30. — *condit.*, Vorschlag. — *ambo*, er u. Pompeius. — *amores*, qui fuerunt inter Caesarem et Pompeium, praesertim post nuptias Iuliae, Caesaris filiae Pompeio collocatae. *MANUT.* — *invidiosa*, invisa, quam improbarunt omnes boni. *MANUT.* — *non . . . recid. obtrect.*, So versinkt nicht . . . in eine geheime Eifersucht. Sic Vict. 2. Lamb. *recedit* Ceteri cum Md. — *se erupit.* Sic Md. Vict. 2. Graev. *ad bellum se erumpit* Ern. Bened. Sch. Lün. *ORELLI.* quod rectius; nam ante est *recidit* s. *recedit.* — *quid consilii*, Ern. *quod consilium m. rerum capiam*, wozu ich mich bei dieser Lage der Dinge entschliessen soll. — *hominibus his*, Caesare et Pompeio. Haha! — *causam illam*, non Caesaris solum, sed Pompeii quoque, quod uterque non civiliter sed armis certare parati erant. *SCH.*

3. *quin* nach *fugere, fallere.* S. Ramsh. §. 185. Grotef. §. 404. Zumpt. §. 540. — *in diss. dom.*, bei einem einheimischen Zwiespalt d. i. im Lande, nicht mit Auswärtigen. — *sine armis* [ ] Ernesti. — *hon. s. part.*, es mit der rechtlichern Partei halten. — *quique res iudicant*, iudices, quos Pompeius tertium consul CCCLX legerat. *MANUT.* Vgl. zu ep. CCCXL, 2. *Iudices DCCCL.* „Dieienigen, die sich in ihrem Urtheile nach den Sachen selbst bestimmen." *WIEL.* — *timore* Furcht vor Anklagen und den Gerichten; *mala spe*, die wegen Schulden in schlechten Aussichten leben. — *exer-*

ad considerandas utriusque copias et ad eligendam partem.
4 Prope oblitus sum, quod maxime fuit scribendum. Scis Appium censorem hic ostenta facere? de signis et tabulis, de agri modo, de aere alieno acerrime agere? Persuasum est ei censuram lomentum aut nitrum esse. Errare mihi videtur: nam sordes eluere vult; venas sibi omnes et viscera aperit. Curre, per deos atque homines! et quam primum haec risum veni: legis Scantiniae iudicium apud Drusum fieri, Appium de tabulis et signis agere. Crede mihi, est properandum. Curio noster sapienter id, quod remisit de stipendio Pompeii, fecisse existimatur. Ad summam, quaeris, quid putem futurum. Si alteruter eorum ad Parthicum bellum non eat, video magnas impendere discordias, quas ferrum et vis iudicabit. Uterque et animo et copiis est paratus. Si sine tuo periculo fieri posset, magnum et iucundum tibi Fortuna spectaculum parabat.

---

citum utriusque, dass aber ihre beiderseitigen Heere nicht mit einander zu vergleichen sind. — *satis spatii sit.* Fortasse: *satis spatii est;* nam quid coniunctivus hic sibi velit, non video. *OR.* Ueberhaupt ist uns Raum genug gelassen. — *et elig. part.*, und danach unsere Partei zu nehmen. Ei! ei! Vgl. ad Divers. VIII, 15, wo *partem* für *partes.*

4. *Scis.* Ueb. die Frage s. Ramsh. §. 174. — *ostenta facere,* vielen Spuk macht, als Censor sich gewaltig patzig macht. — *de signis . . . agere*, dass er scharfe Nachfrage thut, wie viele Bildsäulen u. Gemählde ein Ieder hat (da er doch sonst selbst aus dem Asiatischen und Europ. Griechenlande dergleichen per fas et nefas an sich zu bringen wusste), ob er nicht mehr Feld besitzt, als erlaubt ist; ob und wie viel er schuldig sei? — *lomentum aut nitrum*, Stärke oder Seife = ein Waschmittel. *lomentum* h. e. farina fabacea bei Veget. de re vet. III, 63. *lomentum fabae* das. 1, 96, 19. l. ex faba factum bei Pallad. Octob. XIV, 9. Martial. III, 42, 1. *Nitrvm*, *νίτρον* (v. *νίπτω*), auch *λίτρον*, das mineralisch alkalische Salz, woraus, mit Oel vermischt, man noch ietzt im Orient Seife macht u. womit man gleichfalls in Aegypten wäscht. Dagegen Natrum unser Salpeter. S. Plin. H. N. XXXI, 10. Ovid. Medic. 85. — *eluere*, seinen Schmutz auslaugen. — *ven. .. aperit*, und reibt sich darüber alle Adern und Eingeweide auf, d. i. durch seine strenge Censur stellt er seine eigene alte Schande bloss. — *risum*, um darüber zu lachen, regirt *haec*, was auf die folgg. accus. c. infin. hinweiset. — *leg. Sc. ... agere*, „dass beim Prätor Drusus über Sünden gegen das Scatinische Gesetz Gericht angestellt werde (s. ep. 279, 2.) und dass ein Appius gegen die Ueppigkeit mit Statuen und Gemählden eifert.” Drusus homo turpibus libidinibus deditus iudex fuit inter reos de lege Scatinia. Cf. ad Attic. II, 7. ubi Pisaurensis vocatur. Divers. XI, 19. Attic. IV, 15. 16. a Cicerone defenditur, accusatus a Lucretio. *ERN.* — *est proper.* scil. tibi. — *quod remisit de stip. Pomp.*, dass er seinen Einspruch gegen den Sold für die Legionen des Pompeius zurückgenommen hat. — *Ad summam,* am Ende. — *alteruter*, Pompeius oder Cäsar. S. ep. CCLII, 14. u. s. w. — *tibi* redeunti.

M. T. CICERONIS
EPISTOLAE
POST DECESSIONEM E PROVINCIA USQUE AD INITIUM BELLI CIVILIS
EXTREMIS MENSIBUS A. U. C. DCCIV.
SCRIPTAE.

EPISTOLA CCLXXXI. (ad Att. VI. 8.)

Scr. Ephesi Kal. Oct. A. U. C. 704. (a. C. 50.)

Attici literis a Batonio acceptis se laetatum, allatis autem ab eo terroribus Caesarianis cohorruisse scribit. 1—2. De Hirri repulsa quid ei videatur, quaerit. 3. de itinere suo refert. 4. ut de triumpho suo cogitet, rogat. 5.

CICERO ATTICO S.

Quum instituissem ad te scribere calamumque sumpsissem, Batonius e navi recta ad me venit domum Ephesi et epistolam tuam reddidit pridie Kal. Octobres. Laetatus sum felicitate navigationis tuae, opportunitate Piliae, etiam mehercule sermone eiusdem de coniugio Tulliae meae. Bato- 2
nius autem miros terrores ad me attulit Caesarianos: cum Lepta etiam plura locutus est: spero, falsa, sed certe horribilia: exercitum nullo modo dimissurum: cum illo praetores designatos, Cassium tribunum plebis, Lentulum consulem facere: Pompeio in animo esse urbem relinquere. Sed 3
heus tu, numquid moleste fers de illo, qui se solet ante-

---

1. *recta* via, gerades Weges, sofort. — *prid. Kal. Oct.*, am 30. September. — *navig. tuae* ex Epiro in Italiam. — *opport. Piliae* uxoris tuae, quae tibi obviam progressa opportune advenienti occurrerit. *MANUT.* *opp.* über das so gelegene Zusammentreffen, Antreffen. — *coniug.* mit Dolabella.

2. *Batonius*, Ciceronis amicus. — *Caesar.* = de Caesare, den Cäsar betreffend. — Q. *Lepta*, praefecto fabrûm. Vid. ad Famil. III, 7 (CCXLIV). S. zu ep. CCLII, 22. DXXI. DCXXXI. Er war bei Cicero's Kriegsheere in Cilicien gewesen und begleitete ihn, bei dem er viel galt, ietzt auf seiner Rückreise. — *cum illo ... facere*, hielten es mit ihm. — Q. *Cassium* Longinum, tribunum plebis designatum. Er war ein Bruder des nachmahligen Mörders des Cäsars, dem er selbst mit hitzigem Eifer anhing. — L. Cornelium *Lentulum Crus*, *cons.* designatum. Dieser war aber im Gegentheil eifriger Pompeianer. Von den acht erwählten Prätoren erklärten sich nur Lepidus u. Roscius für den Cäsar.

3. *heus tu!* ein Wort im Vertrauen! — *de illo* C. Hirro, „dass C. Hirrus bei seiner Bewerbung um die Aedilität abermahls (im

ferre patruo sororis tuae filii? At a quibus victus? Sed ad
4 rem. Nos Etesiae vehementissime tardarunt. Detraxit xx. ipsos dies etiam aphractus Rhodiorum. Kal. Octobr. Epheso conscendentes hanc epistolam dedimus L. Tarquitio, simul e portu egredienti, sed expeditius naviganti. Nos Rhodiorum aphractis ceterisque longis navibus tranquillitates aucupaturi eramus. Ita tamen properabamus, ut non posset magis.
5 De rauduscuIo Puteolano, gratum. Nunc velim dispicias res Romanas; videas, quid nobis de triumpho cogitandum putes; ad quem amici me vocant. Ego, nisi Bibulus, qui, dum unus hostis in Syria fuit, pedem porta non plus extulit quam domo sua, adniteretur de triumpho, aequo animo essem. Nunc vero *αἰσχρὸν σιωπᾶν*. Sed explora rem totam: ut, quo die congressi erimus, consilium capere possimus. At multa; qui et properarem et ei literas darem, qui aut

---

I. 704) durchgefallen ist." Er war im vorigen Iahre schon einmahl abgefahren. S. zu CCLXVII, 2. und bes. CCXI. — *patruo*, Cicero meint sich selbst; denn sein Bruder Quintus hatte die Schwester des Attikus zur Frau. — *solet anteferre.* Cicero konnte es nicht vergessen, dass er sich erdreistet hatte, vor drei Iahren sein Mitbewerber um das Augurat zu sein. S. ep. XXXI, 2. — *a quibus* competitoribus? sane non magnae dignitatis. Was für Wichte aber zu aediles curules für das Iahr 705 erwählt seien, ist nicht bekannt.

4. *Etesiae.* S. ep. CCLXX, 2. CCLXXIII, 5. CCLXXIV, 2 am Ende. — *aphractus*, *ἄφρακτος*, ein unverwahrtes, unverdecktes langes Ruderschiff, eine Galere. — *detraxit*, hat mich um 20 volle Tage gebracht. Ueber *ipsos* = volle, grade, genau, s. Ramsh. §. 158, 2, d. — *Epheso*, von Ephesus ab. S. Ramsh. §. 147, 1. — *consc.* im Begriff das Schiff zu besteigen, abzufahren. — *L. Tarquitio.* Popma putat esse eum, cuius ap. Plin. in Catal. Auctor. L. II. libri de disciplina Etrusca commemorantur. — *e port. egred.*, der zwar mit mir zugleich aus dem Hafen lief, in See stach; aber auf einem schnelleren Fahrzeuge. — *tranq. auc. er.*, wir wollten darauf laueren, dass sich der Wind legt; auf Meeresstille.

5. *de rauduscuIo* (klein Geldpöstchen), fortasse, quod pecuniam dissolveris C. Vestorio Puteolano a me debitam (ep. CIX). Pecunia certe debita videtur significari. *MANUT.* Vid. ep CX et CCXCIII. — *dispicere*, scharf in's Auge nehmen. — *triumpho.* S. ep.CCLXXVIII. — *porta* Antiochiae. S. ep. CCXXXVIII, 7. CCXXVI, 2. CCXLII, 4. CCL, 2. CCLII, 14. CCLXX, 3. CCLXXI, 2 ff. — *domo sua*, Romae. Respicitur autem illud, quod M. Calpurnius Bibulus in consulatu 695 propter metum Caesaris per octo menses domo egredi non erat ausus. *SCH.* S. zu ep. XLII, 2. vgl. mit L, 3. XLI, 2. XL, 1. XXII, 11. CCXCIII, 6. — *adniteretur de triumpho*, „sich nicht so sehr um die Ehre eines Triumphs bemühete." Er war in Syrien zu der Zeit, als Cicero in Cilicien Krieg führte, Proconsul gewesen und wollte die Parther besiegt haben. — *aeq. an. essem*, ich würde mich ganz ruhig halten. — *αἰσχρὸν σιωπᾶν*, turpe mihi foret quiescere nec triumphum petere, Bibulo autem concedere, ut triumphi honores assequeretur. Die zwei Griech. Worte sind aus Euripidis Philoktet entlehnt, wie de Orat. III, 35. — *At.* Oxon. *Ac.* Sch. coni. Lün. *Sat.* Placet. *ORELLI.* Cf. ad

mecum aut paullo ante venturus esset. Cicero tibi plurimam salutem dicit. Tu dices utriusque nostrûm verbis et Piliae tuae et filiae.

EPISTOLA CCLXXXII. (ad Att. VI. 9.)

Scr. Athenis Id. Octobr. A. U. C. 704. (a. C. 50.)

Laetatur Atticum ex febricula convalescere. 1. petit, ut Philotimum observet. 2. provinciam a se fratri non traditam confirmat. 3. Attici de Tulliae coniugio et de rebus publicis literas exposcit. 4—5.

CICERO ATTICO S.

In Piraeea quum exissem pridie Idus Octobr. accepi ab Acasto, servo meo, statim tuas literas: quas quidem quum exspectassem iam diu, admiratus sum, ut vidi obsignatam epistolam, brevitatem eius, ut aperui, rursus σύγχυσιν literularum, quae solent tuae compositissimae et clarissimae esse: ac, ne multa, cognovi ex eo, quod ita scripseras, te Romam venisse a. d. XII. Kalend. Octobr. cum febri. Percussus vehementer nec magis, quam debui, statim quaero ex Acasto. Ille et tibi et sibi visum et ita se domi ex tuis audisse, ut nihil esset incommode. Id videbatur approbare, quod erat in extremo, febriculam tum te habentem scripsisse. Sed amavi tamen admiratusque sum, quod nihilo minus ad me tua manu scripsisses. Quare de hoc satis. Spero enim, quae tua prudentia et temperantia est, et hercule, ut me iubet Acastus, confido te iam, ut volumus, valere. A Turranio te acce- 2

Famil. XI, 10: *Satis me multa scripsisse arbitror.* — *qui* = quippe qui, quum ego. — *et ei*, nempe Tarquitio. — *venturus esset* Romam. — *Cicero*, filius meus. — *dices* salutem.

1. *in Piraeea* litora. Nep. Them. 6 triplex Piraei portus. ad Attic. VII, 3. *ad Piraeea* bei Athen. — *exissem* navi. — *prid. id. Oct.* am 14. Octobr. — *servo*, alii *statore*. Sed conf. ad Attic. VIII, 5: „Pollucem servum a pedibus meum." Acastum nempe Cicero ad Atticum miserat, isque eius epistolam ad Ciceronem retulerat. *SCH.* — *brevitatem*, exiguitatem, tenuitatem. Neque enim, nondum resignatâ epistolâ, ad scripturam potuit referre. *CORRAD.* — *σύγχυσιν*, confusionem, literis non, ut soles, distinctis et aequabili ductu expressis. — *tuae*, a tua manu. — *compos.*, bellissime constructae. Nunc autem scripsisti vacillantibus literulis, manu a morbo minus firma. *MANUT.* — *ne multa* dicam. — *a. d. XII. Kal. Oct.*, am 20. September. — *nec* tamen. Wie zart! — *Ille* dixit. — *visum* esse. — *ut . . incomm.*, dass Deine Unpässlichkeit nicht von Bedeutung sei. — *approbare*, zu bestätigen, scil. quod Acastus dicebat. — *in extremo*, sub epistolae fine. — *scrips.* literas, epistolam. — *amavi tamen*, ich rechnete Dir diesen Beweis von Liebe sehr hoch an. — *tua manu*, eigenhändig. — *quae . . est* = pro t. pr. cet. *me iubet* confidere.

2. *a Turranio*, eodem fortasse, cuius mentio fit ad Attic. 1, 6.

pisse meas literas gaudeo. Παραφύλαξον, si me amas, τὴν τοῦ φυρατοῦ φιλοτιμίαν αὐτότατα. Hanc, quae mehercule mihi magno dolori est — dilexi enim hominem — procura, quantulacunque est, Precianam hereditatem, prorsus ille ne attingat. Dices nummos mihi opus esse ad apparatum triumphi: in quo, ut praecipis, nec me κενὸν in expetendo
3 cognosces nec ἄτυφον in abiiciendo. Intellexi ex tuis literis, te ex Turranio audisse a me provinciam fratri traditam. Adeon' ego non perspexeram prudentiam literarum tuarum? Ἐπέχειν te scribebas. Quid erat dubitatione dignum, si esset quidquam, cur placeret fratrem, et talem fratrem, relinqui? Ἀθέτησις ista mihi tua, non ἐποχὴ, videbatur. Monebas de Q. Cicerone puero, ut eum quidem neutiquam

---

(II). *SCH.* Sic Manut., ut alibi scribitur et apud Cic. et in Inscrippt. *Turannio* Ceteri mei cum Codd. *ORELLI.* — Παραφύλ..., observa conturbatoris Philotimi avaritiam ipsissime, vor der Philotimie meines Rechnungsverwirrers sei möglichst auf Deiner Hut. Dass Cicero hier das Wort *Philotimia*, wie ep. CCXLIV, 5. *Appietas*, *Lentulitas*, auf des Philotimus Hochmuth, sich in Alles zu mischen, und Geiz anspielend gebraucht, um seinen Namen zu verdecken und den langiährigen Hausfreund zu schonen, wie ep. CCLXVIII u. CCLXIX durch den Gebrauch Griechischer Sprache — da Wir in solchen Fällen Französisch schreiben —, das ist auf dessen Gutmüthigkeit und Weltklugheit zu rechnen. Er hatte sich dieses Freigelassenen der Terentia in seinen häuslichen Angelegenheiten u. bes. in Geldgeschäften bedient. — αὐτότατα = per te ipsum solum, nemine alio intercedente, wie ep. CCLXVIII, 3 εἷς δήπου. Imitatus est iocum Aristophanis in Nubb., ubi est αὐτότατος. — *procura.* Ordo verborum: procura, ne ille (Philotimus) prorsus attingat hanc Precianam hereditatem (mihi relictam), quae meh. mihi magno dolori est; dilexi enim hominem (ut multo magis velim eum vivere, quam me eius heredem esse). Cf. ep. 283.; „de hereditate Preciana, quae quidem mihi magno dolori est; valde enim illum amavi." *Precianus* iurisconsultus, cuius mentio fit ep. 139, Ciceronis amicus decesserat et Ciceroni bona sua legaverat. *SCH.* — *Precianam.* Sic Asc. 1. Crat. Sch. Lün., ut ad Divers. 14, 5. *ORELLI.* — *ne attingat*; Philotimus enim iam in nominibus Milonis turbaverat. Vid. ep. CCLXVIII, 3. — *Dices* = dic scil. Philotimo, si se immiscere voluerit Precianae hereditatis negotio. — *in quo* tu me nec adeo vanum cognosces, ut nimis ambitiose triumphi honorem appetam, nec adeo omnis fastus et ambitionis expertem, ut eum mihi oblatum abiiciam. *SCH.*

3. *ex tuis literis*, non iis, quas Acastus attulerat, sed quas ab Attico scriptas Cicero a Xenone acceperat. Cf. ep. CCLXXXIV. — *Adeon' ego* cet., ich hätte also den feinen Wink, den Du mir in Deinem Briefe gegeben hast, so ganz und gar nicht verstanden? — Ἐπέχειν *te*, Du nähmest Anstand, trügest Bedenken. S. ep. CCLXXVI, 3. — *dubitat.* tua, was bedurfte es noch Deines Bedenkens; was brauchtest Du noch Anstand zu nehmen? — Ἀτέθησις ... *non* ἐποχή. Quum te dubitare significabas, quid de fratre in provincia relinquendo agendum sit, improbare rem, non dubitare videbaris. *SCH.* ἀτέθησις enim est improbatio, reiectio; ut ἐποχή

relinquerem. *Τοὐμὸν ὄνειρον ἐμοί.* Eadem omnia, quasi
collocuti essemus, vidimus. Non fuit faciendum aliter, me-
que *ἐπιχρονία ἐποχῇ* tua dubitatione liberavit. Sed puto te
accepisse de hac re epistolam scriptam accuratius. Ego 4
tabellarios postero die ad vos eram missurus, quos puto
ante venturos quam nostrum Saufeium. Sed eum sine meis
literis ad te venire vix rectum erat. Tu mihi, ut pollice- 5
ris, de Tulliola mea, id est, de Dolabella, perscribas; de
re publica, quam praevideo in summis periculis; de cen-
soribus, maximeque de signis, tabulis, quid fiat, referaturne.
Idibus Octobr. has dedi literas: quo die, ut scribis, Caesar
Placentiam legiones quattuor. Quaeso, quid nobis futurum
est? In arce Athenis statio mea nunc placet.

---

assensionis retentio, dubitatio. — *relinquerem.* S. ep. CCLXXVI, 4. — *τοὐμὸν ὄνειρον ἐμοί.* Proverbium de iis, qui alteri narrant, quae is aeque bene aut melius scit, quam ipsi. Cicero igitur ait, Atticum, quasi sibi suum somnium narraverit, sic de filio ea suasisse, quae ipse decreverit. *SCH.* — *ἐπιχρ. ἐποχή*, diuturna dubitatio, Dein langes Zurückhalten. — *epistolam*, nempe CCLXXVI.

4. *eram missurus* = sum missurus. — *Saufeium*, cui hanc ipsam epistolam perferendam dederat. Eius mentio fit libr. VII, ep. 1. (CCLXXXIV.) Ueber L. Saufeius s. ep. VIII. XXXIV. CIX. DCCII. DCCXI. DCCLV. Er war ein Freund des Attikus, schon als Epikurer. — *rectum erat* = fuisset. S. Ramsh. §. 166, 2, c, N.

5. *id est, de Dolab.*, ich meine, wie es mit ihr und Dolabella, ihrem Bräutigam, geht. — *de censoribus*, Appio Pulchro et Calpurnio Pisone, mit welchen diese Würde aufhörte! — *de signis et tabulis*, von der strengen Verordnung des Censors Appius wegen der Bildsäulen u. Gemählde. S. ep. CCLXXX, 4. — *quid fiat*, wie sie aufgenommen wird. — *referaturne*, an de ea re ad senatum referatur, ut senatusconsultum fiat de sumptu signorum et tabularum coërcendo. *MANUT.* „ob sie bei dem Senate zum Vortrage kommen werde." — *Id. Oct.*, am 15. October. — *legiones quattuor* scil. adducturus erat. Dieses Gerücht, dass Cäsar Piacenza besetzen werde, hat sich falsch befunden. Denn er hatte damahls nur eine einzige Legion in dem Cisalpinischen Theile seiner Provinz, wozu Placentia gehörte. — *In arce*, unter diesen Umständen gefällt mir mein Standort auf der Burg zu Athen nicht übel. Est iocus. Malim hic manere, quam Romam venire, ubi nihil iam securum est. *ERNESTI. statio.* Castrensi verbo usus est, quia cum militibus erat. *MANUT.*

EPISTOLA CCLXXXIII. (ad Div. XIV. 5.)

Scr. Athenis a. d. XV. Kal. Nov. A. U. C. 704. (a. C. 50.)

Omnes uxoris epistolas sibi redditas esse nuntiat atque petit, ut sibi quam longissime obviam properet. 1. hereditatis Precianae curam ei demandat. 2.

TULLIUS S. D. TERENTIAE SUAE.

Si tu et Tullia, lux nostra, valetis, ego et suavissimus Cicero valemus. Pridie Idus Octobres Athenas venimus, quum sane adversis ventis usi essemus tardeque et incommode navigassemus. De nave exeuntibus nobis Acastus cum literis praesto fuit uno et vicesimo die, sane strenue. Accepi tuas literas, quibus intellexi te vereri, ne superiores mihi redditae non essent. Omnes sunt redditae diligentissimeque a te perscripta omnia: idque mihi gratissimum fuit. Neque sum admiratus hanc epistolam, quam Acastus attulit, brevem fuisse: iam enim me ipsum exspectabas sive nos ipsos, qui quidem quam primum ad vos venire cupimus: etsi, in quam rempublicam venimus, intelligo. Cognovi enim ex multorum amicorum literis, quas attulit Acastus, ad arma rem spectare: ut mihi, quum venero, dissimulare non liceat, quid sentiam. Sed, quoniam subeunda fortuna est, eo citius dabimus operam ut veniamus, quo facilius de tota re deliberemus. Tu velim, quod commodo valetudinis tuae
2 fiat, quam longissime poteris, obviam nobis prodeas. De hereditate Preciana, quae quidem mihi magno dolori est, — valde enim illum amavi — sed hoc velim cures: si

---

TERENTIAE. S. zu ep. LIX im Anf.

1. *lux nostra*, unser Augapfel. — *Prid. Id. Oct.*, am 14. October. — *venimus* ex Cilicia redeuntes. — *advers. vent.*, Etesiis. S. d. CCLXXXI. Br. §. 4. — *Acastus.* S ep. CCLXXXII, 1. — *uno et vic. die*, von seiner Abreise aus Rom gerechnet. — *strenue*, hurtig. — *quibus*, Lamb. *ex quibus intell.* — *nos ipsos*, me filiumque. — *cupimus.* Md. Bas. Neap. Asc. Beng. Bened. *cupiamus.* Gul. susp. *cupiebamus.* — *venimus.* Defendit hanc lectionem Md. Crat. Vict. 1. 2. Graev. Bened. Heusing. ad *Mall. Theod.* §. 51. *veniemus* Codd. aliquot Lall. *veniamus* Lamb. Ern. Sch. Lün. *ORELLI.* — *ad arma* inter Caesarem et Pompeium. *arma* = bellum, certe motus. — *quid sentiam*, meine Gesinnungen; welche Partei ich ergreifen wolle. — *quoniam.* S. ep. CCLXVII, 4 am Ende. „weil es einmahl gewagt sein soll, dem Geschick entgegen zu gehen." — *quod* = sofern es Deine Gesundheit erlaubt. Ramsh. §. 182. Not. 1. — *prodeas.* Sic Vict. 1. 2. Lamb. *propeas* Md. Saepe literae *d* et *p.* confunduntur. *properes* Bas. Crat. Graev. Ern. Bened. Sch. Lün. *ORELLI.*

2. *Preciana.* S. vorig. Br. §. 2. — *sed* = so wollt ich sagen. om. *sed* Neap. Asc. Crat. Lamb. Bened. Schütz. Lün. Male; saepe sic post parenthesin. *OR.* Ramsh. §. 206, B, 6. *). Epanalepsis. —

auctio ante meum adventum fiet, ut Pomponius, aut, si is minus poterit, Camillus nostrum negotium curet. Nos quum salvi venerimus, reliqua per nos agemus: sin tu iam Roma profecta eris, tamen curabis, ut hoc ita fiat. Nos, si dii adiuvabunt, circiter Idus Novembres in Italia speramus fore. Vos, mea suavissima et optatissima Terentia [*et Tulliola*], si nos amatis, curate ut valeatis. Vale. Athenis, a. d. xv. Kalendas Novembres.

EPISTOLA CCLXXXIV. (ad Att. VII. 1.)

Scr. Athenis circa XV. Kal. Nov. A. U. C. 704. (a. C. 50.)

Breviter repetit ea, quae superiore epistola scripserat. 1 — 2. rogat, ut impendente bello civili inter Caesarem et Pompeium de omni statu suo cogitet. 3 — 5. cohortem suam abstinentiam, quam diu simularant, extremo proconsulatus tempore deposuisse queritur. 6. petit, ut se in triumpho consequendo adiuvet. 7 — 8. de Philotimi fraudibus cavendis et persequendis monet. 9.

CICERO ATTICO S.

Dederam equidem L. Saufeio literas et dederam ad te unum, quod, quum non esset temporis mihi ad scribendum satis, tamen hominem tibi tam familiarem sine meis literis ad te venire nolebam. Sed, ut philosophi ambulant, has tibi redditum iri putabam prius. Sin iam illas accepisti, scis me Athenas venisse pridie Idus Octobres; e navi egressum in Piraeeum tuas ab Acasto nostro literas accepisse; conturbatum, quod cum febre Romam venisses; bono tamen animo esse coepisse, quod Acastus ea, quae vellem, de allevato corpore tuo nuntiaret; cohorruisse autem me, quod

---

si auctio . . fiet, si eius bona publice distrahentur et vendentur. — *Pomponius* Atticus, an welchen er im vorigen Briefe geschrieben hatte, nicht zuzugeben, dass Philotimus seine Hände bei dieser Erbschaft im Spiele habe. — C. *Camillus*, ein begüterter Römischer Ritter, der Cicero's Freund u. bes. des Landgüterrechts sehr kundig war. S. ad Famil. XV, 14. V, 20. IX, 20. ad Attic. V, 8. 20. XI, 16. 23. XIII, 33. XIV, 5. 14. — *per nos*, durch mich selbst. — *si dii adiuv.*, mit göttlichem Beistande. — *circ. Id. Nov.*, gegen den 13. November. — [*et Tulliola*] Ex supplemento forte non necessario Bas. Edd. praeter Vict., qui omis. cum Md. *OR.* — *Vale.* Sic Md. Bas. Vict. 1. 2. Bened. omis. *Vale* Cett. *OR.* — *a. d. xv. Kal. Nov.*, am 18. October.

1. *L. Saufeio.* S. ep. CCLXXXII, 4. — *ut philosophi ambulant.* Nempe tarde, non assueti labori, praesertim e schola Epicuri, e qua Saufeius erat. *ERN.* „etwas langsame Fussgänger sind." — *istas*, epistolam CCLXXXIII. — *ea . . . de allev. c. tuo*, die erwünschteste Nachricht über Dein Besserbefinden. — *cohorruisse*,

tuae literae de legionibus Caesaris afferrent; et egisse tecum, ut videres, ne quid *φιλοτιμία* **eius, quem nosti, nobis noceret; et de quo iam pridem ad te scripseram, Turranius autem secus tibi Brundisii dixerat: — quod ex iis literis cognovi, quas a Xenone, optimo viro, accepi — cur fra-**
2 trem provinciae non praefecissem, exposui breviter. Haec fere sunt in illa epistola. Nunc audi reliqua. Per fortunas! omnem tuum amorem, quo me es amplexus, omnemque tuam prudentiam, quam mehercule in omni genere iudico singularem, confer iam ad eam curam, ut de omni statu meo cogites. Videre enim mihi videor tantam dimicationem — nisi idem deus, qui nos melius, quam optare auderemus, Parthico bello liberavit, respexerit rem publicam — sed tantam, quanta nunquam fuit. Age hoc malum mihi commune est cum omnibus. Nihil tibi mando, ut de eo cogites. Illud meum proprium *πρόβλημα*, **quaeso, suscipe. Videsne, ut te auctore sim utrumque complexus? Ac vellem a principio te audisse amicissime monentem,**

Ἀλλ' ἐμὸν οὔποτε θυμὸν ἐνὶ στήθεσσιν ἔπειθες,
Πατρίδος —

Sed aliquando tamen persuasisti, ut alterum complecterer,

Ern. susp. *conterruisse.* — *de leg. Caes.* ep. 282 am Ende. — *φιλοτ.* s. ep. 282, 2. — *et de quo.* Sic Md. cet. Totam loci pravam distinctionem correxi cum Sch. in Ed. mai., qui coni. scripsit: *denique de quo. ORELLI.* Sic et Lünem. — *secus* = unrecht. Ceterum quod Turranius Attico *secus* dixerat, ad Quintum fratrem provinciae non praefectum, non autem ad Philotimum pertinere, planissime perspicitur ex his ep. 282. §. 3. verbis: *Intellexi* etc. — *ex iis,* Asc. 1. Crat. Vict. 1. Lamb. *ex his.* — *a Xenone.* Non est dubium, quin hic idem sit, qui nominatur ep. 196, 5. et 198, 6. —

2. *Per fortunas!* bei meinem ganzen Wohl oder Weh! — *in omni* negotiorum et officiorum *genere.* Ordo verborum: *confer iam omnem .. amorem ... omnemque .. prudentiam ... ad eam curam.* Vocab. enim *amorem* non pendet e v. *per* ante *fortunas.* — *Videre,* im Voraus sehen, entgegen sehen. — *statu,* Lage. — *dimic.,* zwischen Cäsar u. Pompeius. — *respex.,* in Gnaden sich des Freistaats annimmt, ihn gnädig ansieht. — *sed* nach der Parenth. = sag' ich. Epanalepsis. — *age,* ut saepe, attentionem alterius excitat = doch wohlan! Cfr. Hand *Tursell.* 1. p. 208. — *de eo,* auf Mittel dagegen. — *meum propr.,* dagegen bitt' ich, übernimm die Auflösung folgender Aufgabe, die bloss mich selbst betrifft. — *utrumque* Caesarem et Pompeium. *complexus, Pompeium et Caesarem?* Md. Oxon. 2. Helmst. Rom. Iens. Asc. 1. Crat. *ORELLI.* — *amiciss. monentem.* Haec referenda ad Caesarem tantum. Nam Cicero ante exsilium refugerat amicitiam Caesaris, Pompeio autem penitus se dederat, quo nomine saepe eum Atticus reprehendit. *CASAUB.* — *ἀλλ' ἐμὸν.* Versiculi paululum inflexi ex Odyss. IX, 33. 34. — *Πατρίδος ὡς οὐδὲν γλύκιον ἧς.* Im Homer *ὡς οὐδὲν γλύκιον ἧς πατρίδος.* Cicero stimmte nur das eine Hauptwort an. — *alterum,*

quia de me erat optime meritus; alterum, quia tantum valebat. Feci igitur. Itaque effeci omni obsequio, ut neutri illorum quisquam esset me carior. Haec enim cogitabamus; 3
nec mihi, coniuncto cum Pompeio, fore necesse peccare in re publica aliquando; nec cum Caesare sentienti pugnandum esse cum Pompeio: tanta erat illorum coniunctio. Nunc impendet, ut et tu ostendis et ego video, summa inter eos contentio. Me autem uterque numerat suum, nisi forte simulat alter. Nam Pompeius non dubitat, — vere enim iudicat — ea, qnae de re publica nunc sentiat, mihi valde probari. Utriusque autem accepi eiusmodi literas eodem tempore, quo tuas, ut neuter quemquam omnium pluris facere quam me videretur. Verum quid agam? Non quaero 4
illa ultima, — si enim castris res geretur, video cum altero vinci satius esse, quam cum altero vincere — sed illa, quae tum agentur, quum venero; ne ratio absentis habeatur, ut exercitum dimittat. *DIC M. TULLI.* Quid dicam? „Exspecta, amabo te, dum Atticum conveniam?" Non est locus ad tergiversandum. Contra Caesarem? Ubi illae sunt densae dexterae? Nam, ut illi hoc liceret, adiuvi, rogatus ab ipso Ravennae de Caelio tribuno plebis.

Caesarem, *quia tantum valebat*, weil er so viel vermochte. — *omni obseq.*, durch Dienstwilligkeit, Gefälligkeit aller Art.

3. *Haec* weiset auf die folg. accus. c. infinit. — *pecc. in re p.*, mich an der Republik zu versündigen. *in rem publicam* Rom. Asc. 1. Crat.: sed cfr. Gernhard *ad Lael. p.* 94. *ORELLI.* — *tanta ... coni.*, so enge war damahls ihre Verbindung, Vereinigung. Den besten Commentar zu dieser Stelle gibt ep. CXLVIII, 9 ff. — *simulat alter*, Caesar.

4. *Non ... illa ultima*, ich frage nicht, Was ich zu thun habe, wenn es zum Aeussersten kommt. — *cum altero*, Pompeio, *vinci.* — *cum altero*, Caesare. — *quae tum agentur* in Senatu; nämlich die Fragen: ob Cäsar bei der nächsten Consulwahl, wofern er nicht in Person anhält, solle übergangen oder sein Kriegsheer zu entlassen genöthigt werden. — *venero* Romam. „Wenn es dann im Senate bei der Verhandlung heisst: *DIC M. TULLI*, rede M. Tullius! gib Deine Stimme ab. Solennis formula, qua consules utebantur in rogandis sententiis. Sic et ep. 3 et 7. Libr. VII ad Attic. *GRAEV.* — *quid dicam?" Exsp.* Was soll ich dann sagen? Etwa: Sei so gut und warte, bis ich mich mit Attikus besprochen habe?" Possen! Denn da gilt kein Achselzucken u. Zaudern. Auf der Stelle werde ich meine Stimme aussprechen müssen. — *Contra Caesarem* scil. dicam? — *ubi illae sunt densae dexterae*, promissa crebra, datâ dextrâ firmata? wo blieben da meine dem Cäsar mit Handschlag gegebenen zahlreichen Versprechungen? — *ut illi hoc liceret*, scil. postulare, ut sui absentis in consulatus petitione ratio haberetur. — *adiuvi*, dazu hab' ich ihm mit verholfen. — *ab ipso Ravennae.* Caesar quum Ravennam venisset, literis ad Ciceronem missis hoc rogaverat. — *de Caelio*, ut M. Caelium (Vid. ad ep. CXCII init.), amicissimum meum, tribunum plebis inducerem ad

Ab ipso autem? Etiam a Cnaeo nostro in illo divino tertio consulatu. Aliter sensero? *Αἰδέομαι* non Pompeium modo, sed *Τρῶας καὶ Τρῳάδας: Πουλυδάμας μοι πρῶτος ἐλεγχείην ἀναθήσει.* Quis? Tu ipse scilicet, laudator et factorum et scriptorum meorum. Hanc ergo plagam effugi per duos superiores Marcellorum consulatus, quum est actum de provincia Caesaris. Nunc incido in discrimen ipsum. Itaque, ut stultus primus suam sententiam dicat: mihi valde placet de triumpho nos moliri aliquid; extra urbem esse cum iustissima causa. Tamen dabunt operam, ut eliciant sententiam meam. Ridebis hoc loco fortasse. Quam vellem etiam nunc in provincia morari! Plane opus fuit, si hoc impendebat. Etsi nil miserius. Nam, *ὁδοῦ πάρεργον*, volo te

---

legem ferendam de habenda Caesaris absentis ratione. Quod factum est. Latum enim a decem tribunis plebis i. e. ab universo collegio, consule tertium Pompeio; quo anno tribunus plebis fuit M. Caelius, ut ex Paediano cognoscitur in argumento Milonianae. *MANUT.* S. Wielands historische Einleitung zum 3. Bde seiner Uebers. — *de Caelio*; sed *de decem tribunis pl.* Lamb. Muretus in Add. Graevii. cfr. *ad Attic.* 7, 3: *cur tanto opere pugnatum est, ut de eius absentis ratione habenda decem tribuni pl. ferrent? ORELLI.* — *a Cnaeo* scil. rogatus sum. — *divino*, ironisch. Denn es ereigneten sich damals eine Menge wundersamer Dinge: 1) dass Pompeius gegen ein Grundgesetz der Republik und ohne Beispiel zum alleinigen Consul erwählt wurde; 2) dass er dem Cäsar die oben erwähnte höchst gefährliche Befreiung vom Staatsgrundgesetze bewirken half; so dass er abwesend sollte um das Consulat anhalten dürfen. u. s. f. — *Aliter sensero?* und nun sollt' ich anders denken, stimmen? *aliter* scil. *ac nunc quidem Pompeius sentit.* Quum non possim tacitus praeterire nec dicere contra Caesarem, pro Caesare locutus fuero? — *Αἰδέομαι κ. τ. λ.* „Ich müsste mich ia schämen, nicht bloss vor Pompeius u. s. w." Aus Ilias VI, 442 u. XXII, 105. Vgl. ep. 31, 1. — *Πουλυδάμας*, quo versu supra ep. XXXI Catonem designabat, h. l. autem Atticum. — *ἐλεγχ. ἀναθήσει*, wird mich mit Tadel belasten. — *Quis* scil. est *Πουλυδάμας* ille?

5. *plagam*, so war ich denn diesem Fanggarne während der beiden Consulate der Marceller, wo über Cäsars Provinz verhandelt ward, als Statthalter von Cilicien so glücklich entgangen; brauchte mich als Abwesender über diese politische Frage nicht zu erklären. M. Claudius Marcellus war 703 u. C. Claudius Marcellus 704 Consul. Diese beiden Iahre verstrichen dem Cicero über seiner Cilicischen Statthalterschaft u. der Hin- und Rückreise. — *in discrimen*, plagam. — *Itaque, ut stultus* i. e. alius quicunque stolidus senator, qui periculum non sentiat, *primus sententiam dicat*, mihi placet hanc plagam sic effugere, ut triumphi petendi causa extra urbem maneam nec in senatum veniam. Equidem enim stultus sim, si hoc in discrimine sententia in senatu dicenda periculum subeam vel Caesarem vel Pompeium laedendi. Ueber *ut* = gesetzt dass, möge immerhin, s. Ramsh. §. 191, 2. — *hoc loco*, bei dieser Stelle. — *plane opus fuit* h. e. utile, das wäre am Besten gewesen. — *Etsi* = gleichwohl. — *miserius* quam in provincia manere; nimirum alias ob causas, quarum unam statim affert. — *ὁδοῦ πάρ.*, ut

hoc scire: omnia illa prima, quae etiam tuis literis in caelum ferebas, ἐπίτηκτα fuerunt. Quam non est facilis vir- 6
tus! quam vero difficilis eius diuturna simulatio! Quum enim hoc rectum et gloriosum putarem, ex annuo sumptu, qui mihi decretus esset, me C. Caelio quaestori relinquere annuum, referre in aerarium ad H-S x.; ingemuit nostra cohors, omne illud putans distribui sibi oportere; ut ego amicior invenirer Phrygum et Cilicum aerariis quam nostro. Sed me non moverunt. Nam et mea laus apud me plurimum valuit. Nec tamen quicquam honorifice in quemquam fieri potuit, quod praetermiserim. Sed haec fuerit, ut ait Thucydides, ἐκβολὴ λόγου non inutilis. Tu autem de nostro 7
statu cogitabis: primum, quo artificio tueamur benevolentiam Caesaris: deinde de ipso triumpho, quem video, nisi rei publicae tempora impedient, εὐπόριστον. Iudico autem quum ex literis amicorum, tum ex supplicatione; quam qui non decrevit, plus decrevit, quam si omnes decresset triumphos. Ei porro assensus est unus familiaris meus, Favonius, alter iratus, Hirrus. Cato autem et scribendo adfuit et ad me de sententia sua iucundissimas literas misit. Sed tamen gratulans mihi Caesar de supplicatione, triumphat de sententia Catonis: nec scribit, quid ille sententiae dixerit, sed

---

obiter dicam. — *hoc*, folgendes; nämlich *omnia* etc. quae tibi de abstinentia omnium, qui fuerunt in cohorte mea, scripseram (ut ep. 196. 198. 209). *SCH.* — *tuis literis.* Lamb. *etiam tu l.* Hinc Bentiv. suspic. *etiam tu tuis. OR.* — *ἐπίτηκτα fuerunt* i. e. fluxa, ist rein zu Wasser geworden.

6. *virtus*, Rechtschaffenheit, integritas, abstinentia. — *simulatio*, Erheuchelung. Significat se hoc sensisse exemplo suorum, qui, quum abstinentiam tamdiu simulassent, tamen sub decessum suum e provincia prodidissent, se illam virtutem simulasse tantum, non vere habuisse. *SCH.* — *annuo*, von der Summe, die mir iährlich zu meinem Aufwand angewiesen war. — *annuum*, quod ei, ut quaestori, in annum deberetur, ex annuo sumptu, qui mihi decretus est, relinquere adeoque de meo dare volebam. *SCH.* Ueber *Caelius* s. ep. 262. — *referre in aer.*, in die Staats-Schatzkammer abzuliefern. — *ad H-S x.* gegen eine Million Sestertien = 100,000 Fl. Rhein. — *nostra cohors*, mein Gefolge. — *me non mov.*, ihr Murren focht mich nicht an. — *laus*, Beifall; des Gewissens. — *in quemquam* illorum, qui in cohorte mea fuerunt. *SCH.* — *ἐκβολὴ λόγου*, degressio, eine Abschweifung, gelegentlich beigefügte Notiz. S. Thucyd. 1, 97.

7. *εὐπόριστον*, impetratu facilem. — *ex supplicatione*, quae est plerumque praerogativa (Vorläuferinn) triumphi. *SCH.* — *non decrevit* i. e. Cato, qui plus decrevit quam ceteri, quia sententia sua dixerat supplicationem esse inferiorem dignitate Ciceronis (Vid. ep. CCLXVI). *SCH.* — *Favonius.* s. ep. CCLXVIII, 2. CCLXXVIII. — *iratus* mihi, aus Zorn gegen mich. S. dens. Brief. — *scrib. adfuit.* S. ep. 278, 2. — *iucund. liter.* ep. CCLXVI. — *triumphat de s. Cat.*, scil. ut mihi persuadeat Catonem invidia et malevolen-

tantum, supplicationem eum mihi non decrevisse. Redeo
8 ad Hirrum. Coeperas eum mihi placare: perfice. Habes Scrofam, habes Silium. Ad eos ego etiam antea scripsi et ad ipsum Hirrum. Locutus enim erat cum iis commode, se potuisse impedire, sed noluisse: assensum tamen esse Catoni, amicissimo meo, quum is honorificentissimam in me sententiam dixisset; nec me ad se ullas literas misisse, quum ad omnes mitterem. Verum dicebat; ad eum enim
9 solum et ad Crassipedem non scripseram. Atque haec de rebus forensibus. Redeamus domum. Diiungere me ab illo volo. Mirus est φυράτης, germanus Lartidius.

Ἀλλὰ τὰ μὲν προτετύχθαι ἐάσομεν, ἀχνύμενοί περ.

Reliqua expediamus. Hoc primum, quo accessit cura dolori meo: sed hoc tamen, quidquid est, Precianum cum iis

---

tia adductum mihi supplicationem non decrevisse eamque ob causam me ab eo abalienet. *SCH.* „iubelt, frohlockt, iauchzt er höhnisch über Cato's Stimme." Vgl. ep. CCXCIII, 7.

8. Cn. Tremellium *Scrofam*, einen Senator. S. ep. CCLII, 13. Verrin. 1, 10. Varro de R. R. 1, 2. II, 4. Macrob. Saturn. 1, 6. — *Silium* senatorem. S. ep. CCLII, 13; sonst noch ad Attic. X, 13. XII, 18. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 33. 35. Nicht zu verwechseln mit dem P. Silius, Proprätor von Bithynien u. dem Pontus. S. ep. CCLI. ad Famil. VII, 21. IX, 16. XIII, 62. „Beide kannst Du dazu gebrauchen, den Hirrus mit mir auszusöhnen." — *se potuisse.* Asc. 1. Crat. Lamb. Vict. 2. distinguunt: *cum iis, commode se p. OR.* — *impedire* supplicationem mihi decretam. — *literas misisse* de supplicatione decernenda. — *quum* = da doch, obgleich — *ad Crassipedem*, generum, dem vormahligen zweiten Manne seiner Tullia, die er sehr bald ihrem Vater zurück geschickt hatte. S. ep. CXIII. LVII. CIII. CIV. CCXXXVII. CCCLII. Liv. XXXVIII, 42. Er scheint sich iedoch mit ihm nachher ausgesöhnt zu haben. S. Tunstalli epist. ad Manut. p. 187. 188. — *non scripseram* de supplicatione.

9. *Redeamus domum*, ad res domesticas. — *ab illo* Philotimo. S. zu §. 1 φιλοτιμία. — *Mirus est φυράτης*, conturbator, er weis meisterhaft im Trüben zu fischen. Lamb. *Merus.* — *germ. Lartidius*, er ist ein ausgemachter Gauner. Videtur furcifer aliquis, tunc temporis omnibus notus. Explicant inde a Turnebo *Adv.* 20, 16., quasi esset *Laertiades*, (Ulysses, Laërtis filius, callidissimus veterator) quod locum non habere recte vidit Sch. in Ed. maiori. *ORELLI.* Vielleicht war es ein eben so diebischer Sklav des Cicero, als *Hilarus* (s. ep. 16. 562. 611.), was Schütz vorschlug und Matthiae *Epp. sel.* p. 174 aufnahm. Ueber den Namen Lartidius s. Grut. Inscrippt. 428, 5. — *Ἀλλὰ κ. τ. λ.* aus Homers Il. *Σ.* od. XVIII Ges. Vers 112: „Aber lassen wir, Was geschehn ist, wie es auch schmerzet!" — *Reliqua exped.*, retten wollen wir lieber, Was noch zu retten ist. — *Hoc primum* (vor Allem) . . . *sed* (diess Precianische Geschäft, diese Erbschaft, sag' ich) *hoc tamen.* Epanalepsis. — *quo accessit cura dolori* . . *Precianum*, negotium hereditatis Precianae, quo accessit cura eam expediendi dolori meo ex amici huius morte concepto. *SCH.* Vgl. ep. CCLXXXII, 2. — *cum iis.*

rationibus, quas ille meas tractat, admisceri nolo. Scripsi ad Terentiam, scripsi etiam ad ipsum, me quidquid possem nummorum ad apparatum sperati triumphi ad te redacturum. Ista puto *ἀμεμπτα* fore: verum ut lubebit. Hanc quoque suscipe curam, quemadmodum experiamur. Id et ostendisti quibusdam literis, ex Epiro an Athenis datis, et in eo ego te adiuvabo.

EPISTOLA CCLXXXV. (ad Div. XVI. 1.)

(Scr. in itinere III. Non. Nov. A. U. C. 704. (a. C. 50.)

Suum desiderium Tironi, quem Patris aegrotum reliquerat, significat eique valetudinis curam diligenter commendat. 1 — 3.

TULLIUS TIRONI SUO S. P. D. CICERO MEUS ET FRATER ET FRATRIS FIL.

Paullo facilius putavi posse me ferre desiderium tui, sed plane non fero; et quamquam magni ad honorem nostrum interest, quam primum ad urbem me venire, tamen peccasse mihi videor, qui a te discesserim; sed quia tua voluntas ea videbatur esse, ut prorsus, nisi confirmato cor-

---

Asc. 1. Crat. Vict. 1. *cum his.* — *meas*, wo man erwartet hätte *cum iis meis rationibus*, *quas ille* Philotimus *tractat*, unter Händen hat. S. Ramsh. §. 159, 3, d). — *me ... ad te redacturum*, ich würde alles Geld, was ich nur immer aufbringen könnte, zur Bestreitung der Kosten meines verhofften Triumphs an Dich anweisen. — *ἄμεμπτα*, non accusanda. Si ad te pecunia in triumphi apparatum redigetur, non erit quod factum meum Philotimus accuset tanquam ei non confidentis, quum te, non quemvis, illi praeferam in re triumphali, non domestica. *MANUT.* — *verum ut lubebit.* Verum si de ea re queri Philotimus volet, faciat; mea nihil id refert; facile patior. *SCH.* — *quemad. exper.*, hilf mir auch darauf denken, wie wir Alles aus ihm herauslocken und ihm zu Leibe gehen können; quemadmodum de fraudibus Philotimi iure experiamur, eumque ut mihi reddat, quod intervertit, cogamus. *Experiri* saepe simpliciter poni pro *iure experiri*, *lege agere* notum est. *SCH.* Vgl. Forcellini Lexic. tot. Lat. Vol. II sub h. v. — *Id et.* Non est necessarium ut *tu* inseratur: nam *ego* in seqq. respondet v. *te*, nec h. l. oppositionem v. *tu* requirit. *ORELLI.* — *ostendisti*, Du hast mir einen Wink darüber gegeben. — *ex Ep. an Athenis* dubius sum. — *et in eo ego te adiuvabo* suppeditandis scil. ad convincendum Philotimum argumentis. *SCH.*

TIRONI. Dieser, erst Sklav, dann Freigelassener des Cicero, war durch Gelehrsamkeit, Treue und angenehmen Umgang der Liebling desselben geworden. Nach Cicero's Tode hat er dessen Briefe ad Diversos gesammelt und herausgegeben.

1. *ad honor. n.*, in Hinsicht auf meinen Triumph. — *ad urbem*, vor Rom anzukommen, wo er auf den Triumph warten musste. — *peccasse*, *qui* = peccasse in eo, quod ego. — *navigare*, Dich auf

pore, nolles navigare, approbavi tuum consilium, neque nunc muto, si tu in eadem es sententia. Sin autem postea, quam cibum cepisti, videris tibi posse me consequi, tuum consilium est. Marionem ad te eo misi, ut aut tecum ad me quam primum veniret, aut, si tu morarere, statim ad
2 me rediret. Tu autem hoc tibi persuade, si commodo valetudinis tuae fieri possit, nihil me malle quam te esse mecum: si autem intelliges opus esse te Patris convalescendi causa paullum commorari, nihil me malle quam te valere. Si statim navigas, nos Leucade consequere: sin te confirmare vis, et comites et tempestates et navem idoneam ut habeas, diligenter videbis. Unum illud, mi Tiro, videto, si me amas, ne te Marionis adventus et hae literae moveant. Quod valetudini tuae maxime conducet, si feceris, maxime
3 obtemperaris voluntati meae. Haec pro tuo ingenio considera. Nos ita te desideramus, ut amemus: amor, ut valentem videamus, hortatur: desiderium, ut quam primum. Illud igitur potius. Cura ergo potissimum, ut valeas: de tuis innumerabilibus in me officiis erit hoc gratissimum. III. Nonas Novembres.

---

die See wagen, abschiffen. — *approb.*, so hab' ich Deine Vorsicht gebilligt. — *muto consil.*, ich ändere meine Gedanken. — *Sin autem.* Lamb. delev. *autem.* Vide Ramsh. §. 190, Anmerk. 3, *). — *cibum cepisti* stomacho non, ut antea, respuente. *MANUT.* — *me consequi*, mich einzuholen. — *tuum consilium est*, so lasse ich das gänzlich auf Dein Urtheil ankommen. — *Marionem*, Einen seiner Sklaven.

2. *hoc tibi pers.*, halte Dich dessen versichert. — *commodo*, ohne Nachtheil. — *si autem*, Crat. *sin autem*, Lamb. *sin.* — *Patris*, zu Patrae, ietzt Patrasso, in Achaia auf dem Peloponnes (Morea). Die Stadt hatte einen guten Hafen. — *valere*, als dass Du wieder gesund werdest. — *Leucade*, einer Stadt in Akarnanien, ietzt Santa Maura. — *sin te confirm. vis*, willst Du Dich aber erst ganz wieder erholen, stärken. — *videbis* loco imperativi. — *moveant*, zu vielen Einfluss auf Deinen Entschluss habe, Dich zu einer zu frühzeitigen Abreise auftreibe, aufiage.

3. *pro tuo ingenio*, nach Deinem besten Verstande. Si scriberet ad hominem alicuius auctoritatis, dixisset *pro tua sapientia.* Diligenter expende, ut soles. *GRONOV.* — *quam primum* te valentem videamus. — *Illud* scil. ut valentem videam. — *III. Non. Nov.*, am 3. November. Uebrigens ist zu bemerken, dass Tiro schon im Iunius u. Iulius in der Provinz unpässlich war. S. ep. 270, 2 gegen Ende.

EPISTOLA CCLXXXVI. (ad Div. XVI. 2.)

Scr. Alyziae Non. Nov. A. U. C. 704. (a. C. 50.)

Solicitudinem de Tironis valetudine significat et, ut eam diligenter curet, rogat.

TULLIUS TIRONI SUO S.

Non queo ad te nec lubet scribere, quo animo sim affectus: tantum scribo et tibi et mihi maximae voluptati fore, si te firmum quam primum videro. Tertio die abs te ad Alyziam accesseramus. Is locus est citra Leucadem stadia cxx. Leucade aut te ipsum aut tuas literas a Marione putabam me accepturum. Quantum me diligis, tantum fac ut valeas, vel quantum te a me scis diligi. Nonis Novembr. Alyzia.

EPISTOLA CCLXXXVII. (ad Div. XVI. 3.)

Dat. Alyzia a. d. VIII. Id. Nov. A. U. C. 704. (a. C. 50.)

Rogat, ut valetudinem confirmet. 1—2.

TULLIUS ET CICERO TIRONI SUO S. D. ET Q. PATER ET FILIUS.

Nos apud Alyziam, ex quo loco tibi literas ante dederamus, unum diem commorati sumus, quod Quintus nos consecutus non erat. Is dies fuit Nonae Novembr. Inde ante lucem proficiscentes, ante diem viii. Idus Novemb. has literas dedimus. Tu, si nos omnes amas et praecipue me, magistrum tuum, confirma te. Ego valde suspenso animo 2
exspecto, primum te scilicet, deinde Marionem cum tuis literis. Omnes cupimus, ego in primis, quam primum te videre: sed, mi Tiro, valentem. Quare nihil properaris:

---

1. *quo animo s. aff.*, wie mir Deinetwegen zu Muthe ist. — *tantum* = hoc solum. — *firmum*, bei fester Gesundheit. — *abs te* scil. postquam discesseram; discesserat autem a Tirone iv. Nonis Novemb. (am 2. Nov.), ut ipse affirmat ep. 292. — *Alyziam* in Akarnanien, ietzt Porto Candello. Hier ein Hafen und Tempel des Hercules, von wo die durch Lysippus daselbst abgebildeten Thaten ienes Heröen nach Rom gebracht wurden. — *stadia cxx.* = 15 Römisch. Meilen. — *tuas*, von Dir. — *Marione.* S. vorig. Br. §. 2. — *Non. Nov.*, am 5. Nov. — *Alyzia*, von Alyzia aus.

1. *Alyziam.* S. vorig. Br. — *consec.*, erreicht, eingeholt. — *fuit.* Zumpt §. 369. Schulz §. 72, 8. — *Non. Nov.* 5. Nov. — *viii. id. Nov.*, am 6. Nov.

2. *suspenso* inter spem et metum, in schwankender Ungewissheit. — *scil.*, versteht sich. — *nihil prop.*, übereile Dich nicht. —

satis cito quotidie videro, si valebis. Utilitatibus tuis possum carere: te valere tua causa primum volo, tum mea, mi Tiro. Vale.

EPISTOLA CCLXXXVIII. (ad Div. XVI. 4.)

Scr. Leucade VII. Id. Nov. A. U. C. 704. (a. C. 50.)

Hortatur, ut valetudini serviat nec, antequam plane confirmatus sit, proficisci festinet. 1 — 4.

TULLIUS TIRONI SUO S. P. D. ET CICERO ET Q. FRATER ET Q. F.

Varie sum affectus tuis literis: valde priore pagina perturbatus, paullum altera recreatus. Quare nunc quidem non dubito, quin, quoad plane valeas, te neque navigationi neque viae committas. Satis te mature videro, si plane confirmatum videro. De medico et tu bene existimari scribis et ego sic audio. Sed plane curationes eius non probo. Ius enim dandum tibi non fuit, quum κακοστόμαχος esses:
2 sed tamen et ad illum scripsi accurate et ad Lysonem. Ad Curium vero, suavissimum hominem et summi officii summaeque humanitatis, multa scripsi; in his etiam, ut, si tibi videretur, te ad se transferret. Lyso enim noster vereor ne negligentior sit: primum, quia omnes Graeci; deinde quod, quum a me literas accepisset, mihi nullas remisit. Sed eum tu laudas. Tu igitur, quid faciendum sit, iudicabis. Illud, mi Tiro, te rogo, sumptu ne parcas ulla in

---

satis quotidie videro, Lamb. *te videro*. Schütz. Lün. de Ern. susp. *satis cito te videro* (ich sehe Dich immer früh genug). Haud displicet. *ORELLI*. — *Utilit.* = operis (Dienste), quas Tiro, quum valeret, Ciceroni praebere solitus erat; ut ab eo, quo utimur, non ab eo, quod utile est, deducatur. Sic ep. 296: „Tironem, etsi mirabiles utilitates mihi praebet cet." *MANUT*. Ueber die Metonymie s. Ramsh. §. 203, 2, c. — *tum*, dann erst.

1 — 2. *Varie*, traurig u. fröhlich. — *recreat.*, wieder erquickt, getröstet. — *viae* der Reise zu Lande. — *de medico .. bene existimari*, dass Dein Arzt in gutem Ruf stehe. — *ius*, Kraftbrühen. — *κακοστ.*, imbecillo stomacho, da Du einen schwachen Magen hast. S. Celsus II, 24. Seine Krankheit, sein kaltes Fieber, febris tertiana, verwandelte sich nachher in ein viertägiges, also schlimmeres Fieber. S. ep. CCCI, 1. — *Lysonem* Patrensem, Ciceronis hospitem, de quo ad Famil. XIII, 19 (487). *SCH*. Der Arzt zu Paträ hiess Asclapo. S. ep. CCXCII, 2. u. CCCCLXXXIV. — M' *Curium*, Ciceronis amicum, Attici familiarissimum, quem Cicero Ser. Sulpicio diligenter commendat ad Famil. XIII, 17 (CCCCLXXXV). Is Patris negotiabatur. Vid. ep. CCCCLXXII. *SCH*. — *quod dix. daret*, Dir so viel Geld, als Du verlangtest, zu geben. S. ep. 292, 3. — *ad se*, nach seinem Hause. Ramsh. §. 158, 1, N. 137, a. — *Graeci* scil. negligentiores sunt. — *sumptu* = sumptui. Dativ. — *quod* = quoad,

re, quod ad valetudinem opus sit. Scripsi ad Curium, quod dixisses, daret. Medico ipsi puto aliquid dandum esse, quo sit studiosior. Innumerabilia tua sunt in me of- 3
ficia, domestica forensia, urbana provincialia: in re privata, in publica, in studiis, in literis nostris. Omnia viceris, si, ut spero, te validum videro. Ego puto te bellissime, si recte erit, cum quaestore Mescinio decursurum. — Non inhumanus est teque, ut mihi visus est, diligit: et quum valetudini tuae diligentissime consulueris, tum, mi Tiro, consulito navigationi. Nulla in re iam te festinare volo: nihil laboro, nisi ut salvus sis. Sic habeto, mi Tiro, neminem 4
esse, qui me amet, quin idem te amet: et quum tua et mea maxime interest te valere, tum multis est curae. Adhuc, dum mihi nullo loco deesse vis, nunqnam te confirmare potuisti. Nunc te nihil impedit: omnia depone, corpori servi. Quantam diligentiam in valetudinem tuam contuleris, tanti me fieri a te iudicabo. Vale, mi Tiro, vale, vale et salve. Lepta tibi salutem dicit et omnes. Vale. VII. Idus Novembr. Leucade.

---

insoweit. *qua* Neap. Asc. 1. Crat. Lamb. contra Md. *OR.* Ramsh. §. 182, N. 1. — *dandum esse,* muss Etwas im Voraus gegeben werden.

3. *Innumer.* cet., Du hast mir unzählbare Dienste geleistet. — *provinc.*, quum gessi magistratum in Cilicia. — *in lit. nostr.* Cicero sein Lehrer. S. d. vorig. Br. §. 1. — *Omnia* officia, quae mihi praestitisti, *viceris.* Significat anteferre valetudinem omnibus aliis officiis. „Lieber als Alles dieses wird es mir sein, wenn". Vgl. ep. 290, 1: *Ad tua innumerab.* cet. — *si recte erit,* so bald es mit Dir wieder völlig recht steht. Ramsh. §. 94. Not. — *quaestore* meo in Cilicia. Ueber diesen L. Mescinius s. ad Famil. V, 19. 20. XIII, 26. 28. XVI, 9. ad Attic. VI, 3 — *decursurum*, navigaturum, auslaufen, absegeln werdest. — *et quum*, Ern. susp. *Sed quum*, quod Sch. Lün. repos. *OR.* *quum* = postquam. — *nihil laboro, nisi,* mir ist es bloss darum zu thun, tantum hoc cupio, ut recte valeas.

4. *Sic habeto*, sei versichert, sic persuasum tibi esse velim, hoc tibi persuadeas velim. — *Tiro* war von zartem Körperbau. — *dum . . . deesse vis* i. e. omnia mea negotia suscipere vis, weil Du es an keiner Dienstleistung mir willst fehlen lassen. Das Praesens ist gebraucht, um anzudeuten, dass er immer so eifrig war und noch sei. Er hatte sich desshalb von seiner Krankheit in Cilicien nicht recht erholen können (S. zu ep. 285, 3 am Ende.); worauf sich *nunquam* bezieht. — *impedit,* quo minus te confirmes. — *omnia depone*, leg Alles andere zur Seite. — *servi*, pflege bloss Deines Leibes. — *a te* Md. omis. Gebh. Ern. Sch. Lün. — *Quantam* cet. Cicero deutet es ep. 290: *quantum* cet. — *Vale . . vale.* Geminatio, quae est magna in amore significatio. — *Lepta* praefectus fabrûm apud Ciceronem proconsulem. Cf. ep. 244. Sch. — *et omnes*, qui me comitantur, qui mecum sunt, salutem dicunt. — *VII. Id. Nov.*, am 7. November.

EPISTOLA CCLXXXIX. (ad Div. XVI. 5.)

Dat. Leucade VII. Id. Nov. A. U. C. 704. (a. C. 50.)

Scribit se crebras a Tirone de eius valetudine literas exspectare et, ut eam diligenter curet, hortatur. 1 — 2.

TULLIUS ET CICERO ET Q. Q. TIRONI HUMANISSIMO ET OPTIMO S. P. D.

Vide, quanta sit in te suavitas. Duas horas Thyrei fuimus. Xenomenes hospes tam te diligit, quam si vixerit tecum. Is omnia pollicitus est, quae tibi essent opus; facturum puto. Mihi placebat, si firmior esses, ut te Leucadem deportaret, ut ibi te plane confirmares. Videbis, quid Curio, quid Lysoni, quid medico placeat. Volebam ad te Marionem remittere: quem, quum meliuscule tibi esset, ad me mitteres: sed cogitavi unas literas Marionem afferre
2 posse, me autem crebras exspectare. Poteris igitur et facies, si me diligis, ut quotidie sit Acastus in portu. Multi erunt, quibus recte literas dare possis, qui ad me libenter perferant. Equidem Patras euntem neminem praetermittam. Ego omnem spem tui diligenter curandi in Curio habeo. Nihil potest illo fieri humanius, nihil nostri amantius. Ei *te* totum trade. Malo te paullo post valentem, quam statim imbecillum videre. Cura igitur nihil aliud, nisi ut [*tu*] valeas: cetera ego curabo. Etiam atque etiam vale. Leucade proficiscens, VII. Idus Novembr.

---

1. *Thyrei.* Thyreon, Θυρέον, eine Feste in Akarnanien zwischen Alyzia u. Leukas. Cicero war also von Patrae nach Alyzia, von da nach Thyreum und von da nach Leukas gereiset, von wo aus er im Begriff abzureisen Diesen Brief schrieb. Zu Thyreum schrieb er nicht, weil er sich nur zwei Stunden daselbst aufhielt. — *te diligit.* Er muss ihn also auf der Hinreise nach Cilicien gesehen haben. — *deportaret.* Patris enim eum reliquit Cicero. — *ut ibi*, Md. *ut ubi. OR.* — *Curio* . . *Lysoni.* S. d. vorîg. Br. §. 1. 2. — *medico* Asclaponi. — *Marion.* S. ep. CCLXXXV, 1. CCLXXXVI, 1. — *quem* = ut eum ... *mitteres* = remitteres. — *meliuscule*, etwas besser. S. Ramsh. §. 94, Not. — *Unas.* In plurali numero adiicitur illis nominibus, quae singulari carent. S. Ramsh. §. 157, Anmerk. 1, a. u. das. 3, c.

2. *Poteris* scil. curare. — *Acastus.* S. ep. 282, 1. 283, 1. 284, 1. Cicero hatte diesen Sklaven beim Tiro zurückgelassen, und wünscht, dass dieser oft Briefe von ihm (an Cicero) nach dem Hafen bringe. — *in portu*, ut ibi observaret, si qui navigarent in Italiam. Vid. ep. 290, 1. — *Multi* ibi *erunt.* — *recte*, sicher. — *praetermittam*, nämlich ohne ihm einen Brief an Dich mitzugeben. — *Nihil* = nemo. S. Ramsh. §. 203, 1, a, 5. — *fieri* = esse, geben. — *Ei te.* Ult. v. ex supplem. Crat. Vict. 2. Seqq. om. *te* Md. Vict. 1. — *paullo post*, etwas später. — [tu] Ex suppl. Crat. Vict. 2. Seqq. om. *tu* Md. Vict. 1. *ORELLI.* S. Ramsh. §. 93. u. 158, 1. — *Et. atque etiam* = vielmahls. S. Ramsh. §. 179. B, a, 8. — *VII. Id. Nov.*, am 7 Novemb.

EPISTOLA CCXC. (ad Div. XVI. 6.)

Dat. Actio a. d. VII. Id. Nov. A. U. C. 704. (a. C. 50.)

Iterum rogat, ut valetudinem curet et crebro literas mittat. 1 — 2.

TULLIUS ET CICERO ET Q. Q. TIRONI SAL. PLUR. D.

Tertiam ad te hanc epistolam scripsi eodem die, magis instituti mei tenendi causa, quia nactus eram cui darem, quam quo haberem, quid scriberem. Igitur illa: quantum me diligis, tantum adhibe in te diligentiae. Ad tua innumerabilia in me officia adde hoc, quod mihi erit gratissimum omnium. Quum valetudinis rationem, ut spero, habueris, habeto etiam navigationis. In Italiam euntibus omni- 2
bus ad me literas dabis, ut ego euntem Patras neminem praetermitto. Cura, cura te, mi Tiro; quoniam non contigit, ut simul navigares, nihil est, quod festines: nec quidquam cures, nisi ut valeas. Etiam atque etiam vale. VII. Idus Novembr. Actio, vesperi.

EPISTOLA CCXCI. (ad Div. XVI. 7.)

Scr. Corcyrae XV. Kal. Dec. A. U. C. 704. (a. C. 50.)

Navigationem in Italiam describit iterumque valetudinis curam Tironi commendat.

TULLIUS ET CICERO S. D. TIRONI SUO.

Septimum iam diem Corcyrae tenebamur. Quintus autem pater et filius Buthroti. Solliciti eramus de tua valetudine mirum in modum: nec mirabamur nihil a te literarum. Iis enim ventis istinc navigatur, qui si essent, nos

---

1. *eodem die*, scil. VII. Id. Nov. — *instit. m. ten.*, um meiner Gewohnheit zu folgen d. i. so oft zu schreiben, als sich eine Gelegenheit findet, einen Brief mitzugeben. *tenendi*, retinendi, conservandi s. ut conservarem consuetudinem meam. — *quo* = als wenn. *quod* Sch. Lün. *OR.* S. Grotef. §. 394. Ramsh. §. 186, Ueb. *hab. quid scrib.* s. Ramsh. 184, 2. 160, 1. Not. 3. — *illa*, das Unaufhörliche, Ewige. Inculcat, quae saepius superioribus literis usurpavit, ex. gr. ep. 288, 4.

2. *ad me*, qui propediem ad Romam futurus sum. Ueber *praetermitto* s. ep. 289, 2. — *quoniam* s. ep. CCLXXXIII, 1. — *Actio* Acarnaniae promontorio ob Antonium ab Augusto victum celeberrimo. *SCH.*

1. *Septimum iam diem.* Nempe a V. Id. ad XV. Kal. Dec. Cf. ep. 292. *SCH.* — *tenebamur* = tenemur tempestatibus. — *Buthrōti,* ietzt Butrinto, in Thesprotien, nicht ferne von Leukas. *nec* tamen. — *nihil .. literarum* ad nos missum esse, pervenisse. — *iis . . . ventis.* Crat. Vict. 1. *his* contra Md. Patris nempe Corcyram proficiscentibus

Corcyrae non sederemus. Cura igitur te et confirma: et, quum commode et per valetudinem et per anni tempus navigare poteris, ad nos amantissimos tui veni. Nemo nos amat, qui te non diligat. Carus omnibus exspectatusque venies. Cura, ut valeas etiam atque etiam, Tiro noster. Vale. xv. Kalend. Decembr. Corcyra.

EPISTOLA CCXCII. (ad Div. XVI. 9.)

Scr. Brundisii IV. Kal. Dec. A. U. C. 704. (a. C. 50.)

Navigationem in Italiam discribit iterumque valetudinis curam Tironi commendat. 1—4.

TULLIUS ET CICERO TIRONI SUO S. P. D.

Nos a te, ut scis, discessimus a. d. iv. Non. Novembr. Leucadem venimus a. d. viii. Idus Novembr. a. d. vii. Actium: ibi propter tempestatem a. d. vi. Idus morati sumus. Inde a. d. v. Idus Corcyram bellissime navigavimus. Corcyrae fuimus usque a. d. xvi. Kalend. Decembr. tempestatibus retenti. A. d. xv. Kalend. Decembr. in portum Corcyraeorum ad Cassiopen stadia cxx. processimus. Ibi retenti ventis sumus usque a. d. ix. Kalendas. Interea, qui cupide profecti
2 sunt, multi naufragia fecerunt. Nos eo die coenati solvimus. Inde austro lenissimo, caelo sereno, nocte illa et die postero in Italiam ad Hydruntem ludibundi pervenimus: eo-

---

iidem venti secundi et adversi erant, qui Ciceroni Corcyra in Italiam tendenti. Itaque male Graevius corrigendum putabat *qui nisi essent*. *SCH.* — *non sederemus*, so würden wir nicht fest sitzen. — *Decembribus* e certa correctione Cld. Reg. (Manutius) Lall. Sch. Lün. *Novembr.* Cett. cum Md. *ORELLI*. *xv. Kal. Dec.*, am 17 November. *Corcyra*, von Corcyra aus.

1. *a. d. iv. Non. Nov.*, am 2. November. — *a. d. viii. Id. Nov.*, am 6. Nov. — *a. d. vii.*, am 7. Nov. — *a. d. vi. Id.*, den 8. Nov. — *a. d. v. Id.*, am 9. Nov. — *A. d. xv. Kal. Dec.*, am 17. Nov. — *in portum ... ad Cassiopen.* Die Corcyräer hatten im benachbarten Epirus einen Hafen bei der Stadt Cassiope (ietzt Ianina). S. Strabo Lib. 1. Ptolem. u. Paulus e libr. 28 ad edict. libr. XIV. Pandect. Tit. 1. leg. 1. §. 11.: „ut ecce sunt naves, quae Brundisium a Cassiopa vel a Dyrrhachio vectores traiiciunt." Aus diesem Hafen setzten sie alsdann nach Italien hinüber. — *usq. a. d. ix. Kal.*, bis zum 23. Nov. — *cupide*, zu begierig weiter zu reisen. Vgl. §. 4: *Solent ... quaestus sui causa.*

2. *coen. solv.*, wir lichteten die Anker nach dem Abendessen, = post coenam. — *lenissimo.* Santenius *ad Terentianum* p. 247 e C2d. vult *levissimo.* — *ad Hydruntem*, ietzt Otranto in Calabrien, 150 Stadien von Brundisium. — *ludib.*, spielend, mit Kurzweil d. i. ohne Mühe, unvermerkt; wie Verrin. III, 67. Gellius III, 5. —

demque vento postridie — id erat a. d. VII. Kalend. Decembr. — hora quarta Brundisium venimus: eodemque tempore simul nobiscum in oppidum introiit Terentia, quae te facit plurimi. A. d. V. Kal. Decembr. servus Cn. Plancii Brundisii tandem aliquando mihi a te exspectatissimas literas reddidit, datas Idibus Novembr., quae me molestia valde levarunt: utinam omnino liberassent! Sed tamen Asclapo medicus plane confirmat propediem te valentem fore. Nunc 3
quid ego te horter, ut omnem diligentiam adhibeas ad convalescendum? Tuam prudentiam, temperantiam, amorem erga me novi: scio te omnia facturum, ut nobiscum quam primum sis. Sed tamen ita velim, ut ne quid properes. Symphoniam Lysonis vellem vitasses, ne in quartam hebdomada incideres. Sed, quoniam pudori tuo maluisti obsequi quam valetudini, reliqua cura. Curio misi, ut medico honos haberetur et tibi daret, quod opus esset: me, cui iussisset, curaturum. Equum et mulum Brundisii tibi reliqui.

---

a. d. VII. Kal. Dec., am 25. Nov. — *id erat.* Ern. susp. *is erat* (ut Catilin. 1, 3.). Sed *id erat* (et plur. *ii sunt, ii erant*) dicitur plane, ut *id est*; id quod fraudi criticis saepe fuit. *ORELLI.* *Terentia* war vermöge der Einladung ihres Gemahls ep. 283 §. 1 am End. bis dahin entgegen gereiset. — *A. d. V. Kal. Dec.*, am 27. Nov. — *Cn. Plancii* (Md. Crat. Vict. 1. *Planci*), pro quo exstat Ciceronis oratio. *MANUT.* S. zu ep. CCCCXXXIII u. DXVI. — *Idib. Nov.*, vom 13. Nov. — *molestia*, cura propter Tironis morbum suscepta. — *Asclapo.* S. ad Divers. XIII, 20.

3. *Symphoniam*, das grosse musikalische Gastmahl. Vellem non interfuisses convivio Lysonis, in quo Symphonia cecinit, ut loquitur Verrin. III, 44. vel symphoniaci pueri cecinere. Verr. V, 31. Coel. 15. *GRONOV.* Milon. 21. in Caecil. 17. Eines solchen Concerts erwähnt Horat. Art. 374: ut gratas inter mensas symphonia discors ostendit. Auch hiess nach Isidor III, 21 ein musikal. Instrument eben so. Ueber *Lyson.* s. ep. 288, 2. — *vellem.* Sic Sch. Lün. *velim* cum Md. Cett. *OR.* — *in quartam hebdomada*, in quartum *κρίσιμον* diem. Die Aerzte hielten ieden 7. Tag für einen dies *κρίσιμος*. S. Censorin. de die nat. c. 11. 14. Gellius III, 10. Vgl. ep. CCCI, 1 *quartanam.* — *quoniam.* S. ep. CCXC, 2. — *pudori*, Zartgefühl. Denn Lyso gab dieses Gastgebot mit Blasinstrumenten, Saitenspiel, Gesang u. mimischen Tänzen dem wieder genesenden Tiro zu Ehren u. als einen Abschiedsschmaus, dem sich der zart fühlende Convalescent nicht entziehen konnte. — *reliqua cura*, so sorge desto mehr für Alles übrige: „was nämlich die Sicherheit u. Bequemlichkeit seiner Seereise betraf. Vgl. ep. 291. u. 313. — *misi* scil. epistolam, nuntium = mandavi, nuntiavi. Ellipsis. Vgl. ep. 27: Nam sic ad me mittunt cet. — *honos haberetur* de pecunia intellige medico danda. *MANUT.* Vgl. ep. 288, 2: Scripsi ad Curium, quod dixisses, daret. — *me, cui iussisset, curaturum* i. e. redditurum, ich würde Alles auf seine Anweisung zu Rom ersetzen. *iussisset* per enallagen temporis pro *iusserit.* Ramsh. §. 206, A, 2. — *reliqui*, damit Tiro seine Reise von da nach einem der nächsten Landsitze

Romae vereor ne ex Kal. Ian. magni tumultus sint. Nos
4 agemus omnia modice. Reliquum est, ut te hoc rogem et a te petam, ne temere naviges. Solent nautae festinare quaestus sui causa. Cautus sis, mi Tiro. Mare magnum et difficile tibi restat. Si poteris, cum Mescinio; caute is solet navigare: si minus, cum honesto aliquo homine, cuius auctoritate navicularius moveatur. In hoc omnem diligentiam si adhibueris teque nobis incolumem stiteris, omnia a te habebo. Etiam atque etiam, noster Tiro, vale. Medico, Curio, Lysoni de te scripsi diligentissime. Vale, salve.

EPISTOLA CCXCIII. (ad Att. VII. 2.)

Scr. Brundisii a. d. IV. Kal. Dec. A. U. C. 704. (a. C. 50.)

Brundisium se venisse. 1. Attici invalitudine se conturbari significat. 2. sollicitudinem de Tironis morbo fatetur et Curii in eo curando diligentiam laudat. 3. Atticum filiola sua delectari laetatur. 4. Addit pauca de triumphi spe. 5. 6. et Catonis malevolentia. 7. de Chrysippi liberti discessu et de periculis rei publicae. 8.

CICERO ATTICO S.

Brundisium venimus VII. Kalend. Decembr. usi tua felicitate navigandi: ita belle nobis flavit ab Epiro lenissimus Onchesmites. Hunc *σπονδειάζοντα* si cui voles *τῶν*

---

des Cicero fortsetzen könnte. — *ex Kal. Ian.* novis consulibus magistratum ineuntibus. — *tumultus* zwischen den Volkstribunen, die für Cäsars Forderung waren, u. den Consulen und Pompeius u. der senatorischen, republik. Partei. — *modice*, sic ut neque Pompeii neque Caesaris animum offendamus. *MANUT.*

4. *difficile* = periculosum. Man hatte noch keinen Kompass; enge Meere gefährlicher. — *c. Mescinio* (s. ep. 288, 3.) scil. naviges. — *caute.* Eine scherzhafte Bemerkung! — *si minus* (Lamb. *sin*) poteris cum Mescinio navigare. — *cum .. homine* tali scil. naviges, *cuius* = ut eius. — *navicularius*, der Schiffsherr, der gegen Geld Menschen u. Waaren wohin führt. S. Verrin. II, 55. ad Attic. IX, 3 extr. Cod. Iust. XI, 2 leg. 2 et 3. — *moveri*, in Respect erhalten werden. — *In hoc*, ut caute naviges. — *stiteris.* Sic Vict. 2. Lamb. Bened. Sch. Lün. *steteris* Md. *praestiteris* Crat. Vict. 1. Graev. Ern. *feceris* Bos. *ORELLI.* So ad Attic. X, 14: „te vegetum nobis in Graecia *siste.*" — *omnia a te habebo*, in omnibus mihi satisfeceris. Vgl. 290: quod mihi erit omnium gratissimum; 288, 3: *Omnia viceris* etc. Ueber den ferneren Verlauf der Krankheit s. ep. 301. 310. u. s. w. S. Ind. Historicus s. v. *TIRO.*

1. *VII. Kal. Dec.*, am 25. Nov. — *tua*, qua tu es usus vel uti soles. — *Onchesmites* ventus ab Onchesmo Epiri portu flans. — *σπονδειάζοντα*, versum spondaïcum, qui Ciceroni exciderat, quum scripsisset: „*Flavit ab Epiro lenissimus Onchesmites.*" — *vendita.*

νεωτέρων pro tuo vendita. Valetudo tua me valde conturbat. 2
Significant enim tuae literae te prorsus laborare. Ego autem, quum sciam, quam sis fortis, vehementius esse quiddam suspicor, quod te cogat cedere et propemodum infringat: etsi alteram quartanam Pamphilus tuus mihi dixit decessisse et alteram leviorem accedere. Terentia vero, quae quidem eodem tempore ad portam Brundisinam venit, quo ego in portum, mihique obvia in foro fuit, L. Pontium sibi in Trebulano dixisse narrabat etiam eam decessisse. Quod si ita est, est quod maxime mehercule opto; idque spero tua prudentia et temperantia te consecutum. Venio 3
ad epistolas tuas, quas ego sexcentas uno tempore accepi, aliam alia iucundiorem, quae quidem erant tua manu. Nam Alexidis manum amabam, quod tam prope accedebat ad similitudinem tuae literae: non amabam, quod indicabat te non valere. Cuius quoniam mentio facta est, Tironem Patris aegrum reliqui, adolescentem, ut nosti; et adde, si quid vis, probum: nihil vidi melius. Itaque careo aegre. Et quamquam videbatur se non graviter habere, tamen sum

---

Hunc versum, si voles, cui lubebit adolescentium studiosorum, qui eruditionis causa te assectantur et colunt, iacta te fecisse. *GRONOV.*

2. *Valetudo tua*, Dein Gesundheitszustand. Sic Cd. in m. 1584. Margo Crat. Lamb. *invaletudo* (ut ep. 296, 1.) Cett., quod vocabulum crebro me legere memini in Petrarcae Epistolis. Eodem modo peccatum est *Cat. mai.* §. 35. *Lael.* §. 8. *OR.* — *laborare*, krank sein. — *fortis*, stark (am Körper). — *vehem. quiddam*, irgend ein ungewöhnlich heftiger Anfall. — *infring.*, überwältigt. — *alteram quartanam*, das eine, das doppelte Quartanfieber. — *Pamphilus*, ein Sclav des Attikus. — *leviorem* febrem. — *portam* mit *portum* ein leichtes Wortspiel. — *L. Pontius* Aquila hatte eine Villa bei Trebulae, einem Städtchen, dessen Käsemanufactur Martial rühmt. Er war ein Freund Cicero's, in der Folge einer der Cäsarmörder und kam als Legat des D. Brutus bei Mutina um. S. ad Famil. X, 33. ad Attic. V, 2. 3. 4. I, 1. Philipp. XIII, 2. — *eam* scil. febrem leviorem. Lamb. *etiam eam iam.*

3. *sexcent.* = permultas. S. Ramsh. §. 203, II, 1. — *Alexis* war dem Attikus, was Tiro dem Cicero; erst dessen servus, dann libertus u. amanuensis. S. ad Attic. XII, 10 u. V, 20. Ein anderer Alexis puer, vielleicht dessen Söhnchen, scheint der ad Attic. VIII, 7 erwähnte zu sein. — *manum*, Hand = Handschrift. — *accedeb. ad simil.* Umschreib. s. Ramsh. §. 203, III, 3. — *te non valere.* Sonst hättest Du selbst geschrieben. — *Cuius*, Alexidis. Vor *Tironem* suppl. scito, so fällt mir ein. — *adolescentem*, den wackeren iungen Mann. Miserationem h. v. facit. Sch. susp. *adolescentem eruditum, ut nosti; adde, si vis, p.* Sententia vulgatae haec est: „adolescentem pulchrum mihique carissimum, ut nosti; cet." *adde si vis* volebat etiam Ernesti. Sed iamdudum Bentleius ad Horat. *Serm.* 2, 7, 39. *si quid vis, adde, popino* nostrum locum afferens illum vindicarat. *ORELLI.* *si quid vis* addere. — *Nihil* = neminem ... meliorem. — *se grav. hab.*, sich schlimm befinden, in Gefahr sein. —

sollicitus maximamque spem habeo in M'. Curii diligentia, de qua ad me scripsit Tiro et multi nuntiarunt. Curius autem ipse sensit, quam tu velles se a me diligi, et eo sum admodum delectatus. Et mehercule est, quem facile diligas. *Αὐτόχθων* in homine urbanitas est. Eius testamentum deporto Ciceronum signis obsignatum cohortisque praetoriae: fecit palam te ex libella, me ex teruncio. In Actio Corcyrae Alexio me opipare muneratus est. Quinto Ciceroni

---

maximamque = *καίτοι*, iedoch, indess. — *habeo*, pono. — *Curio.* S. ep. 288, 2. 289, 1. 292, u. zu DCXLVIII. — *sensit ... diligi.* Quam tu velles Curium a me diligi, id ei plane sic significavi, ut ipse sentire posset. *SCH.* — *est* scil. vir talis, *quem* = ut eum cet. Sic Amb. 16. Rom. Asc. 1. Crat. Ern. Bent. *quam* Md. Cdd. Malasp. Vict. 1. 2. Lamb. Bos. Graev. Sch. Lün. Alteram lectionem praetuli, quia mox Md. *urbanitas est. ORELLI.* — *Αὐτ. in h. urb. est.* *αὐτόχθων* est ea urbanitas, quam ad Divers. IX, 15 *antiquam et vernaculam festivitatem* appellat. *SCH.* Sic Md. Rom. Ern. Bent. om. *est* Cett., ut sit: Et *mehercule est*, *quam facile diligas*, *αὐτόχθων in homine urbanitas. OR.* *αὐτόχθων*, auf Römischem Boden gewachsene Urbanität der altrömischen Vorfahren, im Gegensatze der gräcisirten neuern urbanitas. Eben so unterscheidet Cicero l. cit. *Romanos veteres atque* urbanos sales, salsiores Atticis. — *deporto*, ich bringe mit. S. ep. 294: Ego a Curio tabulas accepi, quas mecum porto. — *Ciceronum*, Quinti fratris eiusque et Marci filiorum. In den Handschriften findet sich *testamentum detortorium* od. *de tortorium* od. *de tortorio Ciceronum*, im Cod. decurt. *de tortori uncis ceronum.* Manutius fand aus *detortorium* sehr richtig *deporto* heraus; in den übrigen Buchstaben findet G. Friedr. Grotefend sehr scharfsinnig *omnium*, was im unleserlichen compendium scripturae *ōmium* od. *ōim* versteckt liegt. vgl. ep. 287 *nos omnes.* 288. a. End. — *cohortis..praetoriae.* Non intelligenda est cohors militaris praetoria, sed illa, quae comites praetoris habebat, praefectos, scribas, medicos etc., quod ex eo intelligitur facile, quia militaris cohortis signa non cepissent tabulae. *ERNESTI.* — *fecit palam* i. e. sic fecit, ut nuncupatio a testibus exaudiri possit, „er hat Dich darin offenkundig zum Haupterben, mich zum Erben des vierten Theils eingesetzt." Ueber die iuristische Formel *heredem palam facere* s. Digest. lib. 28. Tit. 1. ex Ulpiani lib. 2. ad Sabinum: „*Heredes palam*, *ita ut exaudiri possint*, *nuncupandi sunt.* cet. — *ex libella* = ex quatuor unciis, tribus sicilicis, scriptulo; *ex teruncio* = ex uncia et quinque scriptulis: quae partes quia non exhauriunt totum assem (die ganze Erbschaft), intelligendum ex reliquis partibus alios scriptos, quos nominare non fuit operae Ciceroni. Nec mirari debemus ex tantillis partibus heredes scribi. Cf. ad Attic. VII, 8. XIII, 48; pro Caecina c. 6. Gronov. lib. II. de pecunia vet. c. 1. *SCH.* — *in Actio Corcyrae.* Est portus Corcyraeorum ad differentiam alterius (in Acarnania) dictus *Actium Corcyrae*, ubi octiduum tempestatibus retentus ab Alexione medico suo cibariis laute et abundanter muneratus est. *POPMA.* Ep. 292 simpliciter dicitur *portus Corcyraeorum. SCH.* Alexio Ciceronis medicus moritur ad Attic. XV, 1. 2. 3. — *Q. Ciceroni* filio. — *Thyamim*, den Fluss in Epirus bei Buthrotum, an welchem die Thesprotischen Güter des Attikus lagen; wesshalb der iunge Quintus diese Gegend einmahl sehen wollte, da er sich in der Nähe befand. S. Plin. H. N. IV, 1.

obsisti non potuit, quo minus Thyamim videret. Filiola 4
tua te delectari laetor et probari tibi φυσικὴν esse τὴν πρὸς τὰ τέκνα. Etenim, si haec non est, nulla potest homini esse ad hominem naturae adiunctio; qua sublata vitae societas tollitur. „Bene eveniat," inquit Carneades, spurce: sed tamen pudentius, quam Lucius noster et Patro: qui, quum omnia ad se referant, *** quidquam alterius causa fieri putent, et, quum ea re bonum virum oportere esse dicant, ne malum habeat, non quo id natura rectum sit, non intelligunt se de callido homine loqui, non de bono viro. Sed haec, opinor, sunt in iis libris, quos tu laudando animos mihi addidisti. Redeo ad rem. Commodum 5
exspectabam epistolam, quam Philoxeno dedisses: scripse-

---

4. *probari tibi* = a te, dass auch Du der Meinung bist. — φυσικὴν ... τὴν πρὸς τὰ τέκνα scil. στοργήν (quam v. ante φυσικήν exhib. Asc. 1. Crat. Lamb.), naturalem esse erga liberos amorem. Ein Ausspruch des Xenokrates u. Aristoteles. S. de Finibb. IV, 7. — *naturae adiunctio*, natürliches Band zwischen Menschen und Menschen. — *qua sublata ... tollitur*, durch dessen Aufhebung das gesellschaftliche Leben aufgehoben wird. S. Ramsh. §. 171, III, 2, Not. 3. — „*Bene eveniat*", möge es uns wohl gelingen! sagte Carneades (der Stifter der dritten Akademie), *spurce*, die Sache mit einem unzüchtigen Worte bezeichnend." Carneades nimirum uxori congressurus dixisse ferebatur: ἀγαθῇ τύχῃ παιδοποιῶμεν. — *pudentius*. Sic Helmst. Balliol. Vict. Malasp. Graev. *prudentius* Md. Crat. Lamb. cett. Quidquid dicunt Lamb. et Ern., oppositio mihi quoque videtur esse inter v. *spurce* et *pudentius*; impudentia autem Epicureorum cernitur in eo ipso, quod omnia ad se referunt. Sic verbis quidem *spurcus* Carneades, re benevolus in coniugem ac liberos, quos sperabat: Epicurei verbis honesti, reapse longe impudentiores Carneade. Quod si retulisset Cic. ad seqq. *intelligunt*, *sapientius* potius scripsisset, quam *prudentius*. *ORELLI*. — *Lucius noster* Saufeius et Patron, Epicurei, Attico familiares. Vid. ep. CCLXXXIV et CXCVII, 2. Cicero nennt diese hier statt Aller Epikurer. — *quidquam*. Rectius statuemus ante v. *quidquam* excidisse *nec* vel potius *nunquam*. *ORELLI*. So Manut. Ern. Sch. Lün. Andere setzen hinter *putent* ein Fragezeichen. So Vict. Bened. Graev. — *alter. caus. f.*, dass man Etwas um Anderer Willen thun könne. — *et* = sed *quum*. — *ea re*, desswegen, *ne malum habeat*, damit man nicht durch das Gegentheil sich Ungemach, Schmerzen und Schaden zuziehe. — *non quo* = als wenn, weil. — *natura rectum*, ὀρθόν, naturgemäss, pflichtmässig. — *intelligunt*, Md. a sec. m. *intelligant* Md. a pr. m. Codd. Malasp. Lamb. cet. — *in iis libris*, Ciceronis de re publica. Libros enim de Finibb. post bellum civile scripsit. — *anim. m. addidisti*, mir Lust und Muth gemacht hast, mich öfter auf diese Art zu beschäftigen.

5. *ad rem*, ad epistolas tuas §. 3. — *Commodum* scil. ad tempus, adverb. = eben, grade, ohne *quum* u. mit folgendem *quum*. z. B. ad Attic. XIII, 9 u. 30. X, 16. Sic de Memmii coni. Lamb., ut est alibi apud Cic. *Commodo* cod. decurt. Bos. Seqq. *OR*. — *Piloxeno*, liberto et dispensatori Ciceronis. Ausser diesem kom-

ras enim in ea esse de sermone Pompeii Neapolitano: eam mihi Patro Brundisii reddidit: Corcyrae, ut opinor, acceperat. Nihil potuit esse iucundius. Erat enim de re publica, de opinione, quam is vir haberet integritatis meae: de benevolentia, quam ostendit eo sermone, quem habuit de triumpho. Sed tamen hoc iucundissimum, quod intellexi te ad eum venisse, ut eius animum erga me perspiceres.
6 Hoc mihi, inquam, accidit iucundissimum. De triumpho autem nulla me cupiditas unquam tenuit ante Bibuli impudentissimas literas, quas amplissima supplicatio consecuta est. A quo si ea gesta essent, quae scripsit, gauderem et honori faverem: nunc illum, qui pedem porta, quoad hostis cis Euphratem fuit, non extulerit, honore augeri; me, in cuius exercitu spem illius exercitus habuit, idem non assequi, dedecus est nostrum, nostrum inquam, te coniungens. Itaque omnia experiar et, ut spero, assequar. Quod si tu valeres, iam mihi quaedam explorata essent. Sed, ut spero,
7 valebis. De rauduscuIo Numeriano multum te amo. Hortensius quid egerit, aveo scire. Cato quid agat: qui quidem in me turpiter fuit malevolus. Dedit integritatis, iustitiae, clementiae, fidei mihi testimonium, quod non quaerebam; quod postulabam, [id] negavit. Itaque Caesar iis literis, quibus mihi gratulatur et omnia pollicetur, quo modo exsultat Catonis in me ingratissimi iniuria! At hic idem Bibulo dierum xx. Ignosce mihi: non possum haec

---

men noch 4 Philoxeni vor ad Attic. IV, 6. XIII, 8. ad Q. Fratr. III, 1. ad Famil. XIII, 37. — *in ea*, Asc. 1. Crat. *eam esse.* — *de sermone* cet., von Deiner Unterredung mit P. zu Neapel. — *eam mihi.* De Ern. susp. Sch. Lün. *quum eam.* Sane ex usu Cic. *OR.* — *de re publ.*, wie Pomp. über die Republik denkt. — *is vir*, Pompeius Neapoli cum Attico collocutus. — *de triumpho*, quem petiturus fui.

6. *literas*, Amtsbericht des Bibulus an den Senat. — *extulerit*, C2d. Malasp. Lamb. *extulit.* Zur Sache vgl. ep. CCLXXXI, 5. CCLXXI, 5 ff. — *te coniungens* i. e. quum dico, hoc dedecus *nostrum* esse, te mecum coniungo, seu tuum etiam in ea re dedecus cum meo coniunctum puto. *SCH.* — *iam ... explor. essent*, so wüsst' ich schon ziemlich, Wie ich daran wäre. Zu *valeres* vgl. §. 2.

7. *De rauduscuIo* cet., es war sehr liebenswürdig von Dir, dass Du meine kleine Forderung an Numerius berichtigt hast. Statt *Numeriano* Lamb. *Puteolano*, wie ep. CCLXXXII, 5. Fortasse utroque loco de eadem pecunia agitur, quam Numerius aliquis Puteolis Ciceroni debebat. *SCH.* — *Hortensius quid egerit* scil. de auctione bonorum paternorum. cf. ep. seq. §. 9. Sein Vater, der berühmte Redner u. reiche Consular Q. Hortensius, war in diesem Iahre verstorben. — *Cato quid agat.* Sch. coni. Lün. *et Cato q. a.* Zur Sache vgl. ep. CCLXVI. CCLXVII, 2. CCLXVIII. — *Caesar ... exsultat;* Vgl. ep. CCLXXXIV, 7. — *hic idem* Cato *Bibulo dierum xx.*

ferre nec feram. Cupio ad omnes tuas epistolas; sed nihil 8
necesse est. Iam enim te videbo. Illud tamen de Chrysippo: nam de altero illo minus sum admiratus, operario homine. Sed tamen ne illo quidem quidquam improbius. Chrysippum vero, quem ego propter literularum nescio quid libenter vidi, in honore habui, discedere a puero, insciente me! Mitto alia, quae audio, multa; mitto furta: fugam non fero, qua mihi nihil visum est sceleratius. Itaque usurpavi vetus illud Drusi, ut ferunt, praetoris in eo, qui eadem liber non iuraret; me istos liberos non addixisse; praesertim quum adesset nemo, a quo recte vindicarentur.

---

scil. supplicationem decrevit. Sonst dauerte eine solche supplicatio nur drei Tage. Er nennt desshalb diese im §. 6 eine *amplissima* supplicatio u. des Bibulus Schreiben an den Senat *impud. lit.* Dass Cicero mit einem Mahle ietzt auf Cato in dem Grade unwillig war, kam daher, weil dieser nun dem Bibulus so grosse Ehre decretirt hatte und Cicero desshalb meint, Cato habe ihm eine solche Ehre missgönnt. Cäsars Brief war dabei nicht unwirksam geblieben. Indess mochte Cato geglaubt haben, einem so eitlen Manne, wie Bibulus, sei damit sehr gedient. Auch wollte die Anticäsarische Partei aus Politik auf die Beruhigung des Orients durch Bibulus ein so glänzendes Licht werfen, um dadurch das Volk in eine für sie günstige Stimmung zu versetzen.

8. *Cupio* scil. rescribere. — *Iam* = bald, in kurzer Zeit. — *Illud tamen*, Doch ein paar Worte über Chrysipp! Chrysippus libertus Ciceronis literatus discesserat a filio Cicerone, in servitutem propterea retractus. Vid. ad Attic. XI, 2. — *de altero* servo non nominato. Nam cur eum, quod Corrado in mentem venit, Philargyrum istum fuisse suspicemur, qui ad Attic. IX, 15 nominatur, causam non video. *SCH.* — *ne ... quidq. impr.* = *nemo*, ne ullus quidem improbior. — *propter lit. . quid*, wegen seines Bisschens Literatur. — *discedere a puero*, M. Ciceronis filio, quem Chrysippo pater erudiendum dederat. Eumque aufugisse primum ex Attici literis Cicero cognovisse videtur. *SCH.* Ueb. den accus. c. inf. des Ausrufs s. Ramsh. §. 168, 6. Grotef. §. 412. — M. Livii *Drusi*, qui praetor urbanus fuit a. u. 638. v. ad Herenn. II, 13. Pigh. „ich habe also die Stelle aus des Prätors Drusus edicto perpetuo gegen diese Burschen geltend gemacht." *in eo*, *qui eadem liber non iuraret*, worin steht: qui libertate donati non iurarent se eas operas, quarum conditione manumissi erant a domino, praestituros. Diese Stelle erklärte also keine Freilassung für rechtsgültig, wenn der Freigelassene nicht geschworen hatte und den Schwur nicht hielt, seinem Patron noch ferner die Dienste zu leisten, welche dieser bei der Freilassung sich ausbedungen und vorbehalten hatte. S. Ulpian. libr. 27 ad Sabin. 38 Digest. Tit. I. l. 7. u. Paulus lib. 7 ad Plautium, Digest. lib. XI. Tit. IV. lib. 36. — *me* scil. dixi *istos liberos non addixisse*, ich erklärte, ich hätte sie nicht wirklich freigesprochen. Nempe per venditionem illam servi imaginariam, quae proprie manumissio est vel emancipatio. Quum Cicero liberos faceret istos libertos, non erat cui de more venderet, cui magistratus addiceret in mancipio. *ERNESTI.* — *a quo recte vind.* in libertatem; quod praeter ipsum alios quoque adesse oporteret, qui

Id tu, ut videbitur, ita accipies. Ego tibi assentiar. Uni tuae disertissimae epistolae non rescripsi, in qua est de periculis rei publicae. Quid rescriberem? Valde eram perturbatus. Sed, ut nihil magno opere metuam, Parthi faciunt, qui repente Bibulum semivivum reliquerunt.

EPISTOLA CCXCIV. (ad Att. VII. 3.)

Dat. ex Trebulano VI. Id. Dec. A. U. C. 704. (a. C. 50.)

Herculani se literas Attici accepisse nuntiat et de consiliis in re publica capiendis disputat. 1—5. tum ad privata venit, ac primum de Caelii sententia mutata. 6. de Philotimi rationibus. 7. de cohorte sua ad pristinam integritatem reversa. 8. de Curii tabulis et Hortensii legatis. 9. de grammatica ratione Piraeeum Latine scribendi. 10. de pecunia Caesari debita. 11. de Dolabella genero; de Tironis valetudine. 12.

CICERO ATTICO S.

A. d. VIII. Id. Decemb. Aeculanum veni et ibi tuas literas legi, quas Philotimus mihi reddidit: e quibus hanc primo adspectu voluptatem cepi, quod erant a te ipso scriptae; deinde earum accuratissima diligentia sum mirum in modum delectatus. Ac primum illud, in quo te Dicaearcho assentiri negas, etsi cupidissime expetitum a me sit, et approbante te, ne diutius anno in provincia essem, tamen non est nostra contentione perfectum. Sic enim scito, verbum

---

vindicarent. Aderant enim coram praetore dominus, servus, vindex, testes, scriba; neque sine his iusta erat addictio libertorum in hoc genere manumissionis. *MANUT.* — *Parthi faciunt.* Parthi, a quibus maxime timebamus, quum repente discesserint, faciunt, ut nihil mihi iam magnopere timendum putem, quum videam solere ea, quae magnopere timeantur, quandoque ad nihilum recidere. *MANUT.* Die Parther fallen dem Cicero mit einem Mahle hier wieder ein, um einem spöttischen Einfalle über Bibulus Luft zu machen, dem das zwanzigtägige Dankfest decretirt war. — *semivivum,* metu Parthorum paene exanimatum. *SCH.*

1. *A. d. VIII. Id. Dec.*, am 8. Dec. — *Aeculanum.* Sic Md. (scil. *Eculanum.*) Serius nomen corruptum prorsus, ut *Lib.* 16, 2, 5. *Herculanum* Cdd. aliq. Malasp. Vict. Bos. seqq. *in Herc.* Lamb. *Aeculanum.* Recte. Vid. Romanelli *Topographia del regno di Napoli* T. 2. p. 523. *OR.* — *a te ipso scriptae.* S. ep. 293, 3. — *Dicaearcho,* welcher behauptete, der Weise halte es für seine Pflicht, dem Staate zu dienen; Epikur dagegen wollte, dass ein Weiser sich gänzlich davon zurück zöge u. in otio lebte. Attikus hing letzterem an. (Ueber Dicaearch., den Peripatetiker, s. ep. XXVII, XLII. u. bes. CCLVI, 3.) Cicero gibt also diesem zu verstehen, dass sein Wunsch, nicht länger als ein Iahr in der Provinz zu bleiben, sondern zur vita otiosa zurück zu kehren, den Grundsätzen seines Freundes ganz entspreche. — *nostra contentione,* dieser Punkt ist

in senatu factum esse nunquam de ullo nostrum, qui provincias obtinuimus, quo in iis diutius, quam ex senatus consulto maneremus: ut iam ne istius quidem rei culpam sustineam, quod minus diu fuerim in provincia, quam fortasse fuerit utile. Sed, *QUID SI HOC MELIUS?* saepe 2
opportune dici videtur, ut in hoc ipso. Sive enim ad concordiam res adduci potest sive ad bonorum victoriam: utriusvis rei me aut adiutorem velim esse, aut certe non expertem. Sin vincuntur boni, ubicunque essem, una cum iis victus essem. Quare celeritas nostri reditus ἀμεταμέλητος debet esse. Quod si ista nobis cogitatio de triumpho iniecta non esset, quam tu quoque approbas, nae tu haud multum requireres illum virum, qui in VI. libro informatus est. Quid enim tibi faciam, qui illos libros devorasti? Quin nunc ipsum non dubitabo rem tantam abiicere, si id erit rectius. Utrumque vero simul agi non potest, et de triumpho ambitiose et de re publica libere. Sed ne dubitaris, quin, quod honestius, id mihi futurum sit antiquius. Nam 3
quod putas utilius esse vel mihi, quod tutius sit, vel etiam ut rei publicae prodesse possim, me esse cum imperio: id coram considerabimus quale sit. Habet enim res deliberationem: etsi ex parte magna tibi assentior. De animo autem meo erga rem publicam, bene facis, quod non dubitas: et illud probe iudicas, nequaquam satis pro meis officiis,

---

nicht durch unsere Bemühung zu Stande gebracht; sondern hat sich von selbst gemacht. Ein kleiner Verweis! — *nostrûm*, consularium. — *quo*, vermöge dessen. — *in iis*. Sic Md. *his* Cett.

2. *in hoc ipso*, grade in diesem Falle. — *ad concordiam* inter Caesarem et Pompeium. — *ἀμεταμ.*, non poenitenda. „ich habe also keine Ursache, mich die Eilfertigkeit meiner Rückkunft gereuen zu lassen". — *iniecta*, in den Kopf gesetzt. — *approbas*. Ern. coni. Sch. Lün. *approbabas*. Praestat tamen praesens propter seqq. *putas ... cum imperio*, quod sane triumphi causa retinebat. Cfr., si opus est, *Lib.* 8. Ep. 3. *habent tamen iidem fasces molestiam. Sit enim nobis amicus: ... deferet triumphum. ORELLI.* — *in VI. libro* de republica. *in quinto libro* volebat A. Maius ad nonum testimonium de libris *de Rep.* recte contra dicente Beiero in *Iahn Iahrbücher* 2, 1, 3. *p.* 11. *ORELLI.* — *informatus est*, von mir aufgestellt ist. — *Quid ... faciam*, Brauch' ich dir Mehr zu sagen? — *Quin* = Ia! — *ipsum ... abiicere* auch ietzt werde ich nicht anstehen, auf den Triumph, so wichtig die Ehre auch ist, Verzicht zu leisten. *nunc ipsum* i. e. hoc ipso tempore; ut infra XII, 19. ad Attic. *ERNESTI.* — ad Attic. VIII, 9. — *Utrumque .. libere*, denn in der That beides, dem Triumph zu Lieb' es mit keiner Partei zu verderben und in Sachen der Republik freie Hand und freien Mund zu behalten, lässt sich mit einander nicht vereinigen. — *antiquius* das Vorzüglichere, Wichtigere.

3. *me esse cum imperio*, die Imperatorwürde noch länger beizubehalten. — *assentior*. Sic Md. Asc. utraque. Ald. Crat. *assen-*

pro ipsius in alios effusione, illum in me liberalem fuisse: eiusque rei causam vere explicas; et eis, quae de Fabio Caninioque acta scribis, valde consentiunt: quae si secus essent totumque se ille in me profudisset, tamen illa, quam scribis, custos urbis me praeclarae inscriptionis memorem esse cogeret; nec mihi concederet, ut imitarer Volcatium aut Servium, quibus tu es contentus; sed aliquid nos vellet nobis dignum et sentire et defendere. Quod quidem agerem,
4 si liceret, alio modo, ac nunc agendum est. De sua potentia dimicant homines hoc tempore, periculo civitatis. Nam, si res publica defenditur; cur ea, consule isto ipso, defensa non est? cur ego, in cuius causa rei publicae salus consistebat, defensus postero anno non sum? cur imperium illi aut cur illo modo prorogatum est? cur tanto opere pugnatum est, ut de eius absentis ratione habenda decem tribuni plebis ferrent? His ille rebus ita convaluit, ut nunc in uno civi spes ad resistendum sit: qui mallem, tantas ei
5 vires non dedisset, quam nunc tam valenti resisteret. Sed quoniam res eo deducta est, non quaeram, ut scribis, πού

---

tio Ceteri cum marg. Crat. *OR.* — *effus.*, verschwenderische Freigebigkeit. — *illum*, Caesarem. — *Fabio* Gallo *Caninioque* Rebilo, utroque Caesaris legato, ut in eius commentariis. *MANUT.* Historiam ignoramus. *ERNESTI.* — *totumque . . profud.*, und hätte er sich auch ganz an mich verschwendet. — *quam* = de qua ad me *scribis.* — *custos urbis*, Minervae statua, quam in exsilium proficiscens in templo Iovis Capitolini posuit cum hac *inscriptione: CUSTOS URBIS. MANUT.* Er deutete damit an, dass er, da er, seit 691 der Schutzgeist der Stadt und Republik, ietzt auswandern müsse, diese ietzt in den Schutz der Minerva geben wolle. — *quibus tu es contentus.* Scribis enim in hac civili controversia te satis putare, si ego tantum id agam, quod Volcatius Tullus et Servius Sulpicius, homines consulares, qui se neutram in partem valde iactabant. *MANUT?* Iener war 688, dieser 703 Consul gewesen.

4. *homines*, Caesar et Pompeius. — *defenditur* a Pompeio et Pompeianis, optimatibus. — *isto ipso*, Caesare. — *defensa non est* a Pompeio contra Caesarem consulem exitiosas rei publicae leges per vim ferentem? *MANUT.* — *rei publ. salus*, quod exsilio Tullii infirmarentur acta senatus. Senatus enim Catilinam damnaverat. *MANUT.* — *defens. p. ann. n. sum* a Pompeio, Pisone et Gabinio consulibus, quum in exsilium indignissime pulsus essem. *MANUT.* — *imperium* in Gallia. — *illi*, Caesari. — *illo modo*, mit einem so ansehnlichen Kriegesheere, durch solche Mittel; per vim, quia C. Trebonius trib. pl., qui legem ferebat de prorogando in alterum quinquennium Caesaris imperio, M. Catonem legi obsistentem in carcerem duxit. *MANUT.* — *pugnatum est* a Pompeio tertium consule. *MANUT.* — *spes.* Sic Ern. coni. Sch. Lün. Certa videtur emendatio. Cfr. *Lib.* 8, 1: *in unius hominis . . . anima positas omnes nostras spes habemus;* unde desumpta est Lamb. ratio. *res* Mdd. Cdd. plerique, Ascens. 1. Graev. *ORELLI. in uno civi*, Pompeio.

5. *πού σκάφος*, ubi navigium Atridarum? h. e. non quaeram,

σκάφος τὸ τῶν Ἀτρειδῶν; mihi *σκάφος* unum erit, quod a Pompeio gubernabitur. Illud ipsum, quod ais, „Quid fiet? quum erit dictum: *DIC M. TULLI?*" — *Σύντομα, CN. POMPEIO ASSENTIOR.* Ipsum tamen Pompeium separatim ad concordiam hortabor. Sic enim sentio: maximo in periculo rem esse. Vos scilicet plura, qui in urbe estis. Verumtamen hoc video, cum homine audacissimo paratissimoque negotium esse; omnes damnatos, omnes ignominia affectos, omnes damnatione ignominiaque dignos illac facere, omnem fere iuventutem, omnem illam urbanam ac perditam plebem, tribunos valentes, addito C. Cassio, omnes qui aere alieno premantur — quos plures esse intelligo, quam putaram: causam solum illa causa non habet; ceteris rebus abundat — hic omnia facere omnes, ne armis decernatur;

---

ubi tutius esse possim. *CORRAD.* Sunt e tragoedia vetere verba cuiusdam ad Atridas confugientis et opem eorum implorantis. *CASAUB.* — *Quid fiet . . . TULLI"?* Was werd' ich also thun, wenn ich aufgerufen werde, meine Meinung zu sagen? Ueber die Formel s. zu ep. CCLXXXIV, 4. — *Σύντομα,* ut brevissime complectar, kurz und gut! — *vos scil. plura* nostis, ihr wisst freilich mehr. *parat.* Caesare. — *damnatos* a iudicibus; *ignom. affectos* a censoribus. *MANUT.* — *illac facere* = *cum* s. *a.* Caesare facere, es mit Cäsar halten. Sic Md. Oxon. 1. 2. cet. *illuc.* Cdd. Iunii, Ern. Sch. Lün. *OR.* — *C. Cassio.* Corrad. susp. *Q. Cassio*, quod C. Cassius fuerit Pompeianus. Delend. praenomen Bent. susp. C. Cassius war für das künftige Iahr zum Tribunen erwählt. S. ad Attic. VII, 16 und zu ep. CCXLI. Man glaubte, er würde sich von Cäsar gewinnen lassen: aber man irrte sich. Er schlug sich auf die Seite des Pompeius und war in der Folge einer der hitzigsten Cäsarmörder. Ueber seinen Bruder Q. Cassius s. ep. CCI, 2. — *caus. . . habet*; kurz es fehlt der Sache Cäsars oder dem Cäsar Nichts als eine gute Sache. — *hic omn. fac. omnes, ne arm. decernatur,* dass diese alle hier alle mögliche Mühe anwenden d. i. für Cäsar so eifrig arbeiten (vgl. ad Div. 1, 9. extr. de amic. 10), so eifrige Anhänger desselben sind, dass man von Seiten des Pompeius sich auf keine Entscheidung durch Waffen einlassen sollte. Vielleicht ist *omnia facere* = die Hauptrolle spielen, das *fac totum* sein, Alles beim Cäsar gelten. So in eo sunt omnia Cic. de Legg. II, 10. ad Divers. XV, 14. Liv. XL, 11: Demetrius iis unus omnia est. Ovid. Heroïd. XII, 162: qui nobis omnia solus erat. Cic. ad Divers. XIII, 1. Omnia mihi sunt cum Patrono. „Pendent haec a v. *video*, ut vidit Bosius, ego distinctione significavi. *ORELLI*" Der Sinn von *illac facere* und *hic omnia facere* kann auch sein: „diese Cäsarianer streben dahin und arbeiten möglichst darauf los, dass es ia nicht zum Kriege komme". Diese Erklärung wird durch nunc vero in alteram partem (Pompeii scilicet) *magis* timendi begünstigt. Also waren auch die Cäsarianer in Angst vor einem Kriege. Oder ist vielleicht der Sinn von *hic omnia facere omnes*, dass Alles oder das Ganze ietzt so auf allen diesen beruhet, dass sie hier eine solche Hauptrolle ietzt spielen, dass man ia nicht ab Seiten des Pompeius zu den Waffen schreiten sollte? Ueber *ne* s. Grotef. §. 336. Andere, z. B. Schütz setzen ein Punct hinter *putaram,* ohne eine Parenthese

quorum exitus semper incerti, nunc vero in alteram partem magis timendi. Bibulus de provincia decessit, Veientonem praefecit. In decedendo erit, ut audio, tardior: quem quum ornavit Cato, declaravit iis se solis non invidere, quibus
6 nihil aut non multum ad dignitatem posset accedere. Nunc venio ad privata. Fere enim respondi tuis literis de re publica et iis, quas in suburbano, et iis, quas postea scripsisti: ad privata venio. Unum etiam de Caelio. Tantum abest, ut meam ille sententiam moveat, ut valde ego ipsi, quod de sua sententia decesserit, poenitendum putem. Sed quid est, quod ei vici Lucceii sint addicti? Hoc te praetermi-
7 sisse miror. De Philotimo, faciam equidem, ut mones. Sed ego mihi ab illo hoc tempore non rationes exspectabam, quas tibi edidit, verum id reliquum, quod ipse in Tuscu-

---

zuzulassen; dann wieder hinter *abundat* und suppliren zu *facere omnes* decet mit der Erklärung: bei so bewandten Umständen sollten alle Optimaten und Pompeianer ihr Möglichstes thun, dass es nicht zum Kriege komme. Für diese Erklärung stimmt ep. 297, 2: Sentiam enim omnia facienda, ne armis decertetur. — *nunc vero*, unter den ietzigen Umständen aber für die Pompeianische Parthei doppelt furchtbar. — *decessit*, provinciae Syriae administrationem deposuit. — *Veientonem* quaestorem suum. *MANUT.* Sed constat Sallustium quaestoris locum apud Bibulum obtinuisse. Famil. II, 17. Itaque magis placet cum Pighio ad A. 703 *legatum* putare. *ERNESTI.* — *in decedendo* i. e. in proficiscendo ad urbem ex provincia. *SCH.* — *ornavit.* S. ep. CCXCIII, 7. „At hic idem Bibulo dierum XX." — *non invidere* cet., dass er nur solche nicht beneide, denen es so sehr an eigenen Verdiensten fehlt, dass ihnen sogar durch die grössten Ehrenbezeigungen kein oder nur wenig Glanz zuwachsen kann. *WIEL.* S. ep. CCLXVI u. CCLXVIII. Delev. *non* de Malasp. et Lamb. sententia Sch. Lün. Sed confer Graevium. *ORELLI".* Vulgo male *non invidere.* Nempe Cicero hoc ait: Cato ostendit se iis solis invidere, ut mihi, quibus nihil aut non multum ad dignitatem posset accedere. Itaque Bibulo non invidit; in me malevolus fuit. *SCH.* S. ep. CCXCIII, 7.

6. *in suburb.* praedio, in der Campagna di Roma. — *Caelio,* der sich neuerlich von Curio hatte verleiten lassen, zur Cäsarischen Partei überzugehen. Ueber ihn s. zu ep. 192. — *Tantum abest, ut.* s. Ramsh. §. 192, A, 3, N. Grotef. §. 398, Anm. 1. — *meam sent.*, de Pompeio sequendo. — *sint addicti*, gerichtlich zugeschlagen sind. *quod mei vicini Lucceii sint addicti* Tunstall. susp. prob. Ern. Lucceii erant vicini Ciceronis Tusculano. Vid. ad Divers. V, 15. *quod eius vici Lucceiis sint addicti* de Corradi susp. Lall. Et favent Regii Cdd., in quibus scribitur *Lucceiis.* *OR.* Der ep. CCL, 13 erwähnte Lucceius M. F. mochte eine Menge Häusergassen, vicos, *οἴκους*, besitzen, die er bei den Zeitumständen verkaufte.

7. *de Philotimo.* S. ep. 268, 3. 269, 1. 2. 270, 1. 282, 2. 283, 2. 284, 9. — *verum id reliquum* cet., sondern sie betreffen einen Schuldartikel, den Rest, den ich bei meiner Abreise in die Provinz auf sein Begehren, bevor ich das Tusculanum verliess, in mein Denkbuch eintragen musste, und worüber er mir in Asien eine eigenhändige Verschreibung zustellte. — *tibi edidit,* dir angegeben hat,

lano me referre in commentarium mea manu voluit, quodque idem in Asia mihi sua manu scriptum dedit. Id si praestaret, quantum mihi aeris alieni esse tibi edidit, tantum et plus etiam ipse mihi deberet. Sed in hoc genere, si modo per rem publicam licebit, non accusabimur posthac: neque hercule antea negligentes fuimus, sed amicorum multitudine occupati. Ergo utemur, ut polliceris, et opera et
consilio tuo: nec tibi erimus, ut spero, in eo molesti. De 8
serperastris cohortis meae, nihil est, quod doleas. Ipsi enim se collegerunt admiratione integritatis meae. Sed me moverat nemo magis, quam is, quem tu neminem putas. Idem et initio fuerat et nunc est egregius. Sed in ipsa decessione significavit sperasse se aliquid; et id, quod animum induxerat paullisper, non tenuit: sed cito ad se rediit meisque honorificentissimis erga se officiis victus pluris ea duxit
quam omnem pecuniam. Ego a Curio tabulas accepi, quas 9
mecum porto. Hortensii legata cognovi. Nunc aveo scire, quid hominis sit et quarum rerum auctionem instituat. Ne-

---

nach seiner Angabe bei dir. *tibi.* Sic Manut. Lamb., ut postulat sententia. *ibi* Cett. cum Cdd. *OR.* — *in hoc genere,* was diesen Punct betrifft; nämlich die Schulden Cicero's. — *neglig.*, durch Nachlässigkeit in Schulden gerathen. — *amicorum m. occup.*, vel quorum necessitatibus pecunia mutua danda subveneram vel quorum causis et periculis defendendis adeo occupatus eram, ut minus diligenter rem familiarem curare possem. *SCH.* — *consilio tuo*, um meine ökonomischen Angelegenheiten wieder in Ordnung zu bringen.

8. *de serperastris*, was die Kniesteifen betrifft. Ita vocat eos qui in eius cohorte fuere, quasi cum quibus ambularet, ut cum serperastris pueri ambulant. Quorum hominum causa ne quid infamiae subiret in provincia Atticus se timere significaverat. *MANUT.* Zur Sache vergl. ep. CCLXXXIV, 3. Varro de Ling. Lat. VIII, 5: „Non sequitur, ut stulte faciant, qui pueris in geniculis adligent *serperastra*, ut eorum depravata corrigant crura". *cerberastris* (Höllenhunde) „Alii" in m. 1584. — *integr.*, Uneigennützigkeit. — *moverat,* hatte mir die Galle rege gemacht. — *quam is*, Mescinius, quaestor Ciceronis. *neminem*, = nullum, nullius pretii, für den Unbedeutendsten. S. Ramsh. §. 203, 11, c. Ueber *Mescinius* vergl. ep. CCLXIV, 1 und CCLXVIII, 1. CCXCII, 4. — *decessione* mea, bei meinem Abgange aus der Provinz. — *quod animum* (Ern. susp. *in animum*) *induxerat*, *non tenuit*, er hielt, Was er sich in den Kopf gesetzt hatte, nicht fest. — *ad se rediit*, er besann sich wieder. — *ea* officia, *quam omnem pec.*, als wenn er grosses Geld in der Provinz erobert hätte.

9. *tabulas*, ein Testament. S. ep. CCXCIII, 3. — *Hortensii* filii *legata cogn.* i. e. legata, quae Hortensius filius ex testamento patris debebat. *SCH.* S. ep. CCXCIII, 7. — *Nescio enim.* Puteolanum fuisse M. Caelium apparet ex oratione pro ipso. Quum, inquit, omnia, quae ad portam Flumentanam sunt, Caelius Puteolanus emerit; nescio, cur ego contra omnia (ex bonis Hortensii oratoris) quae Puteolis sunt non emam: si modo ab Hortensio filio in auctione vendentur. Et per iocum: homo Puteolanus portam urbis occupa-

scio enim, cur, quum portam Flumentanam Caelius occuparit, ego Puteolos non meos faciam.
10 Venio ad Piraeea, in quo magis reprehendendus sum, quod homo Romanus *Piraeea* scripserim, non *Piraeeum*, — sic enim omnes nostri locuti sunt — quam quod *in* addiderim. Non enim hoc ut oppido praeposui, sed ut loco: et tamen Dionysius noster, qui est nobiscum, et Nicias Cous non rebatur oppidum esse Piraeea. Sed de eo videro. Nostrum quidem si est peccatum, in eo est, quod non ut de oppido locutus sum, sed ut de loco; secutusque sum, non dico Caecilium,

Mane ut ex portu in Piraeeum,

— malus enim auctor Latinitatis est, — sed Terentium, cuius fabellae propter elegantiam sermonis putabantur a C. Laelio scribi:

Heri aliquot adolescentuli coimus in Piraeeum:

et idem:

Mercator hoc addebat, captam e Sunio.

Quodsi δήμους oppida volumus esse, tam est oppidum Sunium, quam Piraeeus. Sed, quoniam grammaticus es, si

---

vit; cur ego Puteolos non possim? *MANUT. portam Flumentanam* (am Tiberis flumen). Intellige praedium Hortensii prope portam Flumentanam. Ad eandem igitur rationem *Puteolos* accipe praedium Hortensii Puteolanum, Baulon. *ERNESTI.* „Warum sollte ich, sagt Cicero scherzhaft, nicht das Puteolanum des Hortensius erstehen und mit meinem Puteolano vereinigen, da Cälius, ungeachtet seine Schulden viel grösser sind, das Landgut desselben an der porta Flumentana und die Lucceiischen Häuser (§. 6.) vor dem Tiberthore gekauft hat? „Solche Häuser trugen Miethe. Calius durch den wohlfeilen Preis derselben verleitet und um seinen Credit zu verbessern kaufte diese wahrscheinlich an sich, weil die Besitzer in einer Zeit, wo man Bürgerkrieg befürchtete, sie losschlugen. Freilich beschleunigte iener durch diesen Kauf seinen Ruin.

10. *Piraeea scripserim.* Nempe initio ep. ad Attic. VI, 9 (282), ubi Cicero scripserat: *in Piraeea quum exissem*, idque Atticus vituperarat. *SCH.* — *Dionysius.* S. ep. CCLVI, 3. CLXXXVI, 3. — *Nicias Cous*, ein Griechischer Sprachgelehrter von Profession aus Cos. Vielleicht *Nicias Curtius*, wie Corrad. wollte. S. ad Divers. VII, 23. IX, 10. 11. ad Attic. XII, 26. XIII, 28. Sueton. de Illustr. Grammat. c. 14. — *Sed de eo videro*, doch dieser Punct mag zu weiterer Untersuchung ausgesetzt bleiben. Sic Md. a sec. m. Oxon. 1. Vict. 1. Ed. 1581. *de reo* Md. a pr. m. *de re* Cett. prorsus insolite pro *de ea re. OR.* — *Caecilium* Statium, Insubrem Gallum, poëtam Comicum. Vid. Orat. II, 10. — *a C. Laelio scribi.* S. Cicer. de Amic. XXIV, 89. XXV, 93. XXVI, 98. de Senect. XVIII, 65. — *heri aliquot* cet. Terent. Eunuch. III, 4, 1. ubi tamen legitur *in Piraeo. SCH.* — *Mercator hoc.* Terent. Eunuch. I, 2, 35. sed ibi legitur sic: *Mercator hoc addebat e praedonibus, unde emerat, se audisse abreptam e Sunio.* Cicero igitur memoriter h. l. excitavit. *SCH. Sunium* am

hoc mihi ζήτημα persolveris, magna me molestia liberaris. Ille mihi literas blandas mittit. Facit idem pro eo Balbus. 11
Mihi certum est ab honestissima sententia digitum nusquam. Sed scis illi reliquum quantum sit. Putasne igitur verendum esse, ne aut obiiciat id nobis aliquis, si languidius, aut repetat, si fortius? Quid ad haec reperis? Solvamus, inquis. Age, a Caelio mutuabimur. Hoc tu tamen consideres velim. Puto enim, in senatu si quando praeclare pro re publica dixero, Tartessium istum tuum mihi exeunti: „Iube sodes nummos curari." Quid superest? Etiam. Ge- 12
ner est suavis mihi, Tulliae, Terentiae: quantumvis vel ingenii vel humanitatis. Satis. Reliqua, quae nosti, ferenda. Scis enim, quos aperuerimus: qui omnes praeter eum, de quo per te egimus, rem me facere rentur. Ipsis enim ex-

---

gleichnamigen Vorgebirge Attikas, ietzt Capo colonni. — ζήτημα, quaestionem, eine Frage. Quaestio de Piraeeo utique grammatica erat: iocose autem Cicero transit ad aliam quaestionem non grammaticam sed argentariam eiusque solutionem ab Attico ut grammatico petit. *SCH.* — *persolveris.* Videtur dicere debuisse *dissolveris*; sed ζήτημα ad rem pecuniariam pertinet et ad pecuniam debitam Caesari. Itaque iocose dixit *persolveris.* Cf. ep. CCC. *ERNESTI.* — *molestia*, Verlegenheit.

11. *Ille*, Caesar. — *pro eo*, eius nomine. — L. Cornelius *Balbus.* S. zu ep. CCCXXXIX. init. — *digitum nusquam* scil. discedere, keinen Finger breit abzuweichen. Nämlich nicht, weil er dem Cäsar schuldig war, zu seiner Partei überzutreten; wozu man ihn anzulocken schien. Vgl. ep. 184, 2. 187, 3. 188, 2. 189 am Ende. — *illi reliq. q. sit*, wie Viel er noch an mich zu fordern hat. — *ne . . . languidius*, ne Pompeius aut Pompeianorum aliquis, si languidius rem publicam adversus Caesarem defendam, mihi obiciat, id me, quod ei pecuniam debeam, facere. *SCH.* — *aut repetat* (Ern. susp. Sch. *aut ille repetat*) scil. aliquis Caesaris nomine pecuniam, quam Caesari debeo. — *si fortius* sc. rem publicam defendam. *SCH.* — *Quid ad h. rep.*, was für einen Ausweg findest Du dagegen? — *a Caelio* trapezita, einem Banquier. Vid. ad Attic. XII, 3. — *Tartessium*, L. Cornelium Balbum Gaditanum (vid. ep. CCXCVIII, 6.), Caesaris amicum. Hunc Cicero oratione, quae exstat, defenderat. Consul postea factus est. Plin. VII, 45. *MANUT.* Ueber Tartessus in Spanien s. Plin. h. n. V, 22. — *exeunti* e senatu dicturum esse. — „*Iube. . . curari*" Caesari solvendos, guter Freund, lass dem Cäsar sein Geld auszahlen. Balbus besorgte Cäsars Geldgeschäfte.

12. *Etiam*, doch noch Eins! — *gener*, Dolabella. — *suavis*, benimmt sich sehr einnehmend gegen. — *quantumvis . . human.*, er hat Verstand und Lebensart, so Viel man nur verlangen kann. — *Satis.* Doch genug davon! Sic distinguunt Bos. Graev. Ern. Reliqui iungunt: *humanitatis satis.* Non sine causa *satis* Sch. videbatur e geminat. ortum. *OR.* — *Reliqua*, dissoluti mores; inprimis prodigalitas. — *quos aper.*, was für Entdeckungen wir machten, da wir den andern Freiern meiner Tochter genauer nachforschten; quales eos cognoverimus. Sie steckten in Schulden. — *rem me facere rentur*, sie meinen, ich könnte Gold machen. Ceteri omnes, qui Tulliae nuptias expetebant, praeter unum, me divitem esse putant

pensum nemo ferret. Sed haec coram. Nam multi sermonis sunt. Tironis reficiendi spes est in M' Curio: cui ego scripsi tibi eum gratissimum facturum. Dat. v. Id. Decembr. a Pontio ex Trebulano.

EPISTOLA CCXCV. (ad Att. VII. 4.)

Scr. circa Idus Dec. A. U. C. 704. (a. C. 50.)

Dionysium Attici libertum ad eum Romam missum laudat. 1. quid Pompeius secum de impendente bello civili locutus sit, refert. 2—3.

CICERO ATTICO S.

Dionysium flagrantem desiderio tui misi ad te, nec mehercule aequo animo; sed fuit concedendum: quem quidem cognovi quum doctum, quod mihi iam ante erat notum, tum sane plenum officii, studiosum etiam meae laudis, frugi hominem ac, ne libertinum laudare videar, plane virum bo-
2 num. Pompeium vidi iv. Id. Decembres: fuimus una horas duas fortasse. Magna laetitia mihi visus est affici meo ad-

---

ideoque, quum sint obaerati, dotem filiae meae cupiebant. *SCH.* Sic Cod. decurt. Bos. Sch. Lün. Bent. *reum me facere rentur* Cett. cum Md., praeter Lamb., qui coni: *reum me facere parant* et Lall., qui e Cld. Regio *reum me facerent. ORELLI.* Der Sinn dieser Lesart würde sein: „die nun, weil ich ihnen meine Tochter verweigert habe, sehr gerne Anklagepuncte gegen mich auffinden möchten; oder die mich dadurch, dass ich als Schwiegervater ihnen aushelfen müsste, eigentlich in Schulden zu bringen gedenken, in Schulden bringen würden, so dass ich alsdann in lauter Klagen geriethe. — *praeter eum, de quo per te egimus.* S. ep. CLXXXVII, 2. — *expens. nemo ferret* i. e. nemo iis pecuniam crederet. Ich müsste mich also für sie verbürgen und so in Verantwortlichkeiten und Verdriesslichkeiten stürzen. — *multi serm. sunt,* es ist Viel darüber zu sagen. — *M' Curio,* Asc. 1. Crat. Vict. 1. Bos. Graev. *M. Curio.* S. ep. 293, 3. 292, 3. 289, 1. 288, 2. — *facturum,* Du werdest Dich ihm dafür höchst verbunden halten. *facturum. Vale.* Asc. 2. Crat. Lamb., ut fere semper *Vale* addunt in fine Epp. *futurum. Vale.* Asc. pr. *OR.* — *v. Id. Dec.,* am 9. Dec. — *a Pontio,* aus der Villa des L. Pontius Aquila auf dem Trebulano praedio unweit Trebula in Campanien. S. ep. CCXCIII, 2. CLXXXV, 1. CLXXXVI, 1.

1. *Dionys.* s. z. vorig. Brief. §. 10. — *nec ... aequo animo* = so schwer es mir auch ankam, mich von diesem zu trennen. — *tum sane.* Sic Iens. Rursus de Manut. susp. Sch. Lün. *notum sanctum* Md. a pr. m. Unde apparet, *tum* quum omissum esset a nonnullis, male post *sane* suppletum esse: tum *sane tum* coaluisse in *sanctum.* - *notum, tum sanctum* Med. a sec. m. Cett. Edd. *ORELLI.* Ienes *sanctum* verträgt sich auch nicht mit dem folg. *virum bonum.* — *plen. off.,* dienstfertig. — *ne libertinum* (Bouher. *ne ut*), ne tantum ut libertinum laudem; nam istae virtutes cadunt in libertinum; addam laudem e genere maiori: vir bonus est; sensu scil. Latino. Bouherius ad Tuscul. III, 8. etiam addendum putabat *ut*, quia revera libertus Attici erat. Placet. *ERNESTI.*

2. *iv. Id. Dec.,* am 10. Dec. — *fortasse,* Lamb. *fere.* om. *for-*

ventu: de triumpho hortari, suscipere partes suas: monere, ne ante in senatum accederem, quam rem confecissem; ne dicendis sententiis aliquem tribunum alienarem. Quid quaeris? In hoc officio sermonis nihil potuit esse prolixius. De re publica autem ita mecum locutus est, quasi non dubium bellum haberemus. Nihil ad spem concordiae: plane illum ab se alienatum, quum ante intelligeret, tum vero proxime iudicasse: venisse Hirtium a Caesare, qui esset illi familiarissimus, ad se non accessisse: et, quum ille a. d. VIII. Idus Decembr. vesperi venisset, Balbus de tota re constituisset a. d. VII. ad Scipionem ante lucem venire, multa de nocte eum profectum esse ad Caesarem. Hoc illi τεκμηριῶδες videbatur esse alienationis. Quid multa? Nihil 3
me aliud consolatur, nisi quod illum, cui etiam inimici alterum consulatum, fortuna summam potentiam dederat, non arbitror fore tam amentem, ut haec in discrimen adducat. Quod si ruere coeperit, nae ego multa timeo, quae non audeo scribere. Sed, ut nunc est, a. d. III. Nonas Ian. ad urbem cogito.

EPISTOLA CCXCVI. (ad Att. VII. 5.)

Scr. post Idus Dec, A. U. C. 704. (a. C. 50.)

Invalitudine Attici et Piliae se moveri scribit. 1. Tironem salvum velle affirmat. 2. de variis rebus privatis et de itinere scribit. 3. quantum de re publica timeat, exponit. 4—5.

CICERO ATTICO S.

Multas uno tempore accepi epistolas tuas: quae mihi, quamquam recentiora audiebam ex iis, qui ad me venie-

---

tasse Rom. Herv. — *de triumpho hortari*, munterte mich auf, um den Triumph anzuhalten. Ramsh. §. 168, 5. Grotef. §. 170. — *suscipere part. s.*, versprach mir, das Seinige dabei zu thun. — *acced.*. Er sollte also vor der Stadt bleiben, um nicht auf die Ehre eines Triumphs zu verzichten. — *Quid quaeris?* mit einem Worte. — *in hoc off. .... prolixius*, er hätte sich über diesen Punct nicht verbindlicher und ausführlicher gegen mich herauslassen können. — *De re publica*, über die Lage der Republik. — *Nihil ad spem conc.*, an einen gütlichen Vergleich sei gar nicht zu denken. — *plane illum*, Caesarem. — *proxime iudicasse*, das habe er zunächst daraus eingesehen, geschlossen, dass Hirtius u. s. w. — *illi*, Rom. *sibi famil.*, ut volebat Faërnus. Ueber Hirtius s. zu ep. 720 im Anf. — *et* hinter *non access.* = sed. — *VIII. Id. Dec.*, am 6. Dec. — *Balbus.* s. zu ep. 339 im Anf. — *a. d.* VII. am 7. Dec. — *ad Scipionem*, Pompeii socerum. — *multa de nocte*, noch in später Nacht. S. Ramsh. §. 147, 2. Schulz §. 103, 15. — *τεκμηριῶδες*, ein klares Zeichen.

3. *alterum consulatum*; ut alterum consulatum absens petere posset, scil Caesar. *MANUT.* Erg. dederant. — *dederat*, Man. Lamb. *dederit* — *ut .. adducat*, solche Vortheile auf die Spitze eines ungewissen Zufalls zu setzen. Exitus belli semper incerti nach ep. 294, 5. am Ende. — *ruere*, losbrechen, losstürmen. — *a. d. III. Nonas Ian.*, am 3. Ianuar. — *ad urb. cog.*, denk' ich vor der Stadt zu sein.

bant, tamen erant iucundae. Studium enim et benevolentiam declarabant. Valetudine tua moveor: et Piliam in idem genus morbi delapsam curam tibi afferre maiorem sentio.
2 Date igitur operam, ut valeatis. De Tirone, video tibi curae esse; quem quidem ego, etsi mirabiles utilitates mihi praebet, quum valet, in omni genere vel negotiorum vel studiorum meorum, tamen propter humanitatem et mode-
3 stiam malo salvum quam propter usum meum. Philogenes mecum nihil unquam de Luscieno locutus est; de ceteris rebus habes Dionysium. Sororem tuam non venisse in Arcanum miror. De Chrysippo, meum consilium probari tibi non moleste fero. Ego in Tusculanum nihil sane hoc tempore. Devium est τοῖς ἀπαντῶσιν et habet alia δύςχρηστα. Sed de Formiano Tarracinam pridie Kal. Ian. Inde Pomptinam summam. Inde Albanum Pompeii: ita ad urbem III.
4 Nonas, natali meo. De re publica quotidie magis timeo. Non enim boni, ut putant, consentiunt. Quos ego equites Romanos, quos senatores vidi! qui accerrime quum cetera, tum hoc iter Pompeii vituperarent. Pace opus est. Ex victoria quum multa mala, tum certe tyrannus exsistet. Sed haec

---

1. *Studium* tuum, deine Dienstfertigkeit. — *Valetudine*, durch deine Unpässlichkeit. Sic Cd. in m. 1584. Margo Crat. *In valetudine* Iens. Asc. pr. *Invaletudine* Asc. 2. Crat. Vict. Lamb. Bos. Graev. Ern. Sch. Lün. *ORELLI*. Vgl. zu ep. CCXCIII, 1. — *Piliam*, Attici uxorem.

2. *De Tirone*, was den Tiro betrifft. S. ep. CCLXXXV. seqq. — eum *video* cet.

3. *Philogenes*, servus aut libertus Attici. — *Luscieno*. Malim *Tuscenio* (Sic Lamb.) ex antiquis lapidibus. *MANUT*. S. ad Q. Fratr. I. 1, 6. II, 2. — *Dionysium* (s. ep. 294, 10), qui tibi, quid actum a me sit in rebus tuis, optime narrabit. *MANUT*. — *in Arcanum*, Quinti fratris fundum; quum obviam viro venire debuerit. *MANUT*. Des Attikus Schwester war Gemahlin von Quintus; aber vor kurzem wieder nicht im besten Vernehmen mit ihm gestanden. S. ep. 270, 1. — *De Chrysippo*. S. ep. 293, 8. — *meum consilium*, qui negare velim, illum a me liberatum. *MANUT*. — *tempore*, ins Tusculanum hab' ich dermalen keine Lust. *Ego in Tusculanum? Nihil s. h. t.* distinxit Lamb. *OR*. — *ἀπαντῶσιν*, devium est occurrentibus (et literas ad me Roma perferentibus) et habet alia incommoda. *SCH*. — *pridie Kal. Ian.*, am 31. Dec. — *Pomptinam summam*, regionem ad summam Pomptinae paludis partem. *MANUT*. — *III. Non.* Ian., am 3. Ianuar.

4. *ut putant*, wie man meint. - *putat* Lamb. 1566. errore typogr.? An ad Pompeium retulit? In m. 1584. Lambino tribuitur *putant*, quod habent Md. Asc. utraque. Crat. Vict. Bos. Seqq. *putavi* Man. ed. 1584. Omnium optimum foret: *ut putarat* (Pompeius). *ORELLI*. S. ep. 295, 2. — *hoc iter*, nach Neapel; quum potius ad urbem manere debeat, quod res publica hoc rerum tempore videatur eius tum consilio tum etiam praesidio indigere. *MANUT*. — *Ex victoria*, ergänze: in utramvis partem ea inclinet. Wahre Prophezeiung. — *tyrannus*, Asc. utraque. Crat. Lamb. Bos. *tyrannis*.

propediem coram. Iam plane mihi deest, quod ad te scribam. Nec enim de re publica, quod uterque nostrûm scit eadem: et domestica nota sunt ambobus. Reliquum est io- 5
cari, si hic sinat. Nam ego is sum, qui illi concedi putem utilius esse, quod postulat, quam signa conferri. Sero enim resistimus ei, quem per annos decem aluimus contra nos. „*Quid sentis igitur*"? inquis. Nihil scilicet nisi de sententia tua; nec prius quidem, quam nostrum negotium aut confecerimus aut deposuerimus. Cura igitur, ut valeas. Aliquando *ἀπότριψαι* quartanam istam diligentia, quae in te summa est.

EPISTOLA CCXCVII. (ad Att. VII. 6.)

Scr. post Idus Dec. A. U. C. 704. (a. C. 50.)

Se de re publica valde timere scribit. 1—2.

CICERO ATTICO S.

Plane deest quod ad te scribam: nota omnia tibi sunt: nec ipse habeo, a te quid exspectem. Tantum igitur nostrum illud solemne servemus, ut ne quem istuc euntem sine literis dimittamus. De re publica valde timeo: nec adhuc 2
fere inveni, qui non concedendum putaret Caesari quod postularet potius, quam depugnandum. Est illa quidem postulatio opinione valentior. Cur autem nunc primum ei resistamus? *οὐ γὰρ δὴ τόδε μεῖζον ἔπι κακὸν*, quam quum quinquennium prorogabamus; aut quum, ut absentis ratio

---

Cfr. Moser ad II *de Rep. p.* 178. *OR.* — *deest*, Ball. Helmst. (ut ep. seq. init.) *nihil est* prob. Graev. Statt *quod*, Iens. Crat. Vict. *quid.* cfr. Hand. ad Wopk. p. 168. — *scribam*, Lamb. *rescribam.*

5. *si hic sinat*, si per Caesarem liceat. *MAN.* — *is sum, qui.* S. Ramsh. §. 184, 3. Grotef. §. 432, Anm. 2. — *quod postulat*, also auch das Recht, ohne seine Erlaubniss nicht scherzen noch lachen zu dürfen. — *Sero*, zu spät. S. Ramsh. §. 203, II, a, 2. — *aluimus*, so gross, so mächtig haben werden lassen. — *contra nos*, so dass er uns ietzt überlegen ist. — *de sent. tua.* S. Zünpt §. 308. — *nec prius quidem*, quid sentiam, exposuerim. — *nostrum negotium*, triumphum, quem sperabat. *SCH.* — *ut valeas*, dass Du wieder genesest. — *Aliquando*, Lamb. *Et aliq.* — *ἀπότριψαι*, absterge, amolire, wirf ab, iage fort, *quartanam*, das Quartanfieber. S. ep. CCXCIII, 1.

1. *quid exsp.* Lamb. Ern. Sch. Lün. *quod.* Hic *quid* recte se habet, etiam ex Handii praeceptis. *OR.* Ueb. den Unterschied zwischen *habeo quid* u. *quod* s. Ramsh. §. 160, 1, Not. 3. 184, 2. — *illud soll.*, was wir uns heilig angelobt haben.

2. *quam depugn.*, als sich mit ihm zu schlagen. — *illa* Caesaris *postulatio opinione valentior*, geht über Alles, was man sich eingebildet hatte; = impudens, wie Andere haben. — *οὐ γὰρ κ. τ. λ.* Versus est Homeri Odyss. M, 209. „*Neque enim maius consequitur malum*". Ceterum vulgo perperam scribitur *οὐ γάρ ἄν τόδε μεῖζον ἔπει κακόν*. *SCH.* — *quinquennium* imperii. S. ep. 294, 4. —

haberetur, ferebamus: nisi forte haec illi tum arma dedimus, ut nunc cum bene parato pugnaremus. Dices, „Quid tu igitur sensurus es"? Non idem, quod dicturus. Sentiam enim omnia facienda, ne armis decertetur; dicam idem, quod Pompeius: neque id faciam humili animo. Sed rursus hoc permagnum rei publicae malum est: at quodam modo mihi praeter ceteros non rectum me in tantis rebus a Pompeio dissidere.

EPISTOLA CCXCVIII. (ad Att. VII. 7.)

Scr. circa XIII. Kal. Ian. A. U. C. 704. (a C. 50.)

De Dionysio ingrato. 1. de Philogenis negotio. 2. de Pomptini in urbem introitu. 3. de suis in hoc rei publicae statu consiliis. 4—7.

CICERO ATTICO S.

Dionysius, vir optimus, ut mihi quoque est perspectus, et doctissimus tuique amantissimus, Romam venit XV. Kal. Ian. et literas a te mihi reddidit: tot enim verba sunt de Dionysio in epistola tua. Illud, puto, non adscribis: *et tibi gratias egit.* Atqui certe ille agere debuit: et, si esset factum, quae tua est humanitas, adscripsisses. Mihi autem nulla de eo παλινῳδία datur propter superioris epistolae testimonium. Sit igitur sane bonus vir. Hoc enim ipsum bene fecit, quod mihi sui cognoscendi penitus etiam istam
suum, Caesarem, und dadurch seinen Schwiegersohn einer Greuelthat bezüchtigt, ihm das Verdammungsurtheil spricht. Vgl. ep. CCCVII, 1 und CCCV, 5: Damnasse enim sceleris cet. Luc. Calpurnius Piso, eben Der, welchen Cicero anklagte, hatte seine Tochter Calpurnia mit Cäsar vermählt, als die Pompeia von diesem verstossen war. — *istic*, Romae. — *Quintus* Cicero. — *Rufus* i. e. Mescinius Rufus quaestor, qui Ciceronem Minturnis convenerat. Vid. ep. CCCII, init. *SCH.* Da Cicero ihm ad Famil. V, 19. (ep. CCCLXXIII.) den Rath gibt, zu ihm zu kommen und sich an die rechtliche Partei, an Pompeius, anzuschliessen; Rufus hierauf diesem Rathe folgt und, wie wir sehen, ietzt bei Cicero sich aufhält: so muss iener Brief früher als dieser, und nicht gegen Ende Aprils, dieser Brief aber wirklich später, iedoch schon *VIII. Kalend. Febr.* od. am 25. Ian. geschrieben sein. Orelli, der weiter Nichts anmerkt, lies't *VIII. Kalend. Quintil.*, am 24. Iunius, wo Cäsar längst im Besitze der Stadt und Italiens war, also von dessen Ankunft als bevorstehend und von einer solchen Einladung des Mescinius nicht mehr die Rede sein konnte. Schütz, Lünem. geben daher richtig *VIII. Kal. Febr.* Dafür stimmt auch Epistola XIV, 18 oder CCCXII, die eine wahre Duplicata dieses Brief's und *III. Kal.* datirt ist. — *Minturnis*, in Latium novum, beim heutigen Traietta in Ruinen, mit den paludes Minturnenses, wo C. Marius sich versteckt hatte.

1. *De Vennoniis* negot., eine unbekannte Privatangelegenheit mit C. Vennonius, einem Freunde des Cicero. S. ad Attic. VI, 1. ad Famil. XIII, 72. Er ist verschieden von dem Historiker Vennonius de Legg. 1, 2. ad Attic. XII, 3. und von dem in Or. Balb. c. 25. erwähnten. — *Labienus.* S. ep. CCCVI, 2. CCCV, 5. CCCIV, 1. — *nullum civile* = nullius civis, keines Bürgers. S. Ramsh. §. 203. II, 6. Es bezieht sich *Facinus* auf den Uebergang dieses ersten und vertrautesten Generals vom Cäsar zur Pompeianischen Partei, bei der er sich iedoch sehr gebieterisch betrug und die Untergebenen beleidigte. — quam illius, *qui, ut aliud nihil* profecerit, *hoc tamen profecit: dedit illi*, Caesari, *dolorem* st. ut illi dolorem daret.

aliud nihil, hoc tamen profecit: dedit illi dolorem. Sed etiam ad summam profectum aliquid puto. Amo etiam Pisonem: cuius iudicium de genero suspicor visum iri grave. Quamquam, genus belli quod sit, vides. Ita civile est, ut non ex civium dissensione, sed ex unius perditi civis audacia natum sit. Is autem valet exercitu; tenet multos spe et promissis; omnia omnium concupivit. Huic tradita urbs est, nuda praesidio, referta copiis. Quid est, quod ab eo non metuas, qui illa templa et tecta non patriam, sed praedam putet? Quid autem sit acturus aut quo modo, nescio, sine senatu, sine magistratu. Ne simulare quidem poterit quidquam πολιτικῶς. Nos autem ubi exsurgere poterimus aut quando? Quorum dux quam ἀστρατήγητος, tu quoque animadvertis; cui ne Picena quidem nota fuerint: quam autem sine consilio, res testis. Ut enim alia omittam decem annorum peccata, quae conditio non huic fugae prae-

---

Das pronom. *hoc* weiset auf den folgenden Satz. — *ad summ. prof. aliquid*, das Ganze der Pompeianischrepublicanischen Partei hat Etwas durch diesen Schritt des Labienus gewonnen. — *Pisonem* illum Gabinii consulis collegam quondam; qui tum censor, adventante Caesare, urbem pariter reliquerat eaque re ostenderat sibi Caesaris, cuius socer erat, causam improbari; quod dicitur *iudicium de genero*, et quidem *grave*. *ERNESTI*. S. ep. CCCVI, 2. — *Quamquam* = gleichwohl. — *tradita* so gut als überlassen. — *copiis*, mit Allem, was zur Führung eines Krieges nöthig ist. — *sine senatu*, *sine mag.* denn diese hatten die Stadt verlassen. — *πολιτικῶς*, convenienter *rei publicae*, „er wird sich nicht einmahl den Schein geben können, als hand'le er staatgemäss. — *dux*, Pompeius. — *quam ἀστρατ.*, ignarus artis imperatoriae, sit, da auch Dir nicht entgeht, wie der strategischen Kunst diessmahl so unkundig deren Anführer sich benehme. — *cui* = quippe cui, quum ei. — *ne Picena quidem* erklärt Ernesti:" cui ne Picenum quidem ita cognitum fuit, quum esset satis vicinum sibi, ut intelligeret, id inprimis idoneum esse ad Caesarem ab urbe arcendum, et id occuparet et se Caesari advenienti opponeret. Allein dafür war ia doch, obwohl nicht hinreichend, gesorgt. S. zu ep. CCCI, 3. Daher Orelli vortrefflich bemerkt: *quo in epicena* Mdd. (Hinc Cdd. Malasp.: = *quoi ne Picena.*) Sed perquam mira vulgata lectio: nam, ut concedas, *Picena* dici posse pro *Piceno*, quod ipsum inauditum est, quomodo hoc ipsum de Pompeio cogitari potest nullam ei fuisse Piceni notitiam geographicam? Fuitne *cui ne τὰ ἐπίκοινα quidem?* i. e. res promiscuae, utriusque partis et Caesarianae et suae verus status et conditio; ut *Ep.* 21, §. 2. ei exprobrat *ignorationem non solum adversarii, sed etiam suarum copiarum. ORELLI.* Wirklich überschätzte Pompeius seine Volksbeliebtheit und Vielvermögenheit: auch erwartete er solch' eine audacia von Cäsar nicht. — *sine consilio* = consilio destitutus sit. — *peccata* politica Pompeii inde ab eo tempore, quo se cum Caesare coniunxit, qui fuere decem anni. *ERN.* — *quae conditio* (Vergleich) int. a Caesare proposita Pompeio pacis conservandae causa. Melius fuit, omnem conditionem accipere, quamvis duram, quam urbem ita relinquere. *ERN.*

2 stitit? Nec vero nunc quid cogitet scio: ac non desino per literas sciscitari. Nihil esse timidius constat, nihil perturbatius. Itaque nec praesidium, cuius parandi causa ad urbem retentus est, nec locum ac sedem praesidii ullam video. Spes omnis in duabus invidiose retentis, paene alienis legionibus. Nam delectus adhuc quidem invitorum est et a pugnando abhorrentium. Conditionum autem amissum tempus est. Quid futurum sit, non video. Commissum quidem a nobis certe est sive a nostro duce, ut e portu
3 sine gubernaculis egressi tempestati nos traderemus. Itaque de Ciceronibus nostris dubito quid agam. Nam mihi interdum amandandi videntur in Graeciam. De Tullia autem et Terentia, quum mihi barbarorum adventus proponitur, omnia timeo; quum autem Dolabellae venit in mentem, paullum respiro. Sed velim consideres, quid faciendum putes: primum πρὸς τὸ ἀσφαλὲς — aliter enim mihi de illis, ac de me ipso, consulendum est: — deinde ad opiniones; ne reprehendamur, quod eas Romae velimus esse in com-

---

2. *cogitet* Pompeius. — *ac* tamen. — *Nihil* = Nemo. — *timidius*, Oxon. 2. Ball. Helmst. Asc. 2. Crat. *tardius* contra Md. *OR.* — *praesidium*, Sicherheit für Rom. — *retentus est*, quo minus in Hispaniam, provinciam suam, proficisceretur. — *sedem*, Sammelplatz von Streitkräften zum Schutze der Stadt. — *spes omnis* nostra posita est. — *duabus invidiose retentis.* Cur *invidiose?* Quia Pompeius simulatione Parthici belli a Caesare abductas retinuerat. Quod factum magna in infamia fuit. Vid. Caes. Bell. Civil. I: *Pompeius infamia duarum legionum permotus* cet. *MANUT.* Herv. *insidiose.* — *alienis*, abgeneigt, quod adversus imperatorem suum invitae ducerentur. Vid. Caes. libr. VIII: quo quum venisset (Caesar) cognoscit per C. Marcellum consulem, legiones duas ab se remissas cet. *MANUT.* — *delectus*, die neu Angeworbenen bestehen aus *invitorum*, ut benefici memoriam observantium, quod agrum Campanum colerent lege Iulia datum. *MANUT.* Simul quod mallent agrum colere, quam stipendia mereri. Hinc ep. 315. ait parum prolixe in delectu habendo respondere Campanos colonos. *SCH.* Vgl. ep. 298, 6. — *Cond. tempus*, die Zeit zu Vergleichsvorschlägen. — *Commissum quidem ... est ... ut*, gewiss ist darin .. sehr gefehlt, dass.

3. *de Cicer.* S. ep. CCCV, §. 3. am Ende. — *De Tullia.* S. ep. CCCV, 6 und CCCVI. — *barbarorum adventus* ad urbem, quod vulgo additur. *Barbari* sunt Galli, quos multos in exercitu Caesar habebat. *ERN.* Vgl. ep. CCXCVIII, 7 und CCCIV, 3. — *propon.* mir vorschwebt, ich mir vorstelle. — *Dolab. ven. in m.*, denk' ich aber wieder an Dolabella. S. ep. CCCVI, 1. Ueb. die Construct. Ramsh. §. 111, Not. 3. Grotef. §. 241. Zumpt §. 439. — πρὸς τὸ ἀσφαλὲς, ad id, quod tutum sit, der Hauptpunct ist Sicherheit. — *ad* = attinet ad. *ad opiniones*, dann kommt die öffentliche Meinung in Betracht, ob man es uns nicht übel auslegen würde. πρὸς τὰς δόξας reperi primum in Corradi Ed. 1544. Manut. 1555. Lamb. Egregie, si e Cod. probatae fidei. Sed videtur profectum a Manutio. *ORELLI.* — *esse*, manere. — Sexto *Peducaco*, einem Röm. Se-

muni bonorum fuga. Quin etiam tibi et Peducaeo — scripsit enim ad me — quid faciatis, videndum est. Is enim splendor est vestrûm, ut eadem postulentur a vobis, quae ab amplissimis civibus. Sed de hoc tu videbis, quippe quum de me ipso ac de meis te considerare velim. Reli- 4
quum est, ut et quid agatur, quoad poteris, explores scribasque ad me, et quid ipse coniectura assequare: quod etiam a te magis exspecto. Nam, acta omnibus nuntiantibus, a te exspecto futura. *Μάντις δ' ἄριστος.* Loquacitati ignosces, quae et me levat ad te quidem scribentem et elicit tuas literas.

XIII. b. (CICERO ATTICO S.)

Aenigma Oppiorum ex Velia plane non intellexi. Est 5
enim numero Platonis obscurius. Iam intellexi tuum. Oppios enim de Velia succones dicis. In eo aestuavi diu: quo aperto, reliqua patebant et cum Terentiae summa con-

nator und Freunde von Attikus. S. ad Attic. III, 13. 14. 17. bloss *Sextus* genannt ad Famil. VIII, 14. als Praetor von Sicilen gepriesen de Finibb. II, 18. Verrin. 1, 7. II, 18. — *tu videbis.* Ueber das nachdrucksvolle *tu* s. Ramsh. §. 158, 1.

4. *coni. asseq.*, durch Vermuthung herausbringen. — *exspecto.* Md. a pr. manu *expeto.* — *Μάντις δ' ἄριστος.* Supplendum, ut senarius integer habeatur: *ὅστις εἰκάζει καλῶς*, vates is optimus fuerit, qui bene coniecerit (der trefflichste Prophet ist, Der sich auf die Kunst zu rathen gut versteht. *WIEL.*). Est versus ex deperdita Euripidis tragoedia. Huic enim tribuit Plutarchus de def. Orac. T. I. p. 768. ed. Steph. *Ernesti.* — *levat.* Vgl. ep. CCCV, 3. CCCIV. sub fin. *Acquiesco.*

5. *Aenigma tuum plane* coni. Sch. Lün. „Est hoc initium alius Epistolae, ut recte vidit Manutius. In priori ignosci postulat loquacitati; in altera brevitatem excusat epistolae." Lall. *ORELLI.* Atticus in epistola, cui Cicero hic respondet, de re quadam pecuniaria, quum Oppii de Velia nominandi essent, eos *αἰνιγματικῶς succones* appellaverat, quod *ὀπός* Latine *succus* est. Atticus igitur *succones* scripserat pro *Oppiorum* nomine, in quo Cicero diu aestuavit. Ergo verba *Oppiorum ex Velia* a glossatore ex sequentibus inculcata delevi et rescripsi: *Aenigma tuum plane non intellexi. SCH.* — *Velia* hiess ein nahe am Palatinischen Berge gelegenes Stadtquartier, wo die reichen Geldhändler Oppii hart neben Attikus wohnten (daher ep. 330, 3. Attici contubernales genannt), die eine Forderung an Cicero, vielmehr an seine Gemahlinn aus der Zeit seines Aufenthalts in Cilicien hatten. *succones* spielt darauf an, quod satis pecuniosi essent Oppii feneratores. — *numero Platonis,* doctrina numerorum, qua usus est Plato in Timaeo. Nisi forte Cicero scripsit *Timaeo*, quod est in Codd. Iunii. *SCH.* Wieland bezieht es auf die räthselhafte, zum Sprichwort gewordene Zahl im 8. B. de repub. Plat. S. dessen Aristipp. IV. Bd. S. 432 ff. — *Iam* = ietzt, endlich. Oxon. 1. Asc. 1. Crat. Lamb. *tuum aenigma.* Sch. coni. Lün. *tamen.* Iterum de aenigmate cogitans assecutus est, Atticum sub vocabulo *succones* intellexisse *Oppios ex Velia. SCH.* — *In eo* aenigmate explicando *aestuavi* = sudavi. — *aperto,* expedito,

6 gruebant. L. Caesarem vidi Minturnis a. d. VIII. Kal. Febr. mane, cum absurdissimis mandatis, non hominem, sed scopas solutas: ut id ipsum mihi ille videatur irridendi causa fecisse, qui tantis de rebus huic mandata dederit; nisi forte non dedit, et hic sermone aliquo arrepto pro mandatis ab-
7 usus est. Labienus, vir mea sententia magnus, Teanum venit a. d. IX. Kal. Ibi Pompeium consulesque convenit. Qui sermo fuerit et quid actum sit, scribam ad te, quum certum sciam. Pompeius ab Teano Larinum versus profectus est a. d. VIII. Kal. Eo die mansit Venafri. Aliquantum animi videtur nobis attulisse Labienus. Sed ego nondum habeo, quid ad te ex his locis scribam. Ista magis exspecto: quid illim afferatur; quo pacto de Labieno ferat; quid agat Domitius in Marsis, Iguvii Thermus, P. Attius Cinguli; quae sit populi urbani voluntas; quae tua

---

soluto. — *Terentiae*; also ,die Summe, welche sie dem Gemahl angegeben hatte.

6. *L. Caesarem*, Lucii 690 consulis, qui legatus Caesaris nunc erat, filium. Vid. Caes. B. Civ. I, 8. 9. ad Famil. IX, 7. Erat idem Proquaestor Africae, cui Catone interfecto Caesar vitam concessit. Vid. Hirt. Afr. c. 89. — *Minturnis.* S. zu ep. 306. am Ende. — *VIII. Kal. Febr.*, am 25. Ian. — *mandatis* Caesaris, quae ipse refert de Bello Civil. 1, 9. — *scop. sol.* i. e. hominem non magis rebus gerendis ac negotiis idoneum, quam scopas (Besen) solutas everrendis aedibus. *SCH.* — *ille*, C. Iulius Caesar. — *irrid. caus.*, um uns zu verhöhnen, seinen Spott mit uns zu treiben. — *qui* = ut . . *dederit.* — *et* = sed post *non.* — *sermone* Caesaris de pace cum Pompeio servanda *arrepto p. m. abusus est*, Asc. 1. Crat. *sit*, „sondern dieser ein dem Cäsar entfallenes Wörtchen statt eines Auftrages missbraucht hat." Er war aber wirklich mit einem geheimen Auftrage vom Pompeius nach Ariminum gekommen und von Cäsar an ienen wirklich mit Friedensvorschlägen zurückgeschickt. S. Caes. de B. C. I, 8. 8.

7. *Labienus* S. §. 1. CCXCVIII, 6. — *IX. Kal.*, am 24. Ian. *Teanum.* S. ep. CCCV, 2. — *quid act. sit*, das Resultat dieser Zusammenkunft. — *Larinum*, hodie Larino. S. ep. CCCV, 2. — *Venafri.* Campaniae oppidum in dextra Vulturni ripa, nunc Venafri. *SCH.* Er entfernte sich also immer weiter von Rom. — *attulisse* desciscendo a Caesare. — *quid*, Ern. Sch. Lün. *quod . . . scribam.* — *Ista*, Nachrichten von iener Seite, von Cäsar. — *illim* Sic Bos. Graev. Sch. ed. min. = *illinc* (Md.) Asc. Crat. Vict. 1. 2. Lamb. Ern. Lün. *OR. illinc* a Caesare. Ueber *illim* s. zu ep. XIX, 4. *istim.* — *quo pacto . . . ferat*, wie Cäsar den Uebergang des Labienus zur Pompeiischen Partei aufnimmt. Cäsar liess sich dadurch nicht irre machen. — *in Marsis* am Lago di Marso, durch den Marsischen Krieg berühmt. Ueber Domit. s. zu ep. CCCI, 3. — *Iguvium*, oppidum Umbriae ad viam Flaminiam (hodie Gubio), Thermus praetor (S. zu CCXXX. im Anf.) cum cohortibus quinque tenebat. Curionis autem a Caesare cum tribus cohortibus missi adventu cognito cohortes ex urbe eduxit ac profugit. Curio Iguvium recepit. Caes. d. B. Civ. 1, 12. *SCH.* — *P. Attius* Varus non *Cinguli*, sed *Auximi* tunc erat, quo ex oppido praesidium, quod

coniectura de rebus futuris: haec velim crebro et quid tibi de mulieribus nostris placeat et quid acturus ipse sis, scribas. Si scriberem ipse, longior epistola fuisset; sed dictavi propter lippitudinem.

EPISTOLA CCCVIII. (ad Att. VII. 14.)

Scr. Calibus a. d. VI. Kal. Febr. A. U. C. 705. (a. C. 49.)

De mandatis Caesaris ad Pompeium. 1. de eius gladiatoribus, quos Capuae habuerat. 2. de uxore et filia, ut Roma exeant, cohortandis. 3.

CICERO ATTICO S.

A. d. vi. Kal. Febr. Capuam Calibus proficiscens, quum leviter lippirem, has literas dedi. L. Caesar mandata Caesaris detulit ad Pompeium a. d. viii. Kal., quum is esset cum consulibus Teani. Probata conditio est, sed ita, ut ille de iis oppidis, quae extra suam provinciam occupavisset, praesidia deduceret. Id si fecisset, responsum est ad urbem nos redituros esse et rem per senatum confecturos. Spero [esse] in praesentia pacem nos habere. Nam et illum furoris et hunc nostrum copiarum suppoenitet. Me 2
Pompeius Capuam venire voluit et adiuvare delectum: in quo parum prolixe respondent Campani coloni. Gladiatores Caesaris, qui Capuae sunt, de quibus ante ad te falsum ex A. Torquati literis scripseram, sane commode Pompeius distribuit, binos singulis patribus familiarum. Scutorum in

---

introduxerat, eduxit ac profugit. Caes. l. l. c. 13. Sch. *Cingulum* die von Labienus erbaute Stadt in Picenum (Marc Ancona.). — *si scriberem.* Ern. susp. *scripsissem;* im Briefstil! — *propt. lipp.*, wegen eines Flusses in den Augen.

1. *vi. Kal. Febr.*, am 27. Ianuar. — *Cales* eine kleine Landstadt in Campanien. — *lipp.* S. Ende des vorig. Br. — *L. Caesar.* S. zum vorig. Br. §. 6. — *mand. Caes.* S. de B. Civ. I, 9. — *viii. Kal.*, am 25. Ianuar. — *Teani.* S. ep. CCCVII, 7. — *de iis*, Asc. 1. Crat. Vict. 1. *his.* — *[esse]* Sic Md. Oxon. 2. cet. del. *esse* Sch. Lün. *OR.* — *in praes.*, vor der Hand. — *hunc nostrum*, Pompeium. — *copiar.*, dass er seiner Macht zu Viel zugetrauet hat. S. ep. 305, 2.

2. *adiuvare delectum*, die Werbung betreiben. S. ep. CCCIV, 5. — *in quo . . . coloni*, „wobei die Campanischen Kolonisten unseren Erwartungen nicht sonderlich entsprechen." Cäsar war ihr Wohlthäter, indem er sie durch seine vor 10 Iahren gegebene lex agraria in die Städte des glücklichen Campaniens verpflanzt hatte. S. ep. CCCVII, 2: *invitorum.* — *ex A. Manlii Torquati literis*, quae non exstant. Ueber Torquatus s. zu ep. 517. im Anf. — *commode*, sehr rathsam, damit sie nicht en corps zum Cäsar sich durchschlagen und bei der Gelegenheit die öffentliche Sicherheit befährden möchten. — *Scutorum.* Sic Med. Oxon. 1. 2. Asc. 1. Crat. Lall.

ludo ɪↄↄ fuerunt: eruptionem facturi fuisse dicebantur.
3 Sane multum in eo rei publicae provisum est. De mulieribus nostris, in quibus est tua soror, quaeso videas, ut satis honestum nobis sit eas Romae esse, quum ceterae illa dignitate discesserint. Hoc scripsi ad eas et ad te ipsum antea. Velim eas cohortere, ut exeant: praesertim quum ea praedia in ora maritima habeamus, cui ego praesum, ut in iis pro re nata non incommode possint esse. Nam si quid offendimus, in genero nostro — quod quidem ego praestare non debeo — sed id fit maius, quod mulieres nostrae praeter ceteras Romae remanserunt. Tu ipse cum Sexto, scire velim, quid cogites de exeundo de totaque re quid existimes. Equidem pacem hortari non desino: quae vel

---

Ern. Sch. *secutorum* Victor. coni. Lamb. Bos. Graev. Sed tum numerus nimius est. Mirum tamen videri potest arma dumtaxat, non tela commemorari. Confer contra *Milon.* §. 64. *scutorum, gladiorum, sparorum pilorumque etiam multitudo* cet. Sed unum tantum genus commemoravit, ut de reliquorum multitudine coniectura fieret. *ORELLI. Secutores* u. *mirmillones* waren die Gattung von Gladiatores, welche mit Helm, Schild und Schwert bewaffnet gegen die Retiarii fechten und sie verfolgen mussten, die ein grosses Netz und eine dreizackige Gabel zum Angriff führten, um die secutores in das ihnen über den Kopf geworfene Netz zu verstricken und ihnen dann den Dreizack in den Leib zu stossen. S. Sueton. Caligul. c. 30. Iuvenal. VIII, 210. Die Sache selbst erzählt Cäsar de B. Civ. 1, 14. *Scutorum* pro *scutatorum.* Abstr. pro Concreto. — *IↃↃ* Sic Md. Cd. decurt. Crusell. Seqq. *CIↃ.* Cd. Tornaes. Asc. 1. Crat. — *in ludo*, in der Fechterschule. — *facturi*, Cod. Urs. Crat. *bis erupt.* Cd. Longol. *cum iis erupt.* — *provisum.* Md. *profixum.* An hoc ortum ex: *profectum? OR.*

3. *soror*, Quinti Ciceronis uxor. S. zur Sache ep. CCCVII, 7. CCCVI, 1. CCCV, 6. — *illa.* Sic Md. a sec. man. Oxon. 1. firmantes Sch. coniecturam. *illi* Md. a pr. man. *ulla* cett. *OR.* — *exeant* ex urbe. — *in iis.* Sic scripsi. *his* Cett. *OR.* — *pro re nata*, nach Erforderniss der Umstände. So ep. CCXCIX, 2. — *Nam* bezieht sich auf *ut exeant.* — *si quid offend. in genero nostro*, Dolabella, Caesariano. Vid. ep. CCCVI, 1. CCCVII, 3. u. s. w. „denn, wenn es schon anstössig ist, dass mein Schwiegersohn auf der andern Partei sich befindet. — *praestare*, verantworten, wofür verantwortlich sein. — *sed id fit maius*, so wird man, sag' ich, das um so üb'ler nehmen, üb'ler finden, dass u. s. w. Ea offensio augebitur, quod credent homines Ciceronem clam cum Caesare facere, quia uxor eius et filia Romae maneant, quum omnes aliae honestae discesserint. *ERN.* Sic distinxi cum Vict., item cum Crat. Man. Lamb., qui tres tamen omis. *sed*, ut saepe factum est post παρενθέσεις. *ORELLI.* Ueber *sed* als partic. der Epanalepsis vergl. Ramsh. §. 206, B, 6, *) — *cum Sexto* Peducaeo. S. zu ep. CCCVII, 3. — *de exeundo*, ob Ihr euch aus Rom entfernen oder dableiben wollt. — *pacem hortari.* S. Gronov. ad *Tac. Annal.* II, 3. Ramsh. §. 131, Not. 2. *Equidem ad pacem* Margo Crat. Vict. Lamb. Bos. Graev. *OR.* — *vel iniusta* = ut vel iniusta sit, sogar wenn er ungerecht ist. — *bellum.* Margo Md. Asc. utraq. *bellum in civibus.* Ball. Helmst. *b. in*

iniusta utilior est quam iustissimum bellum. Sed haec, ut fors tulerit.

EPISTOLA CCCIX. (ad Att. VII. 15.)

Scr. Capuae a. d. V. Kal. Febr. A. U. C. 705. (a. C. 49.)

Exponit, quae in conventu Capuae habito decreta sint. 1—3.

CICERO ATTICO S.

Ut ab urbe discessi, nullum adhuc intermisi diem, quin aliquid a te literarum darem: non quo haberem magno opere, quid scriberem; sed ut loquerer tecum absens: quo mihi, quum coram id non licet, nihil est iucundius. Ca- 2
puam quum venissem a. d. VI. Kal. pridie, quam has literas dedi, consules conveni multosque nostri ordinis. Omnes cupiebant Caesarem, abductis praesidiis, stare conditionibus iis, quas tulisset. Uni Favonio leges ab illo nobis imponi non placebat: sed is haud auditus in consilio. Cato enim ipse iam servire quam pugnare mavult. Sed tamen ait in senatu se adesse velle, quum de conditionibus agatur, si Caesar adductus sit, ut praesidia deducat. Ita, quod maxime opus est, in Siciliam ire non curat; quod metuo ne obsit, in senatu esse vult. Postumius autem, de quo

---

civilibus. Crat. Lamb. *b. cum civibus. ORELLI.* — *Sed haec* evenient.

1. *intermisi,* ich habe vorbei gehen lassen. — *quin* = ohne. — *quo* = als ob. S. Grotef. §. 394. — *quid,* Lamb. *quod scrib.* — *coram* steht dem *absens* entgegen.

2. *VI. Kal.*, am 27. Ianuar. — *abductis* ex urbibus Italiae septemtrionalis, quas occupaverat. Vid. ep. CCCVIII, 1. — *iis,* Asc. 1. Crat. Vict. 1. *his.* — *stare cond.*, bei den vorgeschlagenen Bedingungen beharren. — *Favonio*, illi Catonis aemulo, cuius mentio fit ep. 211. 267. Eum Augustus ultimo supplicio affecit. Vid. Sueton. Octav .c. 13. *SCH.* — *imponi,* praescribi. S. d. folg. Br. §. 4. — *auditus.* Fortasse add. *est. OR.* — *Cato* cet. Dass es so schlimm mit Cato nicht stand, bewies er nachher, besonders zu Utica. Cicero war iedoch wegen des Triumphs mit ihm nicht ganz zufrieden, wie wir in den vorigen Briefen z. B. ep. CCXCIII, 7. gelesen haben: — *in Siciliam* illi assignatam, quum Italiae regiones descriptae sunt, quam quisque tueretur. Vid. ep. ad Famil. XVI, 11. (CCCI, 3.) Früher hatte es verlautet, als ob Pompeius den Cicero dahin senden wollte. S. ep. 298, 4. — *quod max. op. est,* „wo seine Gegenwart vom grössten Nutzen sein würde," im Gegens. von *quod metuo ne obsit*, er will im Senate sein, wo seine Gegenwart, wie ich besorge, schaden dürfte. Metuit nempe, ne, ut Cäsaris inimicus, plura postulet, quam opus sit. *SCH.* Cato ging iedoch nach Sicilien, floh aber nachher, als er Curio's Ankunft hörte. Denn er war dort zu sehr verlassen. S. Caes. de B. Civ. I, 30. ad Attic. X, 13. — *T. Postumius*, quem Cicero Brut. c. 77, non minus vehementem imperatorem quam bellatorem nominat. *SCH.*

nominatim senatus decrevit, ut statim in Siciliam iret Furfanioque succederet, negat se sine Catone iturum: et suam in senatu operam auctoritatemque quam magni aestimat. Ita res ad Fannium pervenit. Is cum imperio in Siciliam
3 praemittitur. In disputationibus nostris summa varietas est. Plerique negant Caesarem in conditione mansurum; postulataque haec ab eo interposita esse, quo minus, quod opus esset ad bellum, a nobis pararetur. Ego autem eum puto facturum, ut praesidia deducat. Vicerit enim, si consul factus erit, et minore scelere vicerit, quam quo ingressus est. Sed accipienda plaga est. Sumus enim flagitiose imparati quum a militibus, tum a pecunia: quam quidem omnem, non modo privatam, quae in urbe est, sed etiam publicam, quae in aerario est, illi reliquimus. Pompeius ad legiones Attianas est profectus: Labienum secum habet. Ego tuas opiniones de his rebus exspecto. Formias me continuo recipere cogitabam.

EPISTOLA CCCX. (ad Div. XVI. 12.)

Scr. Capuae IV. Kal. Febr. A. U. C. 705. (a. C. 49.)

Deplorat statum rei publicae; initia belli civilis exponit; Tironem, ut valetudinis rationem rediturus habeat, hortatur. 1—6.

M. T. CICERO TIRONI SUO S. P. D.

Quo in discrimine versetur salus mea et bonorum omnium atque universae rei publicae, ex eo scire potes, quod

---

Sic Buenemann. ad *Lact. Institt.* 5, 14, 2. *Postumus* Cett. *ORELLI.* — *T. Furfanio*, qui Siciliam pro praetore rexerat 704. *SCH.* — *negat.* Asc. 1. Crat. *is negat.* cfr. Moser ad II. *de Rep.* p. 550. Ramsh. §. 158, 2, g. *quam magni aestim.*, er legt darauf, wer weis, wie grossen Werth. *quam* = valde. So Terent. Andr. I, 1: flens quam familiariter. Ramsh. §. 109. 156, 3. — *res*, der einstweilige, vorläufige Oberbefehl über die Truppen auf Sicilien. — *C. Fannium* C. F., qui fuit tribunus pl. Caesare et Bibulo Coss. *SCH.*

3. *postulataque ... interpos. esse*, und diese Vorschläge seien von ihm dazwischen gebracht. — *fact. ut.* Ramsh. §. 204, 5. Cicero irret sich in Cäsar. — *factus erit*, Asc. 1. Crat. *fuerit.* — *quam quo ingress. est*, als sein Einfall in Italien war. — *plaga*, die Demüthigung müssen Wir uns von ihm gefallen lassen. — *flagitiose*, schandbar. — *a* = in Hinsicht. — *quae in urbe est*, int. in foro et apud feneratores; nam et publica in urbe est: sed *privata pecunia in urbe* distinguitur ab ea, quae erat in provinciis. *SCH.* — *legiones Attianas*, quas P. Attius Varus habebat. De Attio supra est ep. 13. (h. edit. CCCVII, 7.). Legiones hae iterum sunt infra ep. 20. (CCCXVII, 1.). Duplici *t* est in Caesare *Oudend.* et Appiano *Schweigh.* Lipsius ad *Belg. Cent.* 2. *Ep.* 16. putabat legendum *Appianas*, quas Appius legatus habebat, duas scil. illas abductas a Caesare per ipsum illum Attium. *ERN.*

1. *TIRONI.* S. zu ep. CCLXXXV. im Anf.

domos nostras et patriam ipsam vel diripiendam vel inflammandam reliquimus. In eum locum res deducta est, ut, nisi qui deus vel casus aliquis subvenerit, salvi esse nequeamus. Equidem, ut veni ad urbem, non destiti omnia 2
et sentire et dicere et facere, quae ad concordiam pertinerent: sed mirus invaserat furor non solum improbis, sed etiam iis, qui boni habentur, ut pugnare cuperent, me clamante nihil esse bello civili miserius. Itaque quum Caesar amentia quadam raperetur et oblitus nominis atque honorum suorum Ariminum, Pisaurum, Anconam, Arretium occupavisset, Urbem reliquimus: quam sapienter aut quam fortiter, nihil attinet disputari. Quo quidem in casu simus, vides. Feruntur omnino conditiones ab illo, ut Pompeius 3
eat in Hispaniam: delectus, qui sunt habiti, et praesidia nostra dimittantur: se ulteriorem Galliam Domitio, citeriorem Considio Noniano — his enim obtigerunt — traditurum: ad consulatus petitionem se venturum: neque se iam velle absente se rationem haberi suam: se praesentem trinum nundinum petiturum. Accepimus conditiones: sed ita, ut removeat praesidia ex iis locis, quae occupavit, ut sine metu de his ipsis conditionibus Romae senatus haberi possit. Id ille si fecerit, spes est pacis, non honestae — 4
leges enim imponuntur — sed quidvis est melius, quam sic esse, ut sumus. Sin autem ille suis conditionibus stare noluerit, bellum paratum est; eiusmodi tamen, quod sus-

2. *sed etiam iis.* Vict. 2. Graev. Ern. Bened. Sch. Lün. *his.* Crat. Vict. 1. *improbos . . . hos. OR.* S. Ramsh. §. 122, — *me clamante*, ungeachtet ich schrie. Ramsh. §. 171, 2, d. — *honorum* = supplicationum, magistratus, imperii. Vgl. ep. CXLVIII: „Quum Caesar singularibus ornatus et novis honoribus ad eam causam accederet." — *disputari.* Sic Md. Crat. Vict. 1. 2. *disputare* Cett. *OR.*

3. *condit.*, Vergleichsvorschläge. — *in Hispaniam*, Pompeii provinciam. Vid. ad Famil. VI, 6. (CCCCLXX, 5.). „Eundum in Hispaniam censui cet. — *delectus . . . habiti*, unsere neu ausgehobene Mannschaft. — *L. Domitio* Ahenobarbo, Caesaris inimico, consul qui fuerat cum Appio Claudio. — *Q. Considio* seni. Vid. ep. XXX. *Noniano*, ex Nonia gente in Considiam adoptato. Hic nondum consul fuerat; itaque Gallia citerior praetoria facta provincia. *MANUT.* — *obtiger.* scil. sorte. — *absente*, Lamb. *neque iam velle absentis.* — *suam.* Sic Md. Bened. *sui* Ceteri. Cfr. Gernhard *ad Offic.* 1. §. 130. Bremi *ad Cornel. Nep. Lysandr.* 4, 3. *ORELLI.* S. Ramsh. §. 158, 4. Not. 3. — *trinum nundinum*, drei Markttage. Eadem, quae in legibus ad populum ferendis in magistratibus creandis ratio fuit, promulgatis per tres nundinas eorum nominibus, qui petebant, ut populus, de quibus suffragium laturus esset, tanto ante nosset. *MANUT.* — *ita*, ea sub conditione, ea lege, unter der Bedingung. — *ex iis.* Sic Neap. Lamb. *his* Cett. cum Md. — *de his.* Sic Md. Neap. Asc. 1. Vict. 2. *iis* Cett. *OR.*

4. *leges enim* nobis *impon.*, denn wir lassen uns Gesetze vorschrei-

tinere ille non possit, praesertim quum a suis conditionibus ipse fugerit: tantummodo ut eum intercludamus, ne ad urbem possit accedere; quod sperabamus fieri posse. Delectus enim magnos habebamus: putabamusque illum metuere, si ad urbem ire coepisset, ne Gallias amitteret: quas ambas habet inimicissimas, praeter Transpadanos: ex Hispaniaque sex legiones et magna auxilia, Afranio et Petreio ducibus, habet a tergo. Videtur, si insaniet, posse opprimi, modo ut urbe salva. Maximam autem plagam accepit, quod is, qui summam auctoritatem in illius exercitu habebat, T. Labienus, socius sceleris esse noluit: reliquit illum et nobiscum *est*: multique idem facturi esse
5 dicuntur. Ego adhuc orae maritimae praesum a Formiis. Nullum maius negotium suscipere volui, quo plus apud illum meae literae cohortationesque ad pacem valerent. Sin autem erit bellum, video me castris et certis legionibus praefuturum. Habeo etiam illam molestiam, quod Dolabella noster apud Caesarem est. Haec tibi nota esse volui: quae cave ne te perturbent et impediant valetudinem tuam.
6 Ego A. Varroni, quem quum amantissimum mei cognovi, tum etiam valde tui studiosum, diligentissime te commendavi, ut et valetudinis tuae rationem haberet et navigationis et totum te susciperet ac tueretur: quem omnia facturum confido: recepit enim et mecum locutus est suavissime. Tu, quoniam eo tempore mecum esse non potuisti, quo ego maxime operam et fidelitatem desideravi tuam, cave festines aut committas, ut aut aeger aut hieme naviges.

---

ben. — *quum a suis cond. fugerit*, da er von seinen Bedingungen wieder abgesprungen wäre und folglich die Schuld des Krieges ganz allein auf ihm liegen und ihm allgemeinen Hass zuziehen würde. — *tantummodo ut*, wenn nur. Ramsh. §. 190. Anm. 8. Grotef. §. 422. — *habebamus*, um sie Cäsars Veteranen entgegen zu stellen. Imperf. des Briefstils. — *praeter Transpadanos*, quibus Caesar et aedilis et consul civitatem dare cogitavit, quod postea dictator effecit. Vid. ep. CCLXX et CLXXXV. *MANUT.* — *Afranio et Petreio*, legatis Pompeii, quos postea Caesar devicit. *MANUT.* S. zu ep. CCCI, 3. — *modo ut urbe salva* opprimatur, wenn nur die Stadt (Rom) dabei verschont bleibt! — *Max .. plagam*, den empfindlichsten Streich. S. ep. CCCVII, 7. u. das. 1. — *nobiscum est* e Suppl. Edd. om. *est* Md. *OR.*

5. *a Formiis.* Praefecturae meae primum oppidum Formiae sunt. *MANUT.* S. zu ep. CCCVIII, 2. — *Nullum maius neg.* cet. Eine beherzigenswerthe Stelle! — *quo* = ut eo *plus*. S. Ramsh. §. 193, 1. Grotef. §. 403. — *Dolabella.* Vgl. ep. CCCVIII, 3.

6. — *A.* Terentio *Varroni* Murenae, Ciceronis amantissimo. Vid. ad Famil. XIII, 22. Eius filium putat Manutius esse eum, qui consul fuit cum Augusto 731. — *recepit*, promisit, suscepit. — *suaviss.*, und hat sich in den verbindlichsten Ausdrücken darüber gegen mich erklärt. — *quoniam.* S. ep. CCCII, 6. — *cave fest.*

Nunquam sero te venisse putabo, si salvus veneris. Adhuc neminem videram, qui te postea vidisset, quam M. Volusius, a quo tuas literas accepi; quod non mirabar: neque enim meas puto ad te literas tanta hieme perferri. Sed da operam, ut valeas: et, si valebis, quum recte navigari poterit, tum naviges. Cicero meus in Formiano erat: Terentia et Tullia Romae. Cura, ut valeas. IV. Kalendas Febr. Capua.

EPISTOLA CCCXI. (ad Att. VII. 16.)

Scr. Calibus a. d. III. Kal. Febr. A. U. C. 705. (a C. 49.)

Se, quid Caesar acturus sit et quid Pompeius agat, exspectare scribit. 1—3.

CICERO ATTICO S.

Omnes arbitror mihi tuas literas redditas esse, sed primas praepostere, reliquas ordine, quo sunt missae, per Terentiam. De mandatis Caesaris adventuque Labieni et responsis consulum ac Pompeii, scripsi ad te literis iis, quas a. d. v. Kal. Capua dedi: pluraque praeterea in eandem epistolam conieci. Nunc has exspectationes habemus 2
duas: unam, quid Caesar acturus sit, quum acceperit ea, quae referenda ad illum data sunt L. Caesari; alteram, quid Pompeius agat: qui quidem ad me scribit paucis diebus se firmum exercitum habiturum; spemque affert, si in Picenum agrum ipse venerit, nos Romam redituros esse. Labienum secum habet non dubitantem de imbecillitate Caesaris copiarum: cuius adventu Cnaeus noster multo animi plus habet. Nos a consulibus Capuam venire iussi sumus ad Nonas Febr. Capua profectus sum Formias a. d. III. Kal. Eo die, quum Calibus tuas literas hora fere

---

Ramsh. §. 167, 2, Not. 1. Grotef. §. 186. Anm. 2. — *sero.* Ramsh. §. 203, II, a, 2. — *M. Volusius* quaestor ex Asia rediens. Hic est, qui postea aedilis plebis proscriptus a triumviris singulari fallaciae genere percussores evasit, ut narrat Valer. Max. VII, 3, 8. *ERNESTI.* — *recte*, ohne Gefahr. — *IV. Kal.* Febr., am 29. Ianuar. — *Capua*, von Capua aus.

1. *literis iis*, epistola CCCIX. *his* Asc. 1. Crat. Vict. 1. — *v. Kal.*, am 28. Ianuar.

2. *acceperit*, wird vernommen haben. — *L. Caesari.* S. ep. CCCVIII, 1. — *in Picenum ... venerit.* Das hätte er versuchen sollen! — *nos*, die Consuln und Senatoren. — *non dubitantem.* Labieni verba sunt ap. Caes. de B. Civ. III, 87: *noli existimare, Pompeii, hunc esse exercitum, qui Galliam Germaniamque devicerit. Omnibus interfui proeliis; neque temere incognitam rem pronuntio. Perexigua pars illius exercitus superest* cet. *MANUT.* — *ad Nonas Febr.*, auf den 5. Februar; wie *ad diem.* Forte legend.: *a. d. VII. Idus* Margo 1584. *ORELLI.* — *III. Kal.*, am 30. Ianuar. —

3 nona accepissem, has statim dedi. De Terentia et Tullia tibi assentior; ad quas scripseram, ad te ut referrent: si nondum profectae sunt, nihil est quod se moveant, quoad perspiciamus, quo loci sit res.

EPISTOLA CCCXII. (ad Div. XIV. 18.)

Scr. Formiis III. Kal. Febr. A. U. C. 705. (a. C. 49.)

Monet, ut diligenter considerent: Romaene maneant an Urbe discedant. 1—2.

TULLIUS TERENTIAE SUAE ET PATER SUAVISSIMAE FILIAE, CICERO MATRI ET SORORI S. P. D.

Considerandum vobis etiam atque etiam, animae meae, diligenter puto, quid faciatis: Romaene sitis, an mecum in aliquo tuto loco. Id non solum meum consilium est, sed etiam vestrum. Mihi veniunt in mentem haec: Romae vos esse tuto posse per Dolabellam, eamque rem posse nobis adiumento esse, si quae vis aut si quae rapinae fieri coeperint. Sed rursus illud me movet, quod video omnes bonos abesse Roma et eos mulieres suas secum habere. Haec autem regio, in qua ego sum, nostrorum est quum oppidorum, tum etiam praediorum: ut et multum esse mecum et,
2 quum abieritis, commode et in nostris esse possitis. Mihi plane non satis constat adhuc, utrum sit melius. Vos videte, quid aliae faciant isto loco feminae: et ne, quum velitis, exire non liceat. Id velim diligenter etiam atque etiam vobiscum et cum amicis consideretis. Domus ut propugnacula et praesidium habeat, Philotimo dicetis. Et ve-

---

Eo Marg. Crat. *Eodem die.* — *quum* = quo. S. Ramsh. §. 203, IV, 1, b. — *Cales*, ietzt Calvi, in Campanien, durch seinen Wein berühmt. Horat. Carm. I, 20, 9.

3. *De Terentia et Tullia.* S. ep. CCCVIII, 2. — *ad te ut ref.*, sich an Dich zu wenden, sich Deiner Leitung zu überlassen. — *Nihil est, quod.* S. Ramsh. §. 184, 2, N. 1. Grotef. §. 396. Anm. — *quo loci.* Ramsh. §. 115, III. Grotef. §. 232.

1. *consilium . . . est . . . vestrum* st. consilii est vestri. S. zu ep. CCCVI, die mit dieser fast gleiches Inhalts, gleicher Sprache ist. — *per Dolab.* S. zu ep. 306, 1 — *illud me movet* cet. S. ep. CCCVIII, 2. gegen Ende. — *nostrorum est. Regionem* intelligit Campaniam, cui cum imperio praepositus erat. Eius regionis *oppida sua* dicit, opinor, quae erant in eius clientela ipsumque habebant patronum; *praedia*, quorum erat ipse dominus, ut Cumanum. *ERNESTI.* — *mecum*, in oppidis. — *abieritis* a me. — *in nostris* praediis.

2. *isto loco*, illa dignitate, qua estis. — *ne . . non.* S. Ramsh. §. 193, I, 4. Grotef. §. 402, Anm. — *cum amicis*, inprimis cum Pomponio. Vid. ep. CCCXI, 3. — *propugnacula*, nempe ne repentino impetu capi possit militum latrocinantium. — *Philotimo*,

lim tabellarios instituatis certos, ut quotidie aliquas a vobis literas accipiam. Maxime autem date operam, ut valeatis, si nos vultis valere. III. Kal. Formiis.

EPISTOLA CCCXIII. (ad Div. XVI. 8.)

Scr. Formiis vel alio in Campaniae oppido sub finem Ianuarii A. U. C. 705. (a. C. 49.)

Admonetur Tiro, ne se navigationi nisi bene firmum committat neve naviget nisi explorate. 1—2.

Q. CICERO TIRONI S.

Magnae nobis est sollicitudini valetudo tua. Nam, tametsi, qui veniunt, *ἀκίνδυνα μὲν, χρονιώτερα δὲ* nuntiant, tamen in magna consolatione ingens inest sollicitudo, si diutius *a* nobis afuturus est is, cuius usum et suavitatem desiderando sentimus. Attamen quamquam videre te tota cogitatione cupio, tamen te penitus rogo, ne te tam longae navigationi et viae per hiemem nisi bene firmum committas
neve naviges nisi explorate. Vix in ipsis tectis et oppidis 2
frigus infirma valetudine vitatur: nedum in mari et via sit facile abesse ab iniuria temporis.

Ψύχος δὲ λεπτόχρωτι πολεμιώτατον,

inquit Euripides. Cui tu quantum credas, nescio. Ego certe singulos eius versus singula † eius testimonia puto.

---

liberto. — *III. Kal.*, am 30. Ianuar. Vulgo est *VIII. Kal.*. Sed illo die Cicero non fuit Formiis, sed Minturnis; unde illo die scripserat epistolam *ad Divers.* XIV, 14. h. ed. 306. Ergo III. *Kal. Febr.* scribendum. Schütz.

TIRONI. S. zu ep. CCLXXXV. im Anf.

1. *Valetudo* scil. adversa, dein Gesundheitszustand, Befinden. — *qui* a te *veniunt.* — *ἀκίνδυνα* cet., tuta quidem sed diuturna i. e. te quidem non aegrotare periculose, sed morbum fore diuturniorem. *MANUT.* Ueber *tametsi ... tamen.* s. Ramsh. §. 191, 1. — *a nobis.* Sic Crat. Vict. Lamb. Graev. Ern. Sch. Lün. *a* omis. Cett. *OR.* — *sentimus*, wir erst gewahren, wahrnehmen, schätzen lernen. — *tota cogit.*, aus ganzer Seele, von ganzem Herzen. — *nisi bene firmum* = nisi bene firmus sis. Brachylog. — *explorate*, mit Vorsicht, circumspecte, habens navem idoneam, comites et gubernatorem non nimis festinantem. S. ep. CCLXXXV, 2.

2. *frigus*, Erkältung — *infirma valetudine*, quum conflictamur cum adversa valetudine, bei schwacher Gesundheit. S. Ramsh. §. 171, III, 2, b. und 172. — *abesse ab ini. temp.*, Nichts von der Strenge der Witterung zu leiden. — *Ψύχος κ. τ. λ.* Senarius Euripidis ex deperdita tragoedia: *Frigus est homini tenerioris corpusculi inimicissimum*, „denn Kält' ist zarter Leiber ärgster Feind." *WIEL.* — *singula † eius testimonia.* Hoc corruptum. Puto fuisse: *singula σοφίας testimonia.* Omis. *eius* Erford. Crat. Lamb. Sch. Lün. *ORELLI.* Secund. Quinctil. X, 1. *σοφὸς Σοφοκλῆς, σοφώτερος Εὐριπίδης, σοφώτατος ὁ Σωκράτης.* Oraculum Apollinis est. *singula*

Effice, si me diligis, ut valeas et ut ad nos firmus ac valens quam primum venias. Ama nos, et vale. Q. F. tibi salutem dicit.

EPISTOLA CCCXIV. (ad Att. VII. 17.)

Scr. in Formiano IV. Non. Febr. A. U. C. 705. (a. C. 49.)

De mandatis Pompeii ad Caesarem perlatis, de Trebatii literis Caesaris rogatu ad Ciceronem scriptis et suis ad eas responsis. 1—5.

CICERO ATTICO S.

Tuae literae mihi gratae iucundaeque sunt. De pueris in Graeciam transportandis tum cogitabam, quum fuga ex Italia quaeri videbatur. Nos enim Hispaniam peteremus: illis hoc aeque commodum non erat. Tu ipse cum Sexto etiam nunc mihi videris Romae recte esse posse. Etenim minime amici Pompeio nostro esse debetis. Nemo enim unquam tantum de urbanis praediis detraxit. Videsne me
2 etiam iocari? Scire iam te oportet, L. Caesar quae responsa referat a Pompeio, quas ab eodem ad Caesarem ferat literas. Scriptae enim et datae ita sunt, ut proponerentur in publico: in quo accusavi mecum ipse Pompeium, qui, quum scriptor luculentus esset, tantas res atque eas, quae in omnium manus venturae essent, Sestio nostro scri-

---

testimonia puto i. e. tam veros et certos quam testimonia religiose dicta i. e. gerichtlich beschworene Zeugnisse. *SCH. testimonia* forsitan oracula.

1. *sunt* pro *fuerunt.* — *de pueris . . transport.* Suum et Quinti fratris filium in Graeciam transportare volebat, quoniam ibi commodius erudiri poterant, quam si eos secum in Hispaniam abduxisset. *SCH. tum* erst da, als. — *fuga . . . quaeri videb.*, als man auf die Flucht . . . bedacht zu sein schien. — *Hisp.*, quod ibi exercitus Pompeianus erat. Vid. ep. CCCX, 4. CCCXV, 2. — *non erat.* Indicat. pro coniunct. — *Sexto* Peducaeo. S. ep. CCCVII, 3. — *recte,* ohne Bedenken. — *de urbanis praediis.* Sic Cd. in marg. 1584. *praesidiis* Cett.: „in quo iocus nullus inest. Contra illud ambigue dictum risum σαρδάνιον movere poterat: significat enim: „nemo unquam tam imminuit, immo dempsit locupletibus vobis facultatem in urbe remanendi." *ORELLI. praesidiis . . . detrax.*, ut qui nummorum vestrorum curam nullam habuerit, urbe sine praesidio relictis. *POPMA. praesid.* erklärt Wieland dahin, dass die Consuln und übrigen Magistrate nebst den Consularen u. s. w. die Stadt verlassen hätten, zu deren Schutz sie eigentlich zurück bleiben mussten. — *etiam* = sogar noch.

2. *L. Caes.* S. zu ep. CCCXI, 2. — *Pompeium, qui* = *quod is.* — *scriptor luculentus* i. e. quum sit ipse Pompeius in oratione satis amplus et nitidus. *SCH.* — *tantas res*, ein so wichtiges Actenstück. *Sestio*, inepto homini et insulso. Vid. Cicero ep. 229. Es ist aber nicht P. Sestius gemeint, der ietzt als Proprätor sich in Cilicien

bendas dederit. Itaque nihil unquam legi scriptum σηστιωδέστερον. Perspici tamen ex literis Pompeii potest nihil Caesari negari omniaque et cumulate, quae postulet, dari, quae ille, amentissimus fuerit, nisi acceperit, praesertim quum impudentissime postulaverit. Quis enim tu es, qui dicas, si in Hispaniam profectus erit, si praesidia dimiserit? Tamen conceditur? minus honeste nunc quidem, violata iam ab illo re publica illatoque bello, quam si olim de ratione habenda impetrasset: et tamen vereor, ut his ipsis contentus sit. Nam quum ista mandata dedisset L. Caesari, debuit esse paullo quietior, dum responsa referrentur: dicitur autem nunc esse acerrimus. Trebatius quidem scri- 3
bit se ab illo IX. Kal. Febr. rogatum esse, ut scriberet ad me, ut essem ad urbem: nihil ei me gratius facere posse. Haec verbis plurimis. Intellexi ex dierum ratione, ut primum de discessu nostro Caesar audisset, laborare eum coepisse, ne omnes abessemus. Itaque non dubito, quin ad Pisonem, quin ad Servium scripserit. Illud admiror non ipsum ad me scripsisse, non per Dolabellam, non per Caelium egisse: quamquam non aspernor Trebatii literas, a quo me unice diligi scio. Rescripsi ad Trebatium, — nam 4
ad ipsum Caesarem, qui mihi nihil scripsisset, nolui — quam illud hoc tempore esset difficile: me tamen in praediis meis esse neque delectum ullum neque negotium sus-

---

befand u. welchen Cicero in der noch vorhandenen Rede vertheidigt hat. — σηστιωδ., nil magis Sestio dignum, nihil ineptius, nihil inficetius. *SCH.* — *omniaque*, wo *que* nach *nihil* = sed. — *quae ille nisi acceperit, ament. fuerit.* Eine Synchysis! — *Quis enim tu*, Caesar, *es, qui* = ut *dicas*, denn wie kann ein Mann, wie Du, sich's herausnehmen zu sagen. — *si in Hisp. . . dimiserit.* Haec enim fuerant in pacis conditionibus a Caesare propositis, ut Pompeius in Hispaniam iret ac praesidia sua dimitteret. — *de ratione* sui absentis *habenda* in petitione consulatus impetrasset, als wenn man ihm ehemals mit guter Art verwilligt hätte, abwesend um das Consulat anhalten zu dürfen. — *vereor, ut* = ne non. — *acerrimus*, am Hitzigsten im Heranrücken und Betreiben seiner Pläne. Die Vorschläge zum Vergleich machte er also bloss, um seine Gegner einzuschläfern. S. folg. Brief §. 2.

3—4. *C. Trebatius* Testa. S. zu ep. CXXXV, im Anf. — *IX. Kal. Febr.*, am 24. Ianuar. — *plurimis*, Asc. 1. Crat. Manut. Lamb. *pluribus.* Difficillima optio. cfr. *Vatin.* §. 41. *ad Divers.* 13, 6. 15, 13. 15, 16. *de Rep.* 1, 7. *ORELLI.* — *rat.*, Berechnung. — *de discessu nostro* facto *a. d. XIV. Kal. Febr.* — *laborare*, zu besorgen. — *omnes* consulares. — *abessemus* = urbem relinqueremus. — *Pisonem* socerum suum. — *Serv. Sulp.* S. zu ep. CCCLXV. im Anf. — *Caelium.* S. zu ep. CXCII. im Anf. — *non aspernor.* Freilich war dieser noch ein unbedeutender junger Rechtsgelehrter, der sich bloss als eine Art von Consulent mit Officiersrang beim Cäsar aufhielt. — *illud*, nempe ut essem ad urbem. — *hoc tempore*, unter diesen Umständen. — *delectum*, der ihm iedoch vom Pompeius u.

cepisse. In quo quidem manebo, dum spes pacis erit: sin bellum geretur, non deero officio nec dignitati meae, pueros *ὑπεκθέμενος* in Graeciam. Totam enim Italiam flagraturam bello intelligo. Tantum mali excitatum est partim ex improbis, partim ex invidis civibus. Sed haec paucis diebus ex illius ad nostra responsa responsis intelligentur, quorsum evasura sint. Tum ad te scribam plura, si erit bellum: sin autem etiam induciae, te ipsum, ut spero, videbo.
5 Ego IV. Non. Febr., quo die has literas dedi, in Formiano, quo Capua redieram, mulieres exspectabam: quibus quidem scripseram, tuis literis admonitus, ut Romae manerent. Sed audio maiorem quendam in urbe timorem esse. Capuae Non. Febr. esse volebam, quia consules iusserant. Quidquid huc erit a Pompeio allatum, statim ad te scribam: tuasque de istis rebus literas exspectabo.

EPISTOLA CCCXV. (ad Att. VII. 18.)

Scr. Formiis III. Non. Febr. A. U. C. 705. (a. C. 49.)

Mulieres Formias venisse nuntiat. 1. in belli impendentis periculo quid consilii ceperit 2. quid de Dionysio fieri velit. 3. quantum Q. frater in pecunia Attico solvenda laboret, exponit. 4.

CICERO ATTICO S.

IIII. Non. Febr. mulieres nostrae Formias venerunt tuaque erga se officia plena tui suavissimi studii ad me pertulerunt. Eas ego, quoad sciremus, utrum turpi pace nobis, an misero bello esset utendum, in Formiano esse volui et una Cicerones. Ipse cum fratre Capuam ad consules — Nonis enim adesse iussi sumus — III. Non. pro-

---

von den andern Consuln aufgetragen war. S. ep. CCCVIII, 2. CCCX, 4. — *In quo quidem manebo* d. i. bei dieser Meinung werd' ich den Cäsar lassen; gegen ihn werd' ich so sprechen; *od.* bei diesem Benehmen werd' ich beharren." Und doch war er nicht ganz unthätig. S. ep. 310, 4. 334, 5. u. Anlage B. 3. Anlage D. 7. u. 8. 326, 5. — *officio* cet. Er gibt leise zu verstehen, dass er dann offenkundig, mit dem Degen in der Hand, gegen Cäsar auftreten werde. S. folg. Brief §. 2. 317, 2. — *ὑπεκθ.*, quum clam subduxero et transportavero, wenn ich werde in Sicherheit gebracht haben. *pueros*, Cicerones. — *ex illius*, Caesaris, *responsis*. — *responsa* del. censebat Ernesti. — *intell.* statt *intelligetur*. Graecismus.

5. *IV. Non. Febr.*, am 2. Februar. — *Non. Febr.*, am 5. Februar. — *volebam* = volo; *iusserant* = iusserunt im Briefstil. ep. 311, 2.

1. *IIII. Non. Febr.* = *Quarto Non.* Asc. 1. Crat. Vict. 1. Ern. Sch. Lün. Ceterum haec quoque scriptura defendi potest e Frontone p. 85. Rom. *octavidus* pro *octavo Idus. ORELLI.* — *Formias vener.*, s. d. vorig. Br. §. 5. — *pertul.* Sic Margo Crat. Lamb. Bos. in *Add. studii*, *attulerunt* Cett. *OR.* — *adesse iussi s.*, wir sind auf den 5. dahin beschieden. — III. *Non.*, am 3. Februar. — *quum* =

fectus sum, quum has literas dedi. Responsa Pompeii grata populo et probata concioni esse dicuntur. Ita putaram. Quae quidem ille si repudiarit, iacebit: sin acceperit .... Utrum igitur, inquies, mavis? Responderem, si, quemad-
modum parati essemus, scirem. Cassium erat hic auditum 2
expulsum Ancone eamque urbem a nobis teneri. Si bellum futurum est, negotium utile. Caesarem quidem, L. Caesare cum mandatis de pace misso, tamen aiunt acerrime delectum habere, loca occupare, vincire praesidiis. O perditum latronem! o vix ullo otio compensandam hanc rei publicae turpitudinem! Sed stomachari desinamus, tempori pareamus, cum Pompeio in Hispaniam eamus. Haec optio in malis; quoniam illius alterum consulatum a re publica ne
data quidem occasione repulimus. Sed haec hactenus. De 3
Dionysio fugit me ad te antea scribere; sed ita constitui: exspectare responsa Caesaris, ut, si ad urbem rediremus, ibi nos exspectaret; sin tardius id fieret, tum eum arcesseremus. Omnino quid ille facere debuerit in nostra illa fuga, quid docto homine et amico dignum fuerit, quum praesertim rogatus esset. .... Sed haec non nimis exquiro

---

quo die. — *iacebit*, *κείσεται*, so ist es um seine Volksgunst geschehen. — *acceperit*. . . Aposiopesis. Intelligitur enim: *pax scilicet turpis consequetur*. S. Ramsh. §. 206, C, 2, N. 1. — *quemadm. par. ess.*, wie es um unsere Streitkräfte stände.

2. *Q. Cassium.* Nam Caius Pompeianus. Vid. CCCXVIII, 2. *MANUT.* S. zu ep. CCXLI. im Anf.; über Q. Cassius ad Attic. VI, 6. (CCLXXVI, 4). ad Famil. XVI, 11. (CCCI, 2). Philipp. III, 10. Er war als Tribunus pl. mit Antonius und Curio zum Cäsar gegangen. Ueber *erat. auditum* mit folg. accus. c. infinit. s. Ramshorn §. 168, B. 4, Not. 2. — *neg. utile*, so ist das ein sehr vortheilhafter Streich. S. ep. CCCIV, 1. — *acerrime.* s. vorig. Br. §. 2. am Ende. — *vincire praes.*, i. e. firmare. — *ullo otio comp.*, Schande, die kaum durch irgend einen Frieden sich vergüten läst. — *tempori par.*, wir müssen uns in die Zeit fügen. — *in Hisp.* S. ep. CCCXIV. im Anf. — *Haec optio in malis*, diese Wahl bleibt uns unter den Uebeln nur übrig; nämlich das kleinere Uebel zu wählen. — *repulimus*, i. e. absentis in petitione rationem haberi noluimus, quum eius ne occasio quidem data esset, quippe quod, quae dudum ei concessa essent, eriperentur. *MANUT.* aliique. *POPMA* sic: „quoniam Caesari alterum consulatum petenti non restitimus, ne data quidem occasione, quum scil. tribuni pl. legem ferrent, ut Caesaris absentis ratio haberetur. Tunc enim facile potuit repelli; nunc, quum maximos exercitus habeat, non potest." Recte.

3. *de Dionysio.* S. ep. CCXCIX. CCXCVIII. — *exspectaret*, Dionysius. Zur Sache vergl. ep. CCCVIII, 1: ad urbem nos redituros esse. — *Omnino.* Marg. Cd. Memm. Malasp. susp. probante Lamb. *omisit.* — *in illa nostra fuga* scil. quum ab urbe nobis esset discedendum. *SCH.* S. ep. CCCIV, 4: *Fugiens* denique Pompeius cet. — *rogatus esset* a me. Dionysius nempe, qui adhuc pueros Ciceronis erudiverat (vid. ep. III, 2. 112, 2. 129, 1. 156, 3. 186, 3.

a Graecis. Tu tamen videbis, si erit, quod nolim, arcessendus, ne molesti simus invito. 4 Quintus frater laborat, ut tibi, quod debet, ab Egnatio solvat: nec Egnatio voluntas deest nec parum locuples est; sed quum tale tempus sit, ut Q. Titinius — multum enim est nobiscum — viaticum se neget habere idemque debitoribus suis denuntiarit, ut eodem fenore uterentur; atque hoc idem etiam L. Ligus fecisse dicatur; nec hoc tempore aut domi nummos Quintus habeat aut exigere ab Egnatio aut versuram usquam facere possit, miratur te non habuisse rationem huius publicae difficultatis. Ego autem, etsi illud ψευδησιόδειον — ita enim putatur — observo, *μηδὲ δίκην*, praesertim in te, a quo nihil unquam vidi temere fieri; tamen illius querela movebar. Hoc, quidquid est, te scire volui.

---

u. s. w.), rogatus erat a M. Tullio, ut se ab urbe discedentem prosequeretur puerosque docere pergeret. Id ille recusaverat et Romae manserat. *SCH.* Aposiopesis figura! sive *ἀνανταπόδοτον*, ut Supra ep. CCCXV, 3. Vid. Ramsh. §. 206, B, 6, c. Cdd. Lall. Margo. Crat. Lamb. Bos. Ern. addunt *scio* post *esset.* E glossemate. Es fehlt: hat er nicht gethan, omisit, neglexit, non curavit. — *Sed haec non* cet. Doch in solchen Dingen nehm' ich's mit einem Griechen nicht zu genau. — *quod nolim.* Denn Cicero möchte lieber selbst nach Rom zurückkehren; dann brauchte er den Dionysius nicht zu sich kommen zu lassen. — *ne* hängt von *videbis* ab. S. Ramsh. §. 193, 3. — *invito*, falls er nicht gerne zu mir kommen will.

4. *laborat*, thut sein Möglichstes. — *ab Egnatio* trapezita, dem er das Geld ableihen will, was er Dir schuldig ist. — *Q. Titinius*, ein Römischer Ritter u. reicher Capitalist. S. ad Attic. II, 4. (XXIX). Er war der Halbbruder des C. Fannius d. h. sie hatten eine Mutter. Verrin. 1, 49. Wesseling. Obs. 1, 13. ad Attic. V, 21. IX, 6. — *viat.*, Reisegeld für den Fall, dass wir fliehen müssten. — *idemque* (s. Ramsh. §. 158, 2, g.) . . . *denuntiarit*, u. dass er auch seinen Schuldnern angekündigt hat, sie könnten die verfallenen Capitale gegen die bisherigen Zinsen in ihrem Gebrauche behalten. — *uterentur* i. e. ne forte, si maiores usuras ab iis exigere vellet, in hac temporum iniuria sortem una cum usuris perderet. — *L. Ligus*, gleichfalls ein ansehnlicher Capitalist und Geldverleiher aus der Familie der Aelier. S. orat. Cluent. c. 26. Bei Cicero kommen vor *L. Ligus* Verrin. 1, 48. der Bruder des M. Octavius Ligus, und *Sextus Ligus*, ein Volkstribun pro Dom. c. 19. Sext. c. 32. dann ein *Ligus*, Gamalae cuiusdam pater; ad Attic. XIV, 23. — *domi*, in Casse. — *exigere ab Egn.*, vom Egn. Geld beziehen. — *versuram fac.*, borgen. Ueber *aut* . . *aut* nach Negationen s. Ramsh. §. 180, 2, Not. 1. — *miratur* setzt die mit *sed* angefangene Constr. fort. Scil. Quintus. — *publ. difficult.*, allgemeiner Geldmangel. — *ψευδησ.*, quod falso Hesiodo adscribi putatur. — *observo*, zur Maxime gemacht habe. — *μηδὲ δίκην.* Integer est hexameter: „*μηδὲ δίκην δικάσῃς, πρὶν ἀμφοῖν μῦθον ἀκούσῃς*, „Richte kein Ding, bevor Du beide Theile gehört hast." Cicero führt seiner Gewohnheit nach bloss die zwei ersten Worte an, weil er an einen Mann schreibt, der die Griech. Dichter beinahe auswendig wusste. *WIEL.* Ein Fall der Art findet sich ep. CCCVII, 4. CCCV, 3. u. s. f. — *temere*, ohne guten Grund.

EPISTOLA CCCXVI. (ad Att. VII. 19.)

Scr. Formiis prid. Non. Febr. A. U. C. 705. (a. C. 49.)

Pace iam desperata se quid consilii capiat nescire scribit.

CICERO ATTICO S.

Nihil habeo, quod ad te scribam. Quin etiam eam epistolam, quam eram elucubratus, ad te non dedi. Erat enim plena spei bonae; quod et concionis voluntatem audieram et illum conditionibus usurum putabam, praesertim suis. Ecce tibi III. Non. Febr. mane accepi literas tuas, Philotimi, Furnii, Curionis ad Furnium, quibus irridet L. Caesaris legationem. Plane oppressi videmur: nec, quid consilii capiam, scio: nec mehercule de me laboro: de pueris quid agam, non habeo. Capuam tamen proficiscebar haec scribens, quo facilius de Pompeii rebus cognoscerem.

EPISTOLA CCCXVII. (ad Att. VII. 20.)

Scr. Capuae Nonis Febr. A. U. C. 705. (a. C. 49.)

Pacem se desperasse, bellum a Pompeianis segniter administrari queritur: consules nondum venisse scribit, sed tamen exspectari; si Pompeius Italia cedat, Atticum, quid sibi faciundum putet, consulit. 1—2.

CICERO ATTICO S.

Breviloquentem iam me tempus ipsum facit. Pacem enim desperavi: bellum nostri nullum administrant. Cave enim putes quidquam esse minoris his consulibus: quorum

---

1. *Nihil habeo, quod.* S. Ramsh. §. 160, 1. Not. 2. — *eam.* Sic Md. Oxon. 1, 2. Asc. 1. Crat. Vict. 1. 2. Lamb. omis. *eam* Bos. tacite, Graev. Ern. Sch. Lün. *OR.* — *eram elucubr.*, ich bei Licht an Dich geschrieben hatte. — *non dedi*, ich habe nicht abgehen lassen. — *conc. vol.* S. ep. CCCXV, II. „Responsa Pompeii grata populo et probata concioni videntur." — *et illum*, Caesarem. — *condit.*, nostris, *praesertim suis*, dieser werde unsere Vorschläge um so gewisser eingehen, als es seine eigenen waren. Ueber *suis* s. Ramsh. §. 158, 4, b. über *ecce* zu ep. CCCXI. — *III. Non. Febr.*, am 3. Februar. — *literas tuas*, einen Brief von Dir, einen von Philotimus u s. w. — *Philotimi.* S. zu ep. CXCIII, 2. CCLXVIII. CCLXIX. CCLXX. — *C. Furnii*, eines Freundes von Cicero. ad Famil. X, 1. 3. 10. 11. VIII, 11. 15. ad Attic. V, 18. IX, 6. 11. Er kam vom Cäsar zum Cicero X, 25. hielt zu früh um die Prätur an, bevor er Aedil gewesen war. ad Famil. X, 3. 6. 8. 10. — *irridet.* vgl. ep. CCCVII, 6. — *Curionis.* S. zu ep. CLXVI. im Anf. Omnibus his epistolis pacem sperandam non esse nuntiabatur. *SCH.* — *L. Caes. leg.* qua Pompeii mandata ad Caesarem pertulerat. Vid. ep. CCCXI, 2. CCCXIV, 2. CCCXV, 2. — *nec* tamen *de me laboro*, doch bin ich bei Gott! um mich nicht verlegen: sed, *de pueris* cet. — *proficiscebar*, ich bin im Begriff wieder nach Capua zn reisen. S. Ramsh. §. 163, 3. — *de Pomp. rebus*, wie es um Pompeius steht.

1. *tempus*, die Zeitumstände. — *nullum admin.*, und zum Kriege machen die Unsrigen schlechte Anstalten. — *minoris*, i. e. minus

ego spe audiendi aliquid et cognoscendi nostri apparatus, maximo imbri Capuam veni pridie Nonas, ut eram iussus. Illi autem nondum venerant, sed erant venturi, inanes, imparati. Cnaeus autem Luceriae dicebatur esse et adire cohortes legionum Attianarum, non firmissimarum. At illum ruere nuntiant et iam iamque adesse, non ut manum conserat, — quicum enim? — sed ut fugam intercludat.
2 Ego autem in Italia *καὶ συναποθανεῖν.* Nec te id consulo. Sin extra, quid ago? Ad manendum hiems, lictores, improvidi et negligentes duces; ad fugam hortatur amicitia Cnaei, causa bonorum, turpitudo coniungendi cum tyranno: qui quidem, incertum est, Phalarimne an Pisistratum sit imitaturus. Haec velim explices et me iuves consilio, etsi te ipsum istic iam calere puto. Sed tamen quantum poteris. Ego si quid hîc hodie novi cognoro, scies. Iam enim aderunt consules ad suas Nonas. Tuas quotidie literas exspectabo. Ad has autem, quum poteris, rescribes. Mulieres et Cicerones in Formiano reliqui.

---

curari ab his consulibus. *ERNESTI.* „es gebe irgend Etwas kleineres als diese Consuln." *WIEL.* Vergl. ep. CCCXVIII, 1: nihil in consulibus, dass an den Consuln Nichts sei. — *audiendi aliquid.* Sic Md. Oxon. 2. (Cdd. Bosii, ut videtur) Iens. Asc. 1. Crat. Vict. 1. 2. Bos. om. *aliquid* Cld. Malasp. Oxon. 1. Rom. Lamb. Graev. Ern. Sch. Lün. Scil. qui deleverunt, non concoquebant totam hanc constructionem i. e., relatione omissa; „spe audiendi ex iis aliquid et cett." Nostram lectionem firmat Cd. Tornaes. *ORELLI.* — *prid. Nonas*, am 4. Februar. — *Cnaeus*, Pompeius. *Luceria*, eine Röm. Kolonie in Apulien. hinter Teanum. S. ep. CCCV, 2. — *Attianarum.* S. ep. CCCIX, 3. — *non firmiss.*, die nicht die zuverlässigsten sein sollen. S. ep. CCCXXXVI. A. 2 u. 3. — *At illum*, Caesarem, *ruere*, aber Iener stürme heran, sagen sie; d. i. dringe eilfertigst vor. — *iam iam*, flugs, stündlich. — *quîcum enim?* denn Wer geht ihm entgegen? — *ut fugam intercl.*, um uns die Flucht abzuschneiden.

2. *καὶ συναποθ.* scil. paratus sum, cogito etiam commori cum Pompeio. Vgl. ep. CCCXX, 2. — *te id consulo.* S. Ramsh. §. 131. — *extra* Italiam depugnandum est. — *Ad manendum* hortantur, was aus *hortatur* herauf zu nehmen ist. — *lictores*, quos tamen dimittere statim potuisset, nisi etiamnum vanum triumphi honorem sperasset. *SCH.* So? Vgl. ep. CCCV, 4: Me . . . lictores impediunt. CCCIII, 1. *laureatis.* CCCXXVI, 5. — *improvidi et negligentes* st. imprudentia et negligentia ducum. S. Ramsh. §. 203. II, b. — *coniungendi me* vel *se.* — *Phalarimne.* S. zu ep. CCCV, 2. *φαλαρισμόν.* — *Pisistratum*, der 561 vor Chr. zum ersten, 552 zum zweiten Mahle von Athen vertrieben wurde, und doch sich immer wieder zum *τύραννος* erhob; aber löblich regirte. — *explic.*, klar machen, enträthseln. — *te ipsum . . . calere*, dass Dir selbst der Kopf darüber warm genug sein mag. — *iam*, stündlich. — *ad suas Nonas*, da sie den heutigen Tag selbst anberaumt haben. S. Ramsh. §. 158, 4, b. — *rescribes* imperativi loco. — *Cicerones* pueros, M. et Q.

EPISTOLA CCCXVIII. (ad Att. VII. 21.)

Scr. Calibus a. d. VI. Id. Febr. A. U. C. 705. (a. C. 49.)

Tristem statum Pompeii et Pompeianorum deplorat. 1—3.

CICERO ATTICO S.

De malis nostris tu prius audis, quam ego. Istinc enim emanant. Boni autem hinc quod exspectes, nihil est. Veni Capuam ad Nonas Febr., ita ut iusserant consules. Eo die Lentulus venit sero: alter consul omnino non venerat VII. Idus. Eo enim die ego Capua discessi et mansi Calibus. Inde has literas postridie ante lucem dedi. Haec, Capuae dum fui, cognovi: nihil in consulibus, nullum usquam delectum. Nec enim conquisitores φαινοπροσωπεῖν audent, quum ille adsit contra; quum noster dux nusquam sit, nihil agat: nec nomina dant. Deficit enim non voluntas, sed spes. Cnaeus autem noster — o rem miseram et incredibilem! — ut totus iacet! Non animus est, non consilium, non copiae, non diligentia. Mittam illa, fugam ab urbe turpissimam, timidissimas in oppidis conciones, ignorationem non solum adversarii, sed etiam suarum copiarum. Hoc cuiusmodi est? VII. Id Febr. Capuam C. Cassius tribu- 2
nus pl. venit, attulit mandata ad consules, ut Romam venirent, pecuniam de sanctiore aerario auferrent, statim exi-

---

1. *istinc.* Md. a pr. M. *istum.* Lamb. *istim.* *OR* S. zu ep. XIX, 4. CCCVII, 7. — *quod exsp.*, *nihil est.* S. Ramsh. §. 184, 2. Not. 1. Grotef. §. 396. Anmerk. — *sero*, Abends spät. — L. Cornel. *Lentulus* Crus der eine Consul des Iahrs 705; C. Claudius Marcellus der andere. — *VII. Id.*, am 7. Februar. — *Calibus.* S. zu ep. CCCXI, 2. — *nihil* praesidii, nihil consilii esse *in cons.*, dass von den Consuln Nichts zu erwarten ist. Vgl. ep. CCCXVII, 1: quidquam esse minoris his consulibus. — *conquis.*, die Werber. Erant qui ad diversa loca mittebantur propter milites evocandos et colligendos exercitus. Eorum meminit Cicero pro Milone c. 25.; Liv. libr. 21, 11. et Hirtius de B. Alex. c. 2. *POPMA.* — *φαινοπρ.*, non audent in publicum prodire et se oculis hominum ostendere ad cogendos milites. *SCH.* — *quum ille*, Caesar, *adsit contra*, i. e. e regione, proxime, weil Cäsar uns immer näher rückt. — *nusquam sit*, nullo certo loco consistat, sed modo Luceriam, modo Larinum, nunc Capuam, nunc vero Teanum proficiscatur. *CORRAD.* S. ep. CCCV, 2. — *nec nomina dant* scil. conquisitoribus, ut sacramento militiae obligentur. *SCH.* „und Freiwillige bieten sich nirgends an." — *non copiae*, keine Hülfsquellen. — *Mittam* = omittam *illa*, was auf das Folgende hinweis't. Oxon. 2. Asc. 1. Crat. Lamb. 1566 *illam.* — *fugam.* S. ep. CCIV, 4. — *timid. ... conc.*, seine höchst muthlosen Reden an's Volk in den Municipalstädten.

2. *Hoc cuiusmodi est?* Nam, ut cetera mittam, *fugam ... copiarum*, quale hoc est, quod iam tibi narrabo? quam stultum aut quam inconsideratum? *SCH.* „Aber wie gefällt Dir, Was ietzt folgt?" — *C. Cassius.* S. zu ep. CCCXV, 2 und zu CCXLI im Anf. — *mandata* a Pompeio. — *venirent*, sie sollten sich sofort nach Rom

rent urbe relicta. Redeant: quo praesidio? Deinde exeant: quis sinat? Consul ei rescripsit, ut prius ipse in Picenum. At illud totum erat amissum: sciebat nemo praeter me ex literis Dolabellae. Mihi dubium non erat, quin ille iam
3 iamque foret in Apulia, Cnaeus noster in navi. Ego quid agam? σκέμμα magnum: neque mehercule mihi quidem ullum, nisi omnia essent acta turpissime, neque ego ullius consilii particeps. Sed tamen, quod me deceat. Ipse me Caesar ad pacem hortatur. Sed antiquiores literae, quam ruere coepit. Dolabella, Caelius, me illi valde satisfacere. Mira me ἀπορία torquet. Iuva me consilio, si potes: et tamen ista, quantum potes, provide. Nihil habeo tanta rerum perturbatione, quod scribam. Tuas literas exspecto.

---

begeben. *redirent* coni. in m. 1584. *OR.* Nicht übel, weil nachher *redeant* folgt. — *de sanct. aerario.* Sanctius (geheimere) aerarium dicebatur ideo, quod raro aperiebatur. *POPMA.* Der im Tempel des Saturnus verwahrte Schatz der Republik war in drei Kammern vertheilt. Die erste bestand aus den ordentlichen iährlichen Einkünften des Staats, von welchen die ordentlichen Ausgaben bestritten wurden. In die zweite floss der Zwanzigste (vicesima manumissionum), welchen die Republik von der Verlassenschaft aller verstorbenen Freigelassenen und von allen Vermächtnissen bezog. In der dritten wurde alles gemünzte und ungemünzte Gold aufbewahrt, welches seit dem Einfall der Gallier nach und nach von den triumphirenden Feldherrn in den öffentlichen Schatz eingeliefert war. Diese beiden letzten Kammern machten den geheimen und geheiligteren, unantastbaren Schatz (aerarium sanctius) der Republik aus, der nur in ausserordentlichen Nothfällen durfte angegriffen werden. *WIEL.* — *Redeant* Romam. — *quo praesidio?* unter welcher Bedeckung? — *Consul* Lentulus *ei* (Pompeio) *rescripsit* i. e. stultitiam huius mandati aegre ferens stomachose respondit, *ut* Pompeius *prius ipse in Picenum* agrum veniret (er möchte einrücken). *SCH.* S. ep, CCCXI, 2, CCCVI, 1. am Ende u. s. f. — *amissum* i. e. in Caesaris potestate. — *iam iamque*, über kurz, nächstens. — *navi*; quin Caesar iam iamque futurus esset in Apulia ad persequendum Pompeium, Pompeius autem in navi fugam capessens in Graeciam. *SCH.*

3. *σκέμμα magnum*, quaestio magna ac difficilis est. *SCH.* — *neque ... ullum* i. e. neque vero mihi quaerendum esset, quid agerem; non esset mihi dubitandi locus. *SCH.* — *essent acta.* Asc. I. Crat. *esse acta* i. e. „at, si accuratius loqui volo, nullum aliud *σκέμμα* mihi est, nisi, quod omnes videmus, omnia turpissime acta esse." *ORELLI.* — *neque ... particeps* essem, und ich in irgend einer Sache nur ein einziges Mahl zu Rathe gezogen würde. — *Sed tamen* agam, *quod me deceat*, indessen werd' ich doch thun, Was die Ehre und Pflicht von mir fordert. — *ruere*, heranzustürmen. S. ep. CCCXVI, 1. — *Caelius* (S. ep. CXCII im Anf.) scil. affirmant *me illi valde satisf.*, er sei mit mir sehr zufrieden. — *ista*, die bewussten Angelegenheiten. Attikus verstand diess. Cicero war wol auch in Geldverlegenheit. — *tanta r. pert.*, bei dieser so grossen Verwirrung. — *exspecto*, ich sehe danach aus, erwarte mit Verlangen.

EPISTOLA CCCXIX. (ad Att. VII. 22.)

Scr. in Formiano a. d. V. Id. Febr. A. U. C. 705. (a. C. 49.)

Pompeii tarditatem suamque consilii inopiam deplorat. 1—2.

CICERO ATTICO S.

Pedem in Italia video nullum esse, qui non in istius potestate sit. De Pompeio scio nihil: eumque, nisi in navem se contulerit, exceptum iri puto. O celeritatem incredibilem! Huius autem nostri! Sed non possum sine dolore accusare eum, de quo angor et crucior. Tu caedem non sine causa times: non quo minus quidquam Caesari expediat ad diuturnitatem victoriae et dominationis: sed video, quorum arbitrio sit acturus. † Recte sit. Censeo 2
cedendum de oppidis his. Egeo consilii. Quod optimum factu videbitur, facies. Cum Philotimo loquêre: atque adeo Terentiam habebis Idibus. Ego quid agam? Qua, aut terra aut mari, persequar eum, qui ubi sit, nescio? Etsi terra quidem quî possum? mari quo? Tradam igitur isti me? Fac posse tuto — multi enim hortantur; — num etiam honeste? Nullo modo. Quid? a te petam consilium, ut soleo? Explicari res non potest. Sed tamen, si quid in mentem venit, velim scribas, et ipse quid sis acturus.

1—2. *Pedem ... nullum*, keinen Fuss Landes. — *istius*, Caesaris. — *exceptum iri*, er werde aufgefangen, von der Seeküste abgeschnitten werden. — *celeritatem* Caesaris. — *Huius ... nostri* i. e. Pompeii incredibilem tarditatem! Aposiopesis. — *caedem*, proscriptionem, qualis Cinnae, Sullae temporibus. Vid. ep. CCXCVIII, 7. — *non quo minus* cet., nicht als ob ein solches Verfahren dem Caesar zur Befestigung seines Sieges und dadurch seiner Alleinherrschaft nicht eher nachtheilig als förderlich sein könnte. d. i. wenn er sein Interesse kennt, so sollte er iede Grausamkeit vermeiden. — *quorum arbitrio*, nach welcher Leute Einfluss und Einreden; Antonii, Caelii, Curionis, aliorum ad crudelitatem proclivium. *SCH.* † *Recte sit. Censeo.* Haec corrupta. *Recte sic censeo.* Asc. 1. Crat. *Recte censes* coni. Sch. 2. Lün. (*Mulieribus recte censes* Sch. susp.). *ORELLI.* — *his* scil, Campaniae. *iis* Asc. 1. Crat. Vict. 1. 2. *OR.* — *Egeo.* Sch. coni. *sed egeo* propter *sit.* — *consilii.* „Alii *consilio.*" Margo 1584. *OR.* „ich kann zu keinem festen Entschlusse kommen." Dieser war da (s. ep. CCCXV, 2 am Ende und sonst); indess wankt wol Ieder im Augenblicke, wo er zur Ausführung kommen soll! Das sind momentane, aber sehr natürliche Gefühle! — *Philotimo.* Dieser muss also Mittel gefunden haben, Cicero's Vertrauen wieder zu gewinnen; oder vielmehr er hatte sich dem gutherzigen Manne unentbehrlich gemacht. S. ep. CCLXVIII und CCLXIX u. s. w. — *Terentiam ... Idibus* (am 13. Februar). Terentiam una cum filia sic Romam remittam, ut Idibus te convenire possit. *SCH.* — *Qua* gehört nicht zu *terra.* Vgl. ep. 326, 5 am Ende. — *persequar*, soll ich aufsuchen? — *quî possum*, da Cäsar überall Meister ist. — *isti*, Caesari. — *Fac* = gesetzt. — *Explicari* cet., der Knoten lässt sich schwerlich auflösen.

EPISTOLA CCCXX. (ad Att. VII. 23.)

Scr. in Formiano IV. Id. Febr. A. U. C. 705. (a. C. 49.)

Laeta quidem a Philotimo nuntiata, sed sibi tristissima quaeque veriora videri scribit; mutasse tamen consilium de mulieribus Romam remittendis. 1—3.

CICERO ATTICO S.

v. Id. Febr. vesperi a Philotimo literas accepi, Domitium exercitum firmum habere; cohortes ex Piceno, Lentulo et Thermo ducentibus, cum Domitii exercitu coniunctas esse; Caesarem intercludi posse, eumque id timere; bonorum animos recreatos Romae, improbos quasi perculsos. Haec metuo equidem ne sint somnia: sed tamen M'. Lepidum, L. Torquatum, C. Cassium tribunum pl. — hi enim sunt nobiscum, id est, in Formiano — Philotimi literae ad vitam revocaverunt. Ego autem illa metuo ne veriora sint, nos omnes paene iam captos esse, Pompeium Italia cedere: quem quidem — o rem acerbam! — persequi Caesar dicitur. Persequi Caesar Pompeium? Quid? ut interficiat? O me miserum! et non omnes nostra corpora opponimus? in quo tu quoque ingemiscis. Sed quid faciamus? Victi, oppressi, capti
2 plane sumus. Ego tamen, Philotimi literis lectis, mutavi consilium de mulieribus: quas, ut scripseram ad te, Romam remittebam: sed mihi venit in mentem multum fore sermonem, me iudicium iam de causa publica fecisse; qua desperata, quasi hunc gradum mei reditus esse, quod mulieres revertissent. De me autem ipso tibi assentior, ne me dem incertae et periculosae fugae; quum reipublicae nihil prosim, nihil Pompeio; pro quo emori quum pie possum,

1. *V. Id.* = *Quinto Id.* Asc. 1. Crat. Vict. 1. Ern. Sch. Lün., am 9. Februar. — *Domitium,* der sich in Corfinium geworfen hatte, um sich von da den Fortschritten des Cäsars entgegen zu setzen. S. zu ep. CCCI, 3. — *Lentulo.* S. zu ep. XCII im Anf. Caes. de B. Civ. 1, 15. 22. III, 102. ad Attic. IX, 11. 13. ad Famil. XII, 14. — *Thermo.* S. zu ep. CCXXX im Anf. Zur Sache vgl. ep. 334, Anlage. A. — *improbos* scil. cives, homines. *improborum* propter *bonorum* Lamb. susp. prob. Ern. — *quasi perc.*, wie vor den Kopf geschlagen, vom Donner gerührt. — *M'. Lepidum.* S. zu ep. CCCV, 4. Er war 688 Consul gewesen. S. ad Attic. VIII, 6. Catil. 1, 6. — L. Manlium *Torquatum.* S. zu ep. CCCV, 4. — *C. Cassium.* S. zu ep. CCCXVIII, 2. — *hi*, Asc. 1. Crat. Vict. 1. Lamb. *ii enim.* — *illa* weiset auf *nos omnes paene* cet. — *in quo*, bei diesem Gedanken. — *Victi* cet. Figura *ἀσύνδετον*. S. Ramsh. §. 206, C, 2, Not. 2.

2. *remittebam*, remissurus eram. S. Ramsh. §. 163, 3. — *sermonem*, Gerede. Vgl. ep. CCCVIII, 3. CCCVII, 3. — *de causa publica* i. e. Pompeianarum partium. „als hätte ich über die gemeine Sache schon mein Urtheil gesprochen d. i. sie als hoffnungslos aufgegeben. — *qua desperata* cet., nach deren Aufgebung die Rückkehr meiner Frauenzimmer als der erste Schritt zu meiner eigenen Rückkehr anzusehen sei. — *pro quo emori*, *συναποθανεῖν* in ep.

tum lubenter. Manebo igitur; etsi vivere ... Quod quaeris, 3
hîc quid agatur: tota Capua et omnis hic delectus iacet. Desperata res est; in fuga omnes sunt: nisi quid eiusmodi fuerit, ut Pompeius istas Domitii copias cum suis coniungat. Sed videbamur omnia biduo triduove scituri. Caesaris literarum exemplum tibi misi: rogaras enim; cui nos valde satisfacere multi ad me scripserunt: quod patior facile, dum ut adhuc nihil faciam turpiter.

EPISTOLA CCCXXI. (ad Att. VII. 24.)

Scr. in Formiano a. d. III. Id. Febr. A. U. C. 705. (a. C. 49.)

Ex literis Lucretii ad Cassium missis non dubitat, quin Pompeius in fuga sit.

CICERO ATTICO S.

Philotimi literae me quidem non nimis, sed eos, qui in his locis erant, admodum delectarunt. Ecce postridie Cassio literae Capua a Lucretio, familiari eius, Nigidium a Domitio Capuam venisse: eum dicere Vibullium cum paucis militibus e Piceno currere ad Cnaeum, confestim sequi Caesarem, Domitium non habere militum III. millia. Idem

---

CCCXVII, 2. CCCXIV, 4. Er verräth, dass diess doch sein eigentlicher Wille ist. — *etsi vivere* ... scil. me poenitet vel taedet. Aposiopesis. Sic Md. Vict. Lamb. Bos. Graev. Ern. Sch. Lün. *vivere non liceat* Cld. Iunii. Asc. 1. Crat. *vivere non libet* Alii Cdd. Iunii, qui recepit. *ORELLI.* Letzteres geschmacklose Ausfüllungen!

3. *Quod quaeris*, auf deine Frage ... kann ich Dir Nichts antworten, als: *tota Capua* cet. Erg. davor *scito.* — *iacet*, liegt im Staube. Alles ist zu Capua in Unthätigkeit versunken und von Truppenaushebung keine Rede mehr. — *nisi quid ei. fuerit*, es müsste denn sein, dass Pompeius Mittel fände u. s. w. — *videbamur* = videmur. — *Caesaris literarum.* S. ep. CCCXIV, 3. — *satisfac.* S. ep. CCCXVIII, 3. *patior*, ich lasse mir's gefallen. — *dum* = wenn nur, sofern. S. Ramsh. §. 190. Anmerk. 8. Grotef. §. 422.

1. *Philotimi literae.* S. den vorig. Br. im Anf. — *Ecce* = aber siehe da! Was geschieht? So ep. CCCXVI, in der Mitte. Vgl. Ramsh. §. 138, 6, Not. Grotef. §. 227. Anm. — C. *Cassio literae* i. e. ad Cassium Capuà missae a Lucretio. Cassius enim cum Cicerone erat in Formiano. *MANUT.* S. ep. CCCXX, 1. In *literae* liegt der Begriff: worin dieser meldet; daher folgt der Accus. c. inf. *Quintus Lucretius* ein Senator von der Pompeiischen Partei. S. ep. CCCXXII, 1. ad Attic. IV, 16 (CXLIX). VIII, 4 (CCCXXVII) am Ende. — P. *Nigidium* Figulum, qui 692 Praetor fuit. *S.* zu ep. CCCCLXIII im Anf. — *a Domitio.* S. vorig. Brief im Anf. — L. *Vibullium* Rufum, Pompeii familiarem; redit *e Piceno*, quo missus erat a Pompeio confirmandorum ibi hominum causa. Vid. Caes. B. C. 1, 15. ad Attic. VIII, 7. ad Famil. 1, 9. ad Q. Fratr. II, 9. III, 1. 5. — *confestim*, auf dem Fuss. *insequi* Md. a sec. m. Oxon. 2. Ball. Helmst. Asc. 1. Crat. *OR.* — *Idem*, Lucre-

scripsit consules Capua discessisse. Non dubito, quin Cnaeus in fuga sit; modo effugiat. A consilio fugiendi, ut tu censes, absum.

EPISTOLA CCCXXII. (ad Att. VII. 25.)

Scr. in Formiano a. d. III. Id. Febr. A. U. C. 705. (a. C. 49.)

De laetioribus nuntiis, nec tamen certis.

CICERO ATTICO S.

Quum dedissem ad te literas tristes et metuo ne veras de Lucretii ad Cassium literis Capua missis, Cephalio venit a vobis, attulit etiam a te literas hilariores, nec tamen firmas, ut soles. Omnia facilius credere possum, quam quod scribitis, Pompeium exercitum habere. Nemo huc ita affert, omniaque, quae nolim. O rem miseram! Malas causas semper obtinuit, in optima concidit. Quid dicam? nisi illud eum scisse; neque enim erat difficile; hoc nescisse. Erat enim ars difficilis recte rem publicam regere. Sed iam iamque omnia sciemus et scribemus ad te statim.

EPISTOLA CCCXXIII. (ad Att. VII. 26.)

Scr. circa Id. Febr. A. U. C. 705. (a. C. 49.)

Scribit se melioribus de re publica nuntiis recreatum; suorum consiliorum rationem defendit; praeterea de Dionysio se nondum constituisse nuntiat. 1—3.

CICERO ATTICO S.

Non venit idem usu mihi, quod tu tibi scribis: *quoties exorior*! Ego enim nunc paullum exorior, et maxime qui-

---

tius. — *fugiendi* cum Pompeio. — *ut tu censes*, deinem Rathe zu Folge.

1. *metuo ne veras* dederim, aber wie ich fürchte, nur zu wahren Brief. — *de Lucret. literis*. S. d. vorig. Brief. — *Cephalio*, dein Sklave. — *a vobis*. Asc. 1. Crat. *ad nos*. — *nec tamen firmas*, *ut soles* dare, scribere, der aber wider deine Gewohnheit Nichts aussagt, worauf man fussen könnte. — *huc..affert*, berichtet das hieher. — *omniaque*, wo *que* nach *Nemo* = sed, imo omnia, quae nolim ita esse. — *obtinuit*, in schlechten Sachen war er immer glücklich; *in optima* causa *concidit*, ietzt in der besten Sache sinkt er zu Boden; unterliegt er. — *illud eum scisse* scil. τὸ malas causas obtinere; *hoc nescisse*, τὸ optimam causam defendere. *SCH*. — *regere*. Ball. *gerere*, prob. Graevio.

1. *Non venit* cet., Das widerfährt mir im Leben nicht oft, was Du von Dir sagst. *tibi* scil. usu venire. — *quoties exorior*, wie oft erheb' ich mich wieder. Sensus: „non possum de me dicere, quod tu de te scribis: *Quoties exorior!* i. e. quoties ad spem meliorem erigor!" Nunc demum ego paullum recreatus sum. *ORELLI*. — *exorior* i. e. a metu adversae fortunae paullum respiro. —

dem iis literis, quae Roma afferuntur, de Domitio, de Picentium cohortibus. Omnia erant facta hoc biduo laetiora. Itaque fuga, quae parabatur, repressa est. Caesaris interdicta,

Si te secundo lumine hic offendero,

respuuntur. Bona de Domitio, praeclara de Afranio fama est. Quod me amicissime admones, ut me integrum, quoad 2
possim, servem, gratum est. Quod addis, ne propensior ad turpem causam videar; certe videri possum. Ego me ducem in civili bello, quoad de pace ageretur, negavi esse; non quin rectum esset, sed quia, quod multo rectius fuit, id mihi fraudem tulit. Plane eum, cui Cnaeus noster alterum consulatum deferret et triumphum — at quibus verbis? „pro suis rebus gestis amplissimis" — inimicum habere nolueram. Ego scio, et quem metuam et quam ob rem. Sin erit bellum, ut video fore; partes meae non desiderabuntur. De HS xx. Terentia tibi rescripsit. Dionysio, dum existi- 3
mabam vagos nos fore, nolui molestus esse. Tibi autem crebro ad me scribenti de eius officio, nihil rescripsi: quod

---

iis. Asc. 1. Crat. Vict. 1. Lamb. *his.* — *Domit.* vgl. d. 321. Br. — *repressa*, eingestellt. — *Caesaris interdicta*, Cäsars Strafgebot, als wenn er schon Prätor wäre und die Bürger zu strafen drohete, die er übermorgen früh noch in Rom antreffen würde. Der Senar ist wol aus der nach Euripides gedichteten Medea des Ennius entlehnt; denn beim Euripides lautet die Stelle, wo Kreon die Medea bedrohet: *Εἰ σ' ἡ 'πιοῦσα λαμπὰς ὄψεται θεοῦ καὶ παῖδας ἐντὸς τῆςδε τερμόνων χθονὸς, Θανῇ! λέλεκται μῦθος οὐ ψευδὴς τόδε.* Cicero hat auch in der Rede pro Rabirio Posth. diesen Vers vor Augen: *et illae minae: „si te secundo lumine hic offendero, moriere." S. VICTORIUS.* — *respuuntur*, wird mit grösster Verachtung abgewiesen d. i. Niemand denkt ietzt an Flucht. — *de Afranio*, Pompeii legato, qui Hispaniis praeerat.

2. *ut me integrum ... servem*, freie Hände zu bewahren, mich für keine Partei zu erklären. — *gratum est*, verdient meinen besten Dank. — *ne propensior* cet. ist, was Attikus zu *ut me integrum servem* hinzugesetzt hatte. — *non quin*, nicht als wenn das nicht recht wäre. S. Ramsh. §. 186. Grotef. §. 394. — *quod multo rectius fuit* i. e. quia id, quod olim eiusdem rei publicae causa feci, quum Catilinae coniurationem oppressi, summam mihi perniciem attulit, pro recte factis in exsilium pulso. *MANUT.* — *Plane eum*, Caesarem. — *noster*, Pompeius. — *quem metuam.* Nimirum Pompeium. S. zu ep. CCCXXVI, 2: *subeund. periculum sit.* — *non desider.*, so soll es an mir nicht fehlen.

3. *HS* XX. Sic Cdd. Malasp. M. *XX millibus.* Asc. 1. Crat. Vict. 1. 2. Lamb. Bos. *millibus* XX. Graev. Ern. Sch. Lün. *OR.* Es bezieht sich diese Stelle wol auf ep. CCCVII, 5: *cum Terentiae summa* und ep. CCCXVIII, 3: *ista ... provide.* — *vagos*, immer auf der Flucht. — *nolui molestus esse* i. e. nolui eum arcessere ad pueros docendos. *SCH.* S. ep. CCCXV, 3. Ueber d. Nominat. c. Infin. Ramsh. §. 168, B, 2, Not. 3. 4. Grotef. §. 205. 312. über die Stellung *diem ex die* s. Ramsh. 197, 4, a. — *de eius officio*, von

diem ex die exspectabam, ut statuerem, quid esset faciendum. Nunc, ut video, pueri certe in Formiano videntur hiematuri. Et ego? Nescio. Si enim erit bellum, cum Pompeio esse constitui. Quod habebo certi, faciam, ut scias. Ego bellum foedissimum futurum puto; nisi qui, ut tu † scis, Parthicus casus exstiterit.

EPISTOLA CCCXXIV. (ad Att. VIII. 1.)

Scr. Formiis a. d. XV. Kal. Mart. A. U. C. 705. (a. C. 49.)

De epistola a Pompeio accepta suisque ad eam responsis; praeterea de actis Pompeii sibi valde displicentibus. 1—4.

CICERO ATTICO S.

Quum ad te literas dedissem, redditae mihi literae sunt a Pompeio. Cetera de rebus in Piceno gestis, quae ad se Vibullius scripsisset; de delectu Domitii; quae sunt vobis nota; nec tamen tam laeta erant in iis literis, quam ad me Philotimus scripserat: — ipsam tibi epistolam misissem; sed subito fratris puer proficiscebatur: cras igitur mittam: — sed in ea Pompeii epistola erat in extremo ipsius manu: *Tu, censeo, Luceriam venias: nusquam eris tutius.* Id ego in eam partem accepi, haec oppida atque oram maritimam illum pro derelicto habere: nec sum miratus eum,

---

seiner Anhänglichkeit an mich. — *Et ego? Nescio.* Sic Md. Oxon. 2. Asc. 1. Vict. 1. 2., sed sic: *et ego nescio.* Cett. *num et ego, nescio.* Tunstall. pag. 79: *num et ego? Nescio. OR.* — *ut tu † scis.* Hoc corruptum. *ut scis* Ed. 1584. *nisi qui, cui?* (nempe Pompeio) *tu scis* Sch. susp. Malim: *ut tu scribis.* Sic supra §. 3. pro *ad me scribenti* Md. Oxon. 2. habent: *ad me scienti. ORELLI.* Sunt qui interpretentur hoc sic: *nisi forte Parthi bellum moveant et Pompeius a bello cum Caesare abducatur* (s. zu ep. CCCVII, 2: *Spes omnis in duabus* cet.). Sed, ut opinor, respicit repentinum illum et insperatum Parthorum ex Bibuli provincia discessum, ut dicat: nisi, ut Bibulo, sic Pompeio Parthicus casus exstiterit, ut Caesar dimisso Pompeio sic in Galliam redeat, ut Parthi infectis rebus domum redierunt. Locus est simillimus ep. CCLXXXIV, 2: *Videre enim* cet. Addo locum ep. CCXCIII sub fine: *Sed, ut nihil magnopere metuam, Parthi* cet. *SCH.*

1—2. *a Pompeio.* Est brevis illa epistola, quae infra legitur epistolae 335 adiuncta et cum ea ad Atticum missa. *SCH.* — *Vibullius.* S. ep. CCCXXI. — *in iis literis* del. Sch. Lün. de Ern. susp. — *quam ad.* Ball. Asc. 1. Crat. *quas.* Sch. Lün. *quae.* Lego *quam quae. OR.* In Bezug auf ep. 335: *accepi tuas literas, ex* cet. — *Philotimus scrips.*, s. ep. CCCXXI. CCCXX. — *puer,* tabellarius, Eilbote. — *in eam part. accep.,* hab' ich so verstanden, als wenn u. s. w. — *haec* Campaniae oppida. — *pro derelicto habere.* aufgeben. *pro relicto* Md. a pr. M. Codd. Tornaes. et Crusell. *OR.*

qui caput ipsum reliquisset, reliquis membris non parcere. Ei statim rescripsi hominemque certum misi de comitibus 2 meis, non me quaerere, ubi tutissimo essem: si me vellet sua aut rei publicae causa Luceriam venire, statim esse venturum: hortatusque sum, ut oram maritimam retineret, si rem frumentariam sibi ex provinciis suppeditari vellet. Hoc me frustra scribere videbam. Sed, uti in urbe retinenda tunc, sic nunc in Italia non relinquenda testificabar sententiam meam. Sic enim parari video, ut Luceriam omnes copiae contrahantur: et ne is quidem locus stabilis, sed ex eo ipso, si urgeamur, paretur fuga. Quo minus 3 mirere, si invitus in eam causam descendo, in qua neque pacis neque victoriae ratio quaesita sit unquam, sed semper flagitiosae et calamitosae fugae. Eundum; ut, quemcunque fors tulerit casum, subeam potius cum iis, qui dicuntur esse boni, quam videar a bonis dissentire. Etsi propediem video bonorum, id est, lautorum et locupletium, urbem refertam fore, municipiis vero his relictis, refertissimam. Quo ego in numero essem, si hos lictores molestissimos non haberem. Nec me M'. Lepidi, L. Volcatii, Ser. Sulpicii comitum poeniteret, quorum nemo nec stultior est quam L. Domitius,

---

— *caput ipsum*, Romam. — *cert.*, zuverlässigen. — *quaerere*, wonach fragen, sich worum bekümmern. — *tutissimo.* Sic Charis. p. 173. P. Oxon. 1. Margo Crat. Vict. 1. 2. Lamb. Bos. Graev. (Antiquam hanc esse lectionem monstrant corruptelae Md: *tu pessimo* et Crusell. *tupissimo*) = *tutissime* Oxon. 2. Crat. Ern. Sch. Lün., ut est Ep. 11. *ORELLI.* *Luceria*, ietzt Lucera, in Apulia Daunia, durch seine Wolle berühmt. — *uti in urbe retin.*, wie ich damahls, als er die Hauptstadt verlassen wollte, ihm freimüthig abrieth. — *in Italia non relinq.*, so erklärte ich ihm ietzt freimüthig, Italien nicht zu verlassen. — *stabilis sit* Ern. susp. Placet. *ORELLI.* — *urgeamur* a Caesare. — *fuga.* Die Strasse von Luceria führte nach Brundisium.

3. *Quo minus mirere*, Wundere dich also um so weniger. — *in causam descendere*, sich in eine Partei einlassen. So ep. CCCV, 3 *demittam.* — *ratio quaes. sit* (Vict. 1. *est*), deren Massregeln iemahls weder auf ... noch auf ... sondern stets auf ... berechnet waren. — *Eundum* est mihi. — *Etsi* = gleichwohl. — *proped.* nächster Tages. — *lautorum et locupl.*, qui vel Pompeii partes deserent et in urbem redibunt, vel iam antea cum Caesare coniuncti per eum ditescent. *SCH.* „von Leuten, die gut essen und wohlgespickte Beutel haben wollen. — *lictores molestiss.*, quibuscum Romam nisi triumphans introire non poterat. Nondum igitur eius spem et cupiditatem abiecerat. *SCH.* S. ep. CCCV, 4. und CCCIII, 1. — *M'. Lepidi.* S. ep, CCCXX, 1. — *L. Volcatii* Tulli, der 688 mit M'. Aemilius Lepidus Consul gewesen war. S. ep. XCII. Orat. Planc. c. 21. — *Servii Sulpicii* Rufi, qui consul fuerat 103. — *comitum poeniteret.* Significat malle se Lepidum, Volcatium et Sulpicium imitari ad urbem redeuntes, quam aut Domitium aut Appium, Pompeii comites fugientes, quorum alter stul-

4 nec inconstantior, quam App. Claudius. Unus Pompeius me movet, beneficio, non auctoritate. Quam enim ille habeat auctoritatem in hac causa? qui, quum omnes Caesarem metuebamus, ipse eum diligebat; postquam ipse metuere coepit, putat omnes hostes illi oportere esse. Ibimus tamen Luceriam; nec eum fortasse delectabit noster adventus. Dissimulare enim non potero, mihi, quae adhuc acta sunt, displicere. Ego si somnum capere possem, tam longis te epistolis non obtunderem. Tu, si tibi eadem causa est, me remunerere sane velim.

EPISTOLA CCCXXV. (ad Att. VIII. 2.)

Scr. Formiis a. d. XIII. Kal. Mart. A. U. C. 705. (a. C. 49.)

Rationem consiliorum suorum defendit et, cur putet sibi in Italia manendum, exponit. 1—4.

CICERO ATTICO S.

Mihi vero omnia grata: et quod scripsisti ad me, quae audieras; et quod non credidisti, quae digna diligentia mea non erant; et quod monuisti, quod sentiebas. Ego ad Caesarem unas Capua literas dedi, quibus ad ea rescripsi, quae mecum ille de gladiatoribus suis egerat, breves, sed benevolentiam significantes, non modo sine contumelia, sed etiam cum maxima laude Pompeii. Id enim illa sententia postu-

---

titiae nomine male audiebat, alter inconstantiae. *MANUT.* S. zu ep. CCCLXV im Anf. — *Appius Claudius* Pulcher. S. zu ep. CLXXX im Anf.

4. *me movet*, vermag Etwas über mich. — *benef.*, wegen seiner Verdienste um mich. z. B. bei der Rückkehr aus dem Exsil. — *postquam vero* Asc. Crat. das *vero* Zusatz der Erklärung. — *illi*, Caesari. — *nec . . . delectabit.* S. ep. CCCXVIII, 3: neque ego ullius consilii particeps. — *obtund.*, abstumpfen, ermüden. — *Si tibi eadem causa est*, solltest Du Dich in demselbigen Falle befinden. — *remunerere*, so übe doch ia das Vergeltungsrecht an mir aus. Dieser am 15. Februar geschriebene Brief verdient mit der Anlage A. und auch B. des 334. Br., die am 16. Febr. geschrieben ist, verglichen zu werden.

1. *Mihi vero omnia grata*, Meinen besten Dank für Alles! sowohl dafür, dass u. s. w. — *quae* de me *audieras.* — *non credidisti.* Nempe Atticus audierat Ciceronem in tuendo munere, quod subierat, parum diligentem fuisse. *SCH.* Praefuit autem Campaniae, orae maritimae et delectui habendo. — *unas.* Das Gerücht hatte aus diesem einen Briefe einen ganzen Briefwechsel mit Cäsar gemacht. — *ille*, Caesar, *de gladiat.* S. ep. CCCVIII, 2. — *benevol.*, guten Willen. — *sine contumel.*, ohne dem Pompeius zu nahe zu treten. — *cum* Md. Oxon. 2. Vict. 1. 2. *huius* pro *cum* Edd. Vet. *cum huius maxima laude Pompeii* apud Ern., qui recte, puto, volebat: *cum huius* (Pompeii) *maxima laude*, deleto cum Faërno v. *Pompeii.* Faërnus scil. apud Ursin. *cum* abesse posse

labat, qua illum ad concordiam hortabar. Eas si quo ille misit, in publico proponat velim. Alteras eodem die dedi, quo has ad te. Non potui non dare, quum et ipse ad me scripsisset et Balbus. Earum exemplum ad te misi. Nihil 2
arbitror fore, quod reprehendas. Si qua erunt, doce me, quo modo ea effugere possim. Nihil, inquies, omnino scripseris. Qui magis effugias eos, qui volent fingere? Verumtamen ita faciam, quoad fieri poterit. Nam, quod me hortaris ad memoriam factorum, dictorum, scriptorum etiam meorum, facis amice tu quidem mihique gratissimum: sed mihi videris aliud tu honestum meque dignum in hac causa iudicare, atque ego existimem. Mihi enim nihil ulla in gente unquam ab ullo auctore rei publicae ac duce turpius factum esse videtur, quam a nostro amico factum est; cuius ego vicem doleo; qui urbem reliquit, id est patriam; pro qua et in qua mori praeclarum fuit. Ignorare mihi videris, haec 3
quanta sit clades. Es enim etiam nunc domi tuae. Sed invitis perditissimis hominibus esse diutius non potes. Hoc miserius, hoc turpius quidquam? Vagamur egentes cum coniugibus et liberis. In unius hominis quotannis periculose aegrotantis anima positas omnes nostras spes habemus, non expulsi, sed evocati e patria; quam non servandam ad reditum nostrum, sed diripiendam et inflammandam reliquimus. Ita multi nobiscum sunt, non in suburbanis, non in hortis, non in ipsa urbe: et si nunc sunt, non erunt. Nos interea ne Capuae quidem, sed Luceriae: et

---

rebatur; id quod secus videtur. *ORELLI.* S. Ramsh. §. 150, 3, Not. Grotef. §. 267. — *Eas* literas. — *in publico prop.*, der ganzen Welt vorlegen. — *Non potui non* = ich konnte nicht umhin; ich musste. S. Ramsh. §. 173, 3, a. Grotef. §. 337. — *Balbus*, ein Vertrauter des Cäsars. S. ep. 28. 136. 146. 173. 211. 294. 298., über diesen Luc. Cornel. Balb. Vgl. Orat. pro Balb. c. 28 und hier zu ep. 339 im Anf. — *exemplum*, eine Abschrift davon.

2. *Quî . . . fingere?* Wie könnte ich dadurch dem bösen Leumund der Menschen mehr entgehen, die mir nun einmahl Allerlei andichten wollen? Vgl. ep. 320, 2. 307, 3. 308, 3. — *aliud . . atque*, Etwas anderes, ... als. S. Ramsh. §. 179, B, a, 4. Grotef. 385. 386. — *auctor rei p.*, ein grosser Staatsmann. — *a nostro amico*, Pompeio. — *praeclarum* scil. ipsi *fuit* st. fuerit.

3. *esse* scil. ibi s. domi. — *Hoc* = quam hoc. — *Vagamur*, wir irren umher. — *unius hominis*, Pompeii. — *positas ... habemus.* S. Ramsh. §. 171, II. A. Grotef. §. 324. — *non expulsi* a Caesare, *sed* a Pompeio *evocati.* — *dirip. et inflamm.*, wie ep. CCCX im Anf. — *Ita multi ... non erunt* i. e. urbem diripiendam et inflammandam reliquimus; adeo multi nobiscum sunt, qui nobiscum et cum Pompeio fugam capessiverunt, non manserunt in suburbanis, non in hortis (unde ob vicinitatem urbi succurrere possent), non in ipsa urbe (Roma); *et si nunc sunt* h. e. si qui nunc Romae remanserunt, non erunt, sed potius nos fugientes sequentur. Sic paullo

oram quidem maritimam iam relinquemus; Afranium exspectabimus et Petreium. Nam in Labieno parum est dignitatis. Hic tu in me illud; des, id feras. Nihil de me dico; alii viderint. Hic quidem quae est **? Domi vestrae estis et eritis omnes boni. Quis tum se mihi non ostendit? quis nunc adest hoc bello? Sic enim iam appellandum est.
4 Vibullii res gestae sunt adhuc maximae. Id ex Pompeii literis cognosces: in quibus animadvertito illum locum, ubi erit διπλῆ. Videbis, de Cnaeo nostro ipse Vibullius quid existimet. Quo igitur haec spectat oratio? Ego pro Pompeio lubenter emori possum. Facio pluris omnium hominum neminem. Sed non ita: „uno in eo iudico spem de salute rei publicae." Significas enim aliquanto secus, quam solebas: ut etiam Italia, si ille cedat, putes cedendum. Quod ego nec rei publicae puto esse utile nec liberis meis: praeterea neque rectum neque honestum. Sed cur? „Poterisne igitur videre tyrannum?" Quasi intersit, audiam an videam, aut

---

ante: *Es enim etiam* cet. *SCH.* — *Afranium ... Petreium*, die beiden Legati des Pompeius, die seine in Spanien stehenden Legionen commandirten. S. ep. CCCX, 4. CCCXIII, 1. — *in Labieno . . . dignitatis* (Würde, Achtung). Früher urtheilte Cicero anders über ihn. S. ep. CCCIV. CCCV, 5. CCCVII, 1 und 7. CCCX, 4. CCCXI, 2. Lucani Phars. V, 346: fortis in armis caesareis Labienus erat: nunc transfuga vilis cum duce praelato terras atque aequora lustrat. — *Hic tu in me illud*, hier wirst Du mich an das Sprichwort erinnern: *des, id feras*, wie du ausgibst, musst du wieder einnehmen. Sic Cod. decurt. Bos. Graev. Ern. Sane proverbium est. Locis Terentii et Catulli a Bosio allatis (Catull. CX, 4.) adde Plaut. *Captiv.* 5, 2, 11: *Dice quid fers, ut feras hinc quod petis.* Sententia haec, ut fere explanavit Bosius: „cave ne, quod in alios confers, in te ipsum recidat, ex vetere illo proverbio: *des, feras.*" *ORELLI.* — *Nihil ... viderint.* Ich habe Nichts für mich zu sagen; das mögen Andere ausmachen. — *Hic quidem quae est * * ?* scil. dignitas, aber wie ist es denn in diesem Punct der Würde mit Euch, den in Rom zurückgebliebenen? *WIEL.* Schütz dagegen: scil. dignitas Luceriae versantibus. — *Quis .. ostendit?* quis tum non promisit se causam rei publicae omnibus viribus adiuturum? *SCH. quis istim se* Cod. dec. Bos. *quis istic se* Cd. in man. 1584. *quis istim se mihi nunc ostendit.* Tunstall. *OR.* — *adest*, hält Stand.

4. *Vibullii.* S. zu ep. CCCXXIV, 1. CCCXXXIV, A. und ep. CCCXX, 1. — *ex Pompeii literis.* Lamb. *ex eius ad Pompeium l.* Richtige Erklärung. Ueber den Genit. obiecti s. Ramsh. §. 103. — *ubi erit διπλῆ*, dupla, wo ich ein Merkzeichen beigesetzt habe. Fuit genus notae, quam veteres grammatici in margine adscriberent, duplici figura, aut hac > in extremo versu, aut hac < ante primam dictionem collocata; διπλῆ, quia duplici linea formaretur. *MANUT.* — *oratio* nostra, mea. — *Sed non ita*, aber der Meinung bin ich nicht, wie Du ietzt, wenn Du mir schreibst: *uno in eo* cet. Diess sind die Worte des Attikus. — *spem* scil. positam esse. — *Sed cur?* Attice, inquies. — *videre*, vor Augen sehen.

locupletior mihi sit quaerendus auctor quam Socrates; qui, quum xxx. tyranni essent, pedem porta non extulit. Est mihi praeterea praecipua causa manendi: de qua utinam aliquando tecum loquar! Ego xiii. Kalend., quum eadem lucerna hanc epistolam scripsissem, qua inflammaram tuam, Formiis ad Pompeium, si de pace agetur, profecturus; si de bello, quid ero?

EPISTOLA CCCXXVI. (ad Att. VIII. 3.)

Scr. in agro Caleno a. d. X. Kal. Mart. A. U. C. 705. (a. C. 49.)

Quaerit, utrum, si Pompeius Italia cedat, ipse maneat. 1—2. an Pompeium sequatur? 3. et utriusque consilii momenta exponit. 4—6. Denique quae, dum haec scriberet, ipsi de Caesare et Domitio nuntiata sint, refert. 7.

CICERO ATTICO S.

Maximis et miserrimis rebus perturbatus, quum coram tecum mihi potestas deliberandi non esset, uti tamen tuo consilio volui. Deliberatio autem omnis haec est: si Pompeius Italia cedat, quod eum facturum esse suspicor, quid mihi agendum putes: et quo facilius consilium dare possis;

— *audiam an videam*, ob ich sehe, Was er thut, oder ob ich's höre. — *locupletior . . . auctor*, einen vollgültigern Vorgänger. Ueber *aut* nach *an* s. Ramsh. §. 180. Grotef. §. 363. — *tyranni* Athenis *essent*, wie Lamb. vermuthete. — *causa manendi*. Diese Ursache bezog sich auf seine Gemahlin Terentia, welche er in einem nicht ungegründeten Verdacht hatte, dass sie sein Interesse nicht theile. S. ad Divers. IV, 14: Nihil novi consilii cepissem cet. Ueberdiess soll sie früher ihren Gemahl gegen Clodius aufgehetzt haben, weil dieser die Pompeia schön fand. Kurz Cicero sah sich endlich genöthigt, im Bürgerkriege ihr den Scheidebrief zuzusenden. Sie bekam nachher noch drei Männer, den Geschichtschreiber Sallustius, dann den Messala Corvinus und zuletzt den Vibius Rufus und soll hundert und drei Iahre alt geworden sein. — *XIII. Kalend.* Martias, am 17. Febr. — *inflamm.*, verbrannte. — *si de pace agetur, profecturus* scil. eram, werd' ich von Formiae zum Pompeius reisen, wenn oder ob etwa dort vom Frieden die Rede sein wird. Pompeius war nach ep. CCCXXIV, 2 zu Luceria. Sic Ernesti. *profectis* Md. a pr. manu. *profectus* Md. a sec. m. Oxon. 1. 2. Ball. Helmst. Asc. pr. Tunstall. p. 79. *praefectus* Cdd. aliq. Vict. 1. 2. Bos. Graev. *profecturus eram* Asc. 2. Crat. Lamb. Oliv. *ORELLI.* Ernestio lectio *profecturus* vera videtur, quasi Cicero dicat: profecturus sum apud Pompeium consilio meo. Huic tamen non satis respondent sequentia *quid ero?* Praefectum pacis constituendae appellare se eadem ratione poterat, qua alibi dicitur aliquis *praefectus libidinum. SCH.* über *si* = um zu sehen, ob? *εἰ?* s. Ramsh. §. 174, 2, Not. 1. Grotef. §. 427, Anm. 4. Zur Sache vgl. ep. CCCXXIII, 2: Ego me ducem in civili bello, quoad de pace ageretur, negavi esse. — *quid ero?* quo munere fungar? quae pars imperii bellici mihi demandabitur? *SCH.*

quid in utramque partem mihi in mentem veniat, explicabo
2 brevi. Quum merita Pompeii summa erga salutem meam familiaritasque, quae mihi cum eo est, tum ipsa rei publicae causa me adducit, ut mihi vel consilium meum cum illius consilio, vel fortuna [*cum fortuna*] coniungenda esse videatur. Accedit illud: si maneo et illum comitatum optimorum et clarissimorum civium desero, cadendum est in unius potestatem: qui etsi multis rebus significat se nobis esse amicum, et ut esset, a me est — tute scis — propter suspicionem huius impendentis tempestatis multo ante provisum: tamen utrumque considerandum est, et quanta fides ei sit habenda et, si maxime exploratum sit eum nobis amicum fore, sitne viri fortis et boni civis esse in ea urbe, in qua quum summis honoribus imperiisque usus sit, res maximas gesserit, sacerdotio sit amplissimo praeditus, nomen futurus, subeundumque periculum sit cum aliquo fortasse dedecore,
3 si quando Pompeius rem publicam recuperarit. In hac parte haec sunt. Vide nunc, quae sint in altera. Nihil actum est a Pompeio nostro sapienter, nihil fortiter; addo etiam, nihil nisi contra consilium auctoritatemque meam. Omitto illa vetera, quod istum in rem publicam ille aluit, auxit, armavit: ille legibus per vim et contra auspicia ferendis

---

1. *in utramque partem*, die Gründe für und wider. Dieser Brief ist einer der wichtigsten!

2. *erga salut. m.*, um meine Rettung und Wiederherstellung aus dem Exsil. Ueber *erga* s. Ramsh. §. 137, 3. Grotef. §. 226. — [*cum fortuna*] scil. illius. Ex Malasp. suppl. receperunt Lamb. Bos. Graev. Ern. Sch. Lün. Absunt haec a Cdd. notis. Asc. 1. Crat. Vict. 1. 2. *OR.* — *maneo* in Italia. — *comitatum*, Gefolge des Pompeius. — *unius*, Caesaris. — *tute.* S. Ramsh. §. 87, 1. — *suspic.*, Ahnung. — *sitne viri f. et b. c. τὸ esse* = manere. Ueber den Subiectsinfinit. s. Ramsh. §. 168, A. 108, 3. Grotef. §. 304. 236. — *sacerdotio*, auguratu. — *nomen futurus .. sit*, „ich ein blosser Name, nicht mein eigener Herr, sondern eine verächtliche Figur sein würde." Vgl. Liv. 29, 1: nomina tantum ducum. V, 18: umbram et nomen Licinii relictum videtis. Cic. ad Attic. V, 20: nomen legionum. Nep. Ages. 1: nomine magis quam imperio. „Sic Iac. Gronov. coni., quae sane praestat interpolatione Ienson. Saepissime autem *nomen* hoc significatu usurpatum vel corruptum vel non intellectum. Cfr. Graev. *ad Attic. V*, 15. *Paradox.* 4. §. 17. - *non futurus sub.* Md. Cett. Codd. noti, etiam Regii Lallemandi. Rom. *non futurus sit sui iuris sub.* ex interpol. Iens. Edd. praeter Rom. et I. Gronov. *ORELLI.*" — *subeund. periculum sit*, und vielleicht Gefahr liefe, als Verräther des Vaterlandes angeklagt zu werden. Darauf bezog sich ep. CCCXXIII, 2: „Ego scio, et quem metuam et quam ob rem."

3. *in hac parte* lancis s. ponderationis, diess Alles liegt in dieser Wagschaale der Ueberlegung. *quae sunt* Asc. 1. 2. — *vetera* Pompeii peccata. — *istum*, Caesarem. — *legibus* i. e. Caesaris legi agrariae, über die Campanische Ländervertheilung. —

auctor: ille Galliae ulterioris adiunctor: ille gener: ille in adoptando P. Clodio augur: ille restituendi mei, quam retinendi studiosior: ille provinciae propagator: ille absentis in omnibus adiutor: idem etiam tertio consulatu, postquam esse defensor rei publicae coepit, contendit, ut decem tribuni pl. ferrent, ut absentis ratio haberetur; quod idem ipse sanxit lege quadam sua, Marcoque Marcello consuli finienti provinciis Galliis Kalendas Martias restitit. Sed, ut haec omittam, quid foedius, quid perturbatius hoc ab urbe discessu sive potius turpissima fuga? Quae conditio non accipienda fuit potius, quam relinquenda patria? Malae conditiones erant, fateor: sed numquid hoc peius?
At recuperabit rem publicam. Quando? aut quid ad eam 4
spem est parati? Non ager Picenus amissus? non patefactum iter ad urbem? non pecunia omnis et publica et privata adversario tradita? Denique nulla causa, nullae vires, nulla sedes, quo concurrant, qui rem publicam defensam velint. Apulia delecta est, inanissima pars Italiae

---

auctor, unterstützte. — *ille . . . adiunctor*, dass Pompeius das ienseitige Gallien noch zu Cäsars Provinz schlug. — *ille gener*, dass er Cäsars Tochter heirathete. — *ille . . . augur*, dass er bei der Adoption des P. Clodius in eine Plebeiische Familie den Augur machte, der günstige Auspicien ansagte. — *ille ... stud.*, dass er sich bei meiner Zurückberufung aus dem Exsil thätiger bewies, als bei der Verhinderung meiner Verbannung. — *propag.*, dass er dem Cäsar seine Statthalterschaft in Gallien auf fünf Iahre verlängerte. *prorogator* Cld. Malasp. peioris notae. Lamb. Bos. *OR. propagator* kommt doch beim Apul. de Mundo prope fin. p.75, 10 vor. — *defensor* contra Caesarem. — *decem* = omnes. *de eo* Pighius *Annal.* 3. *p.* 416. — *absentis r. hab.*, dass er sich abwesend um das Consulat bewerben dürfte. — *lege quadam sua*, nempe ea, de qua Suetonius tradit Caes. c. 28. lege de imperio magistratuum. *ERNESTI.* — *finienti* i. e. finem Caesari administrationis provinciarum Galliarum in Kal. Mart. decernenti. *SCH.* — *restitit.* Sic Cd. Urs. Item Ern. 1. sed: omis. *diem*: ita ut leg. sit, *Kalendas Martias* (*Kal. Martiarum die* Rom.). Et haec sane Latina est consuetudo: cfr. *ad Div.* 15, 9: *tempus, quod mihi et lege et S. C. finisti.* Liv. 9, 33: *Aemilia lege finitum censurae* (dativ.) *spatium.* Md. Oxon. 1. 2. Ball. Helmst. *finienti provincias Gallias K. Martiis die r.* prob. Graevio (in qua lect. *diem* habebat Cld. Iunii). *finienti provincias Gallias Kalendis Martiis restitit* Ascens. utraque, Crat. Vict. 1. 2. Lamb. Bos. Graev. Sch. Lün. *ORELLI.* — *Kal. Mart.* anni 704. — *discessu* Pompeii.

4. *recuperabit*, aber Pompeius wird die Republik wieder herstellen. — *quid ... parati?* was für Vorkehrungen sind getroffen, gemacht, die zu dieser Hoffnung berechtigten? — *nulla causa*, hoc est, nullus ad causam suam defendendam apparatus, sive, ut ep. 346 dicit: *causa temere instituta.* Sch. „Wir wissen ia nicht einmahl, Was wir wollen." — *vires*, Streitkräfte. — *sedes*, Vereinigungspunct, Sammelplatz. — *quo* = in quem locum. — *de-*

et ab impetu huius belli remotissima: fuga et maritima
opportunitas visa quaeri desperatione. Invite cepi Capuam,
non quo munus illud defugerem, sed sine causa, in qua
nullus esset ordinum, nullus apertus privatorum dolor:
bonorum autem esset aliquis, sed hebes, ut solet; et, ut
ipse sensi, multitudo et infimus quisque propensus in alteram
5 partem, multi mutationis rerum cupidi. Dixi ipsi me nihil
susccepturum sine praesidio et sine pecunia. Itaque habui
nihil omnino negotii; quod ab initio vidi nihil quaeri praeter
fugam. Eam si nunc sequor, quonam? Cum illo non:
ad quem quum essem profectus, cognovi in iis locis esse
Caesarem, ut tuto Luceriam venire non possem. Infero
mari nobis, incerto cursu, hieme maxima navigandum est.
Age iam, cum fratre, an sine? cum filio aut quomodo?
In utraque enim re summa difficultas erit, summus animi
dolor. Qui autem impetus illius erit in nos absentes fortunasque nostras? Acrior, quam in ceterorum; quod putabit
fortasse in nobis violandis aliquid se habere populare. Age
iam, has compedes, fasces, inquam, hos laureatos efferre

---

lecta est sedes. — *inan.*, ärmste und menschenleerste. — *fuga et marit. opp.*, eine bequemere Gelegenheit zur See zu entwischen. Hendiadys. — *Capuam*, ubi delectui praeessem. — *non quo*, nicht als ob. — *sed sine causa* i. e. „cepi Capuam, quum nulla esset causa." Corrad. Sic Md. Cett. Cdd. noti praeter Cd. decurt. Edd. ante Lamb. Graev. Videtur tamen legendum: *sed sic, sine causa.* Cd. dec. Bos. Ern. Lün. *sed sic ne causam* nulla constructione, quum esse deberet: *sed*, *dico*, *causam* vel *causam* simpliciter, vel *sed eam causam* scil. „defugerem": quo tamen ipso verbo de causa uti non poterat Tullius. *sed fide cassam* vel *sed quod sine exercitu* Sch. suspicc., quae, loco non suo, desumptae sunt partim ex *Ep.* 11. *D*, partim ex *Ep.* 12. *imparatam Capuam. ORELLI.* „sondern ungern übernahm ich die Präfectur von Capua so, da es noch keinen Zweck eines gemeinschaftlichen Interesse gab und folglich die gefühllose Gleichgültigkeit der Stände und Privatpersonen bei der Sache, wie sie vorlag, in die Augen fiel. Denn man wusste nicht, ob man für die Republik oder für Pompeius fechten würde." Vgl. vorher *nulla causa.* — *dolor*, tief gefühlte Theilnahme; indignatio e Caesaris ausis. *SCH.* — *in alteram partem* i. e. in Caesaris partem. — *sensi*, iam, quum in exsilium abire coactus essem.

5. *Dixi ipsi*, Pompeio. — *sine praesidio*, ohne Truppen. — *Eam si nunc sequor*, wenn ich auch mitgehen wollte. — *Cum illo*, Pompeio. — *in iis*, Md. Asc. 1. Crat. Vict. 1. Lamb. *his.* — *profecturus* Vict. 1. Lamb. contra Md. ceterosque Cdd. notos. cfr. *Lib.* 8. *Ep.* 11. *D. iter ad te in Apuliam facere coepi*; unde h. l. defendi posset *profectus. ORELLI.* — *Luceriam*, wohin ihn Pompeius berufen hatte. — *Infero mari*, dem Toskanischen, da der Weg nach Brundisium versperrt ist. — *Age iam* = gesetzt, ich entschlösse mich dazu. — *impetus illius*, Caesaris. — *ceterorum* fortunas. — *populare*, er werde sich dadurch, dass er uns misshandelt, dem grossen Haufen empfehlen. — *laureatos.* S. ep. CCCXVII, 2 *lictores.* CCCIII, 1: *laureat.* CCCV, 4: *Me ... lictores impediunt.* —

ex Italia quam molestum est! Qui autem locus erit nobis tutus, — ut iam placatis utamur fluctibus, — antequam ad illum venerimus? Qua autem aut quo, nihil scimus.
At si restitero et fuerit nobis in hac parte locus; idem 6
fecero, quod in Cinnae dominatione L. Philippus, quod L. Flaccus, quod Q. Mucius; quoquo modo ea res huic quidem cecidit; qui tamen ita dicere solebat, se id fore videre, quod factum est; sed malle quam armatum ad patriae moenia accedere. Aliter Thrasybulus, et fortasse melius. Sed est certa quaedam illa Mucii ratio atque sententia: est illa etiam [Philippi:] et quum sit necesse, servire tempori et non amittere tempus, quum sit datum. Sed in hoc ipso habent tamen iidem fasces molestiam. Sit enim nobis amicus, quod incertum est: sed sit; deferet triumphum. Non acciperene periculosum sit, [an] accipere invidiosum ad bonos? O rem, inquis, difficilem et inexplicabilem! Atqui explicanda est. Quî enim fieri potest? Ac ne me existimaris

---

ut = gesetzt, *fac ut*. — *Qua* = auf welchem Wege. Vgl. ep. 319, 2. Cornel. Nep. 1, 3. Ramsh. §. 158, 5. Zumpt §. 288. Schulz. §. 101, 32. — *Nihil*, ut *οὐδὲν* = plane non; *nihil scimus* = plane nescimus. S. Ramsh. §. 132, 5, c.

6. *restitero*, wenn ich aber bleibe und bei dieser Wahl ein Plätzchen der Ruhe finde d. i. in Ruhe gelassen werde. *parte* bezieht sich auf die Wahl seiner Ueberlegung, wie §. 3 im Anf. — *L.* Marcius *Philippus* (Sic Lamb. omis. praenomen Cett.), consul anni 663, *L. Valer. Flaccus* consul suffectus 668, *Q. Mucius Scaevola* consul 659. — *huic*, Mucio Scaevolae *cecidit*, quia, quum in urbe remansisset, mox interfectus est iussu consulis C. Marii iunioris. *MANUT.* — *ita* weiset auf die folg. accus. c. inf. hin. — *malle* scil. hoc. — *Aliter* cogitabat *Thrasybulus*, Atheniensis, qui armatus accessit ad urbem, ut eam a triginta tyrannis liberaret. *MANUT.* — *[Philippi:]* Sic omnes Cdd., etiam optimus Decurtatus. *Thrasybuli* de Malasp. coni. Lamb. Cett. Mihi *Philippi*, nisi forte ita defendas, ut dicas *Mucium* eo fortiorem fuisse, quod interitum suum providerit (oppositio tamen parum apta), e falso glossemate ortum semper visum est: quo expuncto haec exstabit sententia convenientissima: „sed (praeter Thrasybuli sententiam) est certa quaedam illa Mucii ratio, qui interitum prospiciens tamen quiescere maluit quam quidquam moliri in Cinnae dominatione: est illa etiam mea; cui propositum est et, dum necesse est, servire tempori, ut nunc facio, et, quum sit datum, non amittere, sed fortem virum me praestare." *ORELLI.* — *certa ratio* = richtige Maxime. — *in hoc ipso*, auch eben in dem Falle, dass ich zurückbliebe. — *iidem fasces*, s. §. 5 gegen Ende. — *Sit*, Gesetzt Cäsar benehme sich freundschaftlich gegen mich. S. Ramsh. §. 166, 4. §. 191, 2. Grotef. §. 424. 401, Anm. 3. — *acciperene*. Ego *an* []; *ne* autem, ut sexcenties, accipio pro *nonne*. *ORELLI.* Vgl ad Famil. IV, 5: Visne tu te, Servi, cohibere cet. S. Ramsh. §. 174, 1, Not. 2. Grotef. §. 342. — *invidiosum*, ihn annehmen, würde mich das nicht den Freunden der Republik verdächtig machen? — *diff. et inexpl.*, o! des schwer oder gar nicht auflösbaren Knotens. — *Quî enim f. pot.*,

ad manendum esse propensiorem, quod plura in eam partem verba fecerim: potest fieri, quod fit in multis quaestionibus, ut res verbosior haec fuerit, illa verior. Quamobrem, ut maxima de re aequo animo deliberanti, ita mihi des consilium velim. Navis et in Caieta est parata nobis et
7 Brundisii. Sed ecce nuntii, scribente me haec ipsa noctu in Caleno, ecce literae, Caesarem ad Corfinium, Domitium Corfinii cum firmo exercitu et pugnare cupiente. Non puto etiam hoc Cnaeum nostrum commissurum, ut Domitium relinquat: etsi Brundisium Scipionem cum cohortibus duabus praemiserat; legionem Fausto conscriptam in Siciliam sibi placere a consule duci scripserat ad consules. Sed turpe Domitium deserere erit implorantem eius auxilium. Est quaedam spes, mihi quidem non magna, sed in his locis firma, Afranium in Pyrenaeo cum Trebonio pugnasse, pulsum Trebonium, etiam Fabium tuum transisse cum cohortibus: summa autem, Afranium cum magnis copiis adventare. Id si est, in Italia fortasse manebitur. Ego autem, quum esset incertum iter Caesaris, quod vel ad Capuam vel ad Luceriam iturus putabatur, Leptam ad Pompeium misi et literas; ipse, ne quo inciderem, reverti Formias. Haec

---

und doch wie ist es möglich? *potest aliter* Sch. susp. — *Ac ne .. exist.*, indess, iedoch glaube ia nicht. — *in eam partem*, für die Ergreifung dieser Partei. — *verbosior*, einer wortreicheren Auseinandersetzung bedürftig im Gegens. von *verior*, insofern die Entscheidungsgründe für die andere Frage schneller und stärker sofort einleuchteten. — *ut ... deliberanti*, wie einem, der mit allem Gleichmuthe bei seiner Berathung über diese höchst wichtige Sache nicht in's Reine kommen kann. — *parata*, segelfertig, um von Caieta nach Brundisium und von da weiter zu kommen. —

7. *ecce* c. nomin. S. Ramsh. §. 138. Not. Grotef. §. 227. Anm. — Zu *ad Corf.* und *Corfinii* suppl. esse. — *pugn. cup.*, kampflustig. — *Scipionem* socerum suum. — *cohortibus*, Malasp. susp. *legionibus.* — *Fausto*, Lucii Cornelii Sullae filio. Vid. ep. CXVIII. CCCXLI. Sull. c. 19. Cluent. c. 34. Vat. c. 14. Agr. 1, 6. Ueber diesen Dativ. Graec. statt *a Fausto* Man. Lamb. s. Ramsh. §. 124, a. Sollte nicht *Fannio* (= für den Fannius) nach ep. CCCIX, 2 am Ende zu verbessern sein? Für *Fausto* spricht iedoch ep. CCCXXXVI, 3: *quos Faustus legit.* — *a consule.* Ita emendavit Manut. ex literis Pompeii ad Coss. infra *Ep.* 12. *A. a consulibus* Md. Oxon. 1. 2. Asc. 1. Crat. Vict. 1. *OR.* — *in his locis*, in diesen Gegenden. — *cum C. Trebonio*, Caesaris legato. — C. *Fabium*, Caesaris alterum legatum. Vid. ep. CCXCIV, 3. — *transisse* ad nos. — *adventare.* Vgl. ep. CCCXXIII, 1. Alle diese Nachrichten zeigten sich in der Folge als unwahr; im Gegentheil, Fabius hatte den Afranius aus den Pyrenäischen Pässen vertrieben und war mit drei Legionen in Spanien eingerückt. — *Leptam et literas* f. cum literis. Ueber *Lepta* s. ep. CCLXXXI, 2. CCCII, 4 u. s. f. — *ne quo* = irgendwo hinein. S. Ramsh. §. 160, 2, Not. 3. „um nicht irgendwo

te scire volui scripsique sedatiore animo, quam proxime scripseram, nullum meum iudicium interponens, sed exquirens tuum.

EPISTOLA CCCXXVII. (ad Att. VIII. 4.)

Scr. in Formiano VIII. Kal. Mart. ante lucem A. U. C. 705. (a. C. 49.)

Dionysii erga se ingratum animum et superbiam queritur. 1—2. et pauca de re publica addit. 3.

CICERO ATTICO S.

Dionysius quidem tuus potius quam noster, cuius ego quum satis cognossem mores, tuo tamen potius stabam iudicio, quam meo, ne tui quidem testimonii, quod ei saepe apud me dederas, veritus, superbum se praebuit in fortuna, quam putavit nostram fore: cuius fortunae nos, quantum humano consilio effici poterit, motum ratione quadam gubernabimus. Cui, qui noster honos, quod obsequium, quae etiam ad ceteros contempti hominis commendatio defuit? ut meum iudicium reprehendi a Quinto fratre vulgoque ab omnibus mallem quam illum non efferre laudibus; Ciceronesque nostros meo potius labore subdoceri quam me alium iis magistrum quaerere. Ad quem ego quas literas, dii immortales, miseram! quantum honoris significantes! quantum amoris! Dicaearchum mehercule aut Aristoxenum diceres arcessi, non unum omnium loquacissimum et minime

---

in Cäsars Hände zu gerathen." S. §. 5. — *proxime*, neulich, zuletzt.

1. *Dionysius.* S. CCXCVIII. CCXCIX. bes. aber CCCXV, 2. u. CCCXXIII, 3. — *quum*, obgleich. — *stare iudicio*, bei einem Urtheile stehen bleiben, beharren. S. Grotef. §. 269. Anm. Ramsh. §. 143, 2, a. — *testimonii veritus*, um das günstige Zeugniss sich kümmernd, wie *ὀπίζεσθαί τινος*. S. Ramsh. §. 112. — *superb. s. praeb.*, sich übermuthig betragen. — *in fortuna, quam ... fore*, in der Meinung, mein Glück werde eine schlimme Wendung nehmen. — *Cui* = Huic. — *ad ceteros ... commendatio*, an welcher Empfehlung bei Anderen, in deren Augen er eine Art von verächtlichem Menschen war, hätt' ich's ihm mangeln lassen? Del. *cuiusdam* ante *hom.* de Ern. susp. Sch. Lün. Allein es liegt darin der Begriff gewisser Massen; weil er Graeculus und ehemahliger servus war. — *vulgo*, überall. — *subdoceri*, dass unsere Cicerones, Q. u. Marcus, nebenbei von mir unterrichtet würden. Ich wollte lieber die Mühe übernehmen, ihnen durch meinen Unterricht nachzuhelfen. Diess Wort kommt noch beim Augustin. Confess. VIII, 6 mit dem Dativ. *Grammatico* in der Bedeutung vor: dem Grammatiker als Unterlehrer beizustehen. — *alium iis.* Sic Md. a sec. manu, Oxon. 1. 2. Man. Lamb. Oliv. Muret. in Add. Graevii. *aliumvis* Md. a pr. m. Vict. cet: quod certe Tullianum non videtur. *ORELLI.* — *Dicaearchum.* S. ep. CCLVI, 3. — *Aristoxenum*, musicum eundemque philosophum. Vid. de Finibb. V, 19. de Orat. III, 33. Tuscul. 1, 10. 12. 22. ad Attic. XIII, 32. — *diceres*, man

2 aptum ad docendum. Sed est memoriâ bonâ. Me dicet esse meliore. Quibus literis ita respondit, ut ego nemini, cuius causam non reciperem. Semper enim, *si potero; si ante suscepta causa non impediar;* nunquam reo cuiquam, tam humili, tam sordido, tam nocenti, tam alieno tam praecise negavi, quam hic mihi. Plane sine ulla exceptione praecidit. Nihil cognovi ingratius: in quo vitio nihil mali non
3 inest. Sed de hoc nimis multa. Ego navem paravi: tuas literas tamen exspecto; ut sciam, quid respondeant consultationi meae. Sulmone C. Attium Pelignum aperuisse Antonio portas, quum essent cohortes quinque, Q. Lucretium inde effugisse scis. † Cnaeum ire Brundisium desertum. Confecta res est.

---

hätte sagen sollen, ich lüde einen Dicäarch .. Aristoxenus .. ein. S. Ramsh. §. 166, 2. c. — *omnium.* Md. Oxon. 1. 2. *non hominem omn. loq.*, ut infra *Ep.* 16. *hominem ἀπολιτικώτατον omnium. ORELLI.*

2. *dicet*, er soll sagen, sehen, dass ich noch ein besseres Gedächtniss habe. Redner, Iuristen hielten Viel auf diess Seelenvermögen. — *Quibus* = His meis literis. — *nemini* clientium, *cuius causam non reciperem* i. e. recepturus s. suscepturus non essem. — *Semper enim* his utor verbis: *si potero* cet., denn in solchen Fällen brauch' ich wenigstens die mildernden Ausdrücke: w e n n m i r e s m ö g l i c h i s t u. s. w. — *ante*, früher. — *alieno*, wildfremden. — *praecise neg.*, seinen Beistand rund abschlagen. — *exceptio*, Ausnahme, Bedingung, Entschuldigung. — *Nihil* = neminem. — *nihil* . . . *non* vitiorum, alle anderen Laster. — *de hoc*, von einem Menschen der Art.

3. *navem.* S. d. vorig. Brief §. 7. — *tuas literas*, tua responsa. — *Sulmone*, Forellenstadt und Vaterstadt des Ovids, ietzt Sulmona, im Lande der Peligner (Abruzzo citra). S. Ovid. Amor. III. Eleg. XV. — *Attium* Pompeianum. Caesar tamen libr. I. de B. C. c. 18. non Attium scribit aperuisse Antonio portas, sed ipsos Sulmonenses; Attium vero et Lucretium de muro se deiecisse et hunc aufugisse; illum interceptum ad se deductum fuisse. *MALASP.* De *P. Attio* vid. ep. CCCVII, 7; de *Antonio* ep. CCCII, 2. CCXCIX, 5. CCLXXVI, 4. — *quum* (= obgleich) ibi *essent quinque cohortes*, quae oppidum defenderent. — *Q. Lucretium*, Cassii familiarem. Vid. ad Attic. IV, 16. VII, 24 (CCCXXI). 25. — † *Cnaeum ire Brundisium desertum.* Locus corruptus. Quod si cum Lipsio et Lall. legas: *Cnaeum ire Brundisium, Domitium desertum*, habebit, quo se tueatur. *ORELLI.* S. ep. CCCXXVI, 7. — *Confecta res est*, mit Italien ist es aus!

EPISTOLA CCCXXVIII. (ad Att. VIII. 5.)

Scr. in Formiano VIII. Kal. Mart. vesperi A. U. C. 705. (a. C. 49.)

Dionysium ad se venisse scribit epistolamque ad eum scriptam sibi ut Atticus referendam curet petit. 1. Novi nihil esse quod scribat, ait Tironemque Curio commendari vult. 2.

CICERO ATTICO S.

Quum ante lucem IIX. Kal. literas ad te de Dionysio dedissem, vesperi ad nos eodem die venit ipse Dionysius, auctoritate tua permotus, ut suspicor. Quid enim putem aliud? Etsi solet eum, quum aliquid furiose fecit, poenitere. Nunquam autem certior fuit, quam in hoc negotio. Nam, quod ad te non scripseram, postea audivi a tertio milliario tum eum ῥίψαι

Πολλὰ μάτην κεράεσσιν ἐς ἠέρα θυμήναντα·

multa, inquam, mala eum dixisse; suo capiti, ut aiunt. Sed o meam mansuetudinem! Conieceram in fasciculum una cum tua vehementem ad illum epistolam: hanc ad me referri volo; nec ullam ob aliam causam Pollicem, servum a pedibus meum, Romam misi. Eo autem ad te scripsi, ut, si tibi forte reddita esset, mihi curares referendam; ne in illius manus perveniret. Novi si quid esset, scripsis- 2
sem. Pendeo animi exspectatione Corfiniensi; in qua de salute rei publicae decernitur. Tu fasciculum, qui est *DES M'. CURIO* inscriptus, velim cures ad eum perferendum;

1. *IIX. Kal.* Mart., am 22. Febr. — *de Dionysio.* S. ep. CCCXXVII. — *certior.* „Niemals aber hat er sich mehr in seiner wahren Gestalt gezeigt, als bei dieser Gelegenheit.“ *certior* sane videtur corruptum. *tetrior* de Ern. susp. Sch. Lün. Placet. *ORELLI.* — *a tertio milliario*, kaum drei Meilen auf dem Rückwege. — *ῥίψαι κ. τ. λ.* „er habe, weil ich ihm keinen Brief an Dich mitgegeben, mit seinen Hörnern gewaltig in die Luft gefochten,“ jenem Stiere in Virgils Georg. III, 233 (ventosque lacessit ictibus) ähnlich. Aus welchem Dichter der Vers (ein Hexameter) entlehnt sei, ist unbekannt. Cfr. Doering ad *Catulli Epithal. Pelei* v. 110. et in *Argum.* T. 1. p. 256. — *dixisse* de me, in me, mihi. — *suo capiti* i. e. quae utinam Dii in eius caput convertant, quae res male vertat ipsi, *ut aiunt*, möge Das, wie man zu sagen pflegt, sein Haupt treffen! — *servum a pedibus meum*, meinen Läufer. Ueber *a ped.* s. Ramsh. §. 150, 1, d. *meum.* Sic Vict. 1. Man. Lamb. *meis* Cdd. noti. Asc. utraq. Crat. Vict. 2. Seqq.: id quod prorsus inauditum. Sensit iam Aldus ita distinguens: *servum a pedibus, meis R. misi.* Cfr. etiam Hand *Tursell.* 1. *p.* 59. *ORELLI.* — *Eo* = eam ob causam. S. Ramsh. §. 203, IV, 2, a. Grotef. §. 367. Anmerk. 3.

2. *Pendeo an. ... Corfin.*, ich schwebe zwischen Furcht und Hoffnung auf Nachricht von dem Treffen bei Corfinium. Ueber *pendeo animi* s. Ramsh. §. III, 2. Zumpt §. 437. — *decernetur* „Alii“ in marg. 1584. *OR.* — *DES M'. CURIO*, mit der Aufschrift: „dem M'. Curius zuzustellen.“ — *ad eum perferendum* Patras, ubi

Tironemque Curio commendes; ut ei, ut petii, si quid opus erit in sumptum, eroget.

EPISTOLA CCCXXIX. (ad Att. VIII. 5.)

Scr. in Formiano VII. Kal. Mart. A. U. C. 705. (a. C. 49.)

Pompeii literarum ad consulem scriptarum exemplum Attico mittit. 1—2. quartanam ab eo discessisse gaudet; addit pauca de Tirone. 3.

CICERO ATTICO S.

Obsignata iam epistola, quam de nocte daturus eram, sicut dedi, — nam eam vesperi scripseram, — C. Sosius praetor in Formianum venit ad M'. Lepidum, vicinum nostrum, cuius quaestor fuit; Pompeii literarum ad consulem exemplum attulit.

2 *Literae mihi a L. Domitio a. d. XIII. Kalend. Mart. allatae sunt: earum exemplum infra scripsi. Nunc, ut ego non scribam, tua sponte te intelligere scio, quanti rei publicae intersit, omnes copias in unum locum primo quoque tempore convenire. Tu, si tibi videbitur, dabis operam, quam primum ad nos venias. Praesidii Capuae, quantum constitueris esse satis, relinquas.*

3 **Deinde supposuit exemplum epistolae Domitii, quod ego ad te pridie miseram. Dii immortales, qui me horror perfudit! quam sum sollicitus, quidnam futurum sit! Hoc tamen spero, magnum nomen imperatoris fore, magnum in adventu terrorem. Spero etiam, *** quoniam adhuc nihil**

---

apud Curium Cicero aegrum Tironem reliquerat. *MANUT.* — S. ep. CCLXXXV, 2. CCLXXXVIII, 2. CCCLXXXIX, 1. CCXCII, 3. CCXCIII, 3. CCCX. — *in sumptum*, zu seinen Ausgaben. — *eroget*, ihm vorzustrecken.

1. *de nocte.* S. Ramsh. §. 147, 2. — *sicut dedi.* Significat epistolam 328. — *C. Sosius*, praetor Lentulo et C. Marcello Coss. Fuit quaestor M'. Lepidi. Vid. ep. CCCXLI. — *M'. Lepidum.* S. ep. CCCV, 4. Er war 688 Consul gewesen. — *ad consulem*, an Einen der Consuln. S. ep. CCCXXXI, 2. — *attulit* Capuam.

2. *a. d. XIII. Kalend. Mart.*, gegeben den 17. Febr. Pontedera *Antiqq.* p. 322. volebat: *III. IV.* vel *V. Id. Febr.* — *in unum locum . . . convenire.* Freilich nicht um dem Domitius zu Hülfe zu kommen, wie Cicero meinte, sondern sie möglichst bald zu Brundisium einzuschiffen. — *quam pr. ad nos v.*, Lamb. in m. 1584 *ut quam primum. OR.* S. Ramsh. §. 193. 1, 1. u. 4. Not. 1. 2. — *constitueris* Cd. in m. 1584. — *esse satis* = *satis esse* Md. An consulto sustulerunt Edd. hexametri exitum? quem apud Pompeium vix damnes. *ORELLI.*

3. *pridie miseram*, fortasse per Pollicem servum. Cf. ep. 328. *SCH.* — *me* hanc epistolam legentem. — *imperatoris*, Pompeii. — *in adventu.* Haud satis apparet, de Pompeio hoc dicat, an de

nobis obfuit, nihil mutasse: nec tegentia hoc, quod quum **** fortiter et diligenter, tum etiam hercule. Modo enim audivi quartanam a te discessisse. Moriar, si magis gauderem, si id mihi accidisset. Piliae dic, non esse aequum eam diutius habere nec id esse vestrae concordiae. Tironem nostrum ab altera relictum audio. Sed eum video in sumptum ab aliis mutuatum. Ego autem Curium nostrum, si quid opus esset, rogaram. Malo Tironis verecundiam in culpa esse quam illiberalitatem Curii.

EPISTOLA CCCXXX. (ad Att. VIII. 7.)

Scr. in Formiano VII. Kal. Mart. A. U. C. 705. (a. C. 49.)

Veretur, ne Pompeius Domitium deserat eiusque timiditatem et inertiam deplorat. 1—3.

CICERO ATTICO S.

Unum etiam restat amico nostro ad omne dedecus, ut Domitio non subveniat. At nemo dubitat, quin subsidio venturus sit. Ego non puto. Deseret igitur talem civem et eos, quos una scis esse, quum habeat praesertim et ipse cohortes xxx.? Nisi me omnia fallunt, deseret. Incre-

---

Domitio. *SCH.* Cicero bildete sich für den Augenblick ein, Pompeius würde sich dem Cäsar selbst in Italien entgegenstellen und durch seine Ankunft, durch seinen blossen Namen allgemeinen Schrecken unter den Cäsarianern verursachen. S. ep. 331, 2. — *spero . . . hercule.* Locus mancus ac foede corruptus. Sine melioribus libris nullo modo sanari potest. *OR.* Vielleicht ist statt *tegentia* zu lesen *tegere turpia hoc* und *Herculis modo pugnavit. Audivi*, und diese Stelle so zu erklären: auch hoffe ich, dass er, weil er bis ietzt uns (der Partei der Optimaten, der Sache der Republik) nie entgegen war, keine andere Gesinnungen angenommen habe und dass er hinter dem Befehle (*hoc*: nimirum *omnes copias in unum locum primo quoque tempore convenire*) nicht die ehrlose Absicht verberge, uns im Stich zu lassen und zu fliehen, weil er vormals sowohl tapfer und behutsam, als insbesondere mit Herkulischer Ausdauer gefochten hat. Vgl. den folg. Brief. §. 2. u. 331, 2. — *quartanam.* S. ep. CCXCIX, 2. und bes. CCXCVI, 1. — *eam,* quartanam. In ep. CCXCVI, 1: „Piliam in idem genus morbi delapsam curam tibi afferre maiorem sentio." Cicero erlaubt sich hier einen artigen Scherz, der seine Feinheit gegen das weibliche Geschlecht bezeugt. — *ab altera* quartana, von seinem Wechselfieber. Siehe Ende des vorig. Briefs. — *si quid opus esset,* ut suppeditaret, *rogaram.* — *Curii.* Quod Tiro ab aliis mutuatus est, fortasse eius verecundia accidit, ut Curium appellare noluerit; certe id malim quam Curium ei petenti denegasse: hanc enim illiberalitatem aegerrime ferrem. *SCH.*

1. *At nemo dubitat* cet. und *Deseret* ... XXX. ist die Figura anteoccupatio, praeoccupatio und *percontatio*, τὸ πύσμα. S. Cic. Orat. XL, 137. 138. Quinctil. IX, 2, 6 u. 15; 3, 98. ad Herenn. IV, 23. *una scis esse.* L. Domitius Ahenobarbus, 700 Consul,

dibiliter pertimuit. Nihil spectat nisi fugam: cui tu — video enim quid sentias — me comitem putas debere esse.
2 Ego vero, quem fugiam, habeo: quem sequar, non habeo. Quod enim tu meum laudas et memorandum dicis, malle quod dixerim me cum Pompeio vinci quam cum istis vincere: ego vero malo, sed cum illo Pompeio, qui tum erat aut qui mihi esse videbatur; cum hoc vero, qui ante fugit, quam scit aut quem fugiat aut quo, qui nostra tradidit, qui patriam reliquit, Italiam relinquit, si malui, contigit; victus sum. Quod superest, nec ista videre possum, quae nunquam timui ne viderem; nec me hercule istum, propter quem mihi non modo meis, sed memet ipso
3 carendum est. Ad Philotimum scripsi de viatico, sive a Moneta — nemo enim solvit — sive ab Oppiis, tuis contubernalibus. Cetera apposite tibi mandabo.

---

ietzt vom Senate zu Cäsars Nachfolger in Gallien ernannt, hatte den Consular Lentulus Spinther, mehre Senatoren und eine grosse Anzahl Ritter bei sich. — *pertimuit*, muthlos ist er. — *debere esse* = *esse debere* Lamb.; sane est mox *Ep.* 14. *videor esse debere*. *OR.*

2. *meum laudas* scil. dictum, quod sequitur. — *dicis* (*ducis* Bos. Graev.), quod dictum tibi adeo placuit, ut mihi id in memoriam putares revocandum. *SCH.* — *malle* cet. S. ep. CCLXXXIV, 4. — *tradidit.* Vgl. ep. CCCXXVI, 4: *non pecunia omnis* cet. — *relinquit*, Oxon. Ball. *deseruit* probante Graevio. — *si malui* vinci, quam cum istis vincere. — *contigit*, *victus sum.* Factum est, quod volui. Facetus iocus. *CORRAD.* *contigit*, *victus sum* per coniunctionem verbi felicia significantis *contigit* cum verbo tristi *victus sum*. *ERNESTI.* Simul quum dicit, *si malui*, facete innuit se hoc non maluisse. Maluit enim cum Pompeio ut forti et prudenti imperatore, non autem cum eodem timido, imbelli et imprudente vinci, quam cum Caesare vincere. *SCH.* — *nec ista*, tam perversa consilia Pompeii. — *nec istum*, Caesarem. *SCH.* imo Pompeium.

3. *Philotimum.* S. ep. 312, 2. 316, 1. 319, 2. 320, 1. 321. 324, 1. — *de viatico*, dass er mir das nöthige Reisegeld verschaffen solle. — *a Moneta* i. e. ex officina numorum cudendorum, quae erat ad aedem Monetae, scil. pro argento non signato petendo signatum. *Nemo enim solvit*, qui mihi debet, ut ab iis petere pecuniam possim. *ERNESTI.* — *ab Oppiis.* S. zu ep. CCCVII, 5. und CCCLXVI. — *apposite* i. e. opportune, „wie sich's passen will, wie es Dir bequem sein dürfte." Cicero scheint übel gelaunt, weil ihm Attikus vielleicht seine Casse zum Vorschuss nicht von selbst angeboten hatte. So de Inv. 1, 5 dicere apposite ad persuasionem .. ad sanandum. Sic Herv. Gessner in Thesauro v. *apposite* exempla Tulliana afferens, Sch. Lün. *apposita* Cett. cum Md.

EPISTOLA CCCXXXI. (ad Att. VIII. 8.)

Scr. in Formiano a. d. VII. Kal. Mart. A. U. C. 705. (a. C. 49.)

Res a Pompeio imprudenter ac turpiter gestas exagitat. 1—2.

CICERO ATTICO S.

O rem turpem et ea re miseram! Sic enim sentio, id demum aut potius id solum esse miserum, quod turpe sit. Aluerat Caesarem: eundem repente timere coeperat: conditionem pacis nullam probarat: nihil ad bellum pararat: urbem reliquerat: Picenum amiserat culpa: in Apuliam se compegerat: ibat in Graeciam: omnes nos *ἀπροςφωνήτους*, expertes sui tanti, tam inusitati consilii, relinquebat. Ecce subito literae Domitii ad illum, ipsius ad consules. 2
Fulsisse mihi videbatur *τὸ καλὸν* ad oculos eius et exclamasse ille, vir qui esse debuit,

Πρὸς ταῦθ' ὅ τι χρὴ καὶ παλαμάσθων,
Καὶ πᾶν ἐπ' ἐμοὶ τεκταινέσθων·
Τὸ γὰρ εὖ μετ' ἐμοῦ.

At ille tibi, *πολλὰ χαίρειν τῷ καλῷ* dicens, pergit Brundisium. Domitium autem aiunt, re audita, et eos, qui una essent, se tradidisse. O rem lugubrem! Itaque intercludor dolore, quo minus ad te plura scribam. Tuas literas exspecto.

---

1. *O rem*, o des ... Betragens! — *Aluerat*, er hatte gross gemacht, gezogen. — *Picenum sua* de Ern. susp. Sch. Lün. Placet. *ORELLI.* — *se compegerat*, er hatte sich nach Apulien gedrückt. — *ἀπροςφωνήτους*, ita ut cum nemine nostrûm colloqueretur. *SCH.* — *tam*, Asc. 1. Crat. *ac tam.*

2. *ad consules.* Manut. malebat *consulem.* Vid. ep. CCCXXIX. Suppl.: allatae sunt. — *Fulsisse*, Lamb. Affulsisse ... *ad oculos*, vor den Augen aufgeblitzt d. i. ihm eingeleuchtet zu haben. *τὸ καλὸν* = honestum, ex Socratica disciplina. — *ille, vir qui esse debuit*, als ein Mann, wie er sein sollte; wie es dem Manne geziemte, der er sein sollte. Sic distinxi. *ille vir, qui* Cett. *ORELLI.* — *Πρὸς ταῦθ' κ. τ. λ.* „So mögen sie dann gegen mich ersinnen und unternehmen, Was sie immer wollen; genug, die gute Sache ist auf meiner Seite!" *WIEL.* — *ταῦθ'*. Sic Vict. 1. 2. Man. *τοῦθ'* Bos. Seqq. — *πᾶν*. Sic Vict. 1. *πάντ'* Cett. Lambinus totum locum ex Aristoph. *Acharn.* 659. *Dind.* sic dedit: *πρὸς ταῦτα Κλέων καὶ παλαμάσθω καὶ πᾶν ἐπ' ἐμοὶ τεκταινέσθω* cet. *ORELLI.* Versus leviter inflexus et ad Ciceronis sententiam accomodatus. *SCH.* — *At ille*, Pompeius. — *tibi.* S. Ramsh. §. 119. Scheinbarer Pleonasm. — *πολλὰ* ... dicens i. e. multum valere iubens honestatem, multam salutem honesto dicens, das *καλὸν* schönstens grüssen lassend d. i. es aufgebend. So hat er unsere Hoffnung getäuscht! — *se tradidisse.* So geschah es auch. — *Itaque*, daher, desswegen. S. Ramsh. §. 203, IV, 2, b, 1. Grotef. §. 367. — *intercludor dolore*, von Schmerz behemmt.

EPISTOLA CCCXXXII. (ad Att. VIII. 9.)

Scr. Formiis V. Kal. Mart. A. U. C. 705. (a. C. 49.)

Epistolam suam ad Caesarem scriptam defendit; Pompeii consilia reprehendit; quid Balbus minor secum locutus sit, maior autem scripserit, refert. 1—4.

CICERO ATTICO S.

Epistolam meam quod pervulgatam scribas esse, non fero moleste. Quin etiam ipse multis dedi describendam. Ea enim et acciderunt iam et impendent, ut testatum esse velim, de pace quid senserim. Quum autem ad eam hortarer, eum praesertim hominem, non videbar ullo modo facilius moturus, quam si id, quod eum hortarer, convenire eius sapientiae dicerem. Eam si *admirabilem* dixi, quum eum ad salutem patriae hortabar, non sum veritus, ne viderer assentari; cui tali in re lubenter me ad pedes abiecissem. Qua autem est, *aliquid impertias temporis*, non est de pace, sed de me ipso et de meo officio ut aliquid cogitet. Nam quod testificor me expertem belli fuisse, etsi id re perspectum est, tamen eo scripsi, quo in suadendo plus auctoritatis haberem; eodemque pertinet, quod
2 causam eius probo. Sed quid haec nunc? Utinam aliquid profectum esset! nae ego istas literas in concione recitari velim; si quidem ille ipse ad eundem scribens in publico proposuit epistolam illam, in qua est, *pro tuis rebus gestis amplissimis:* amplioribusne, quam suis, quam Africani? Ita tempestas ferebat. Si quidem etiam vos duo tales ad

---

1. *Epistolam meam* ad Caesarem de pace scriptam. S. ep. CCCXXV, 1. — *pervulg. ... esse*, dass ... in Iedermanns Händen sei. — *testatum esse*, dass Iedermann wisse. — *quod eum hort.*, wozu ich ihn zu bewegen suchte. S. Ramsh. §. 131, Not. 2. Grotef. §. 222. — *cui* = quum ei vel eius ... *abiecissem*, da ich für eine solche Sache mich ihm sogar zu Füssen hätte werfen mögen. — *qua autem est*, qua parte s. quo loco epistolae meae est cet. An der Stelle aber, wo ich ihn „nur um etwas Zeit" bitte, ist nicht vom Frieden die Rede, sondern davon, dass er an u. s. w. — *de meo officio*, an mein persönliches Verhältniss zum Pompeius. — *re*, aus der That, Wirklichkeit, aus meinem Betragen. S. ep. 331, 1 am Ende, 326, 3 u. 5. — *eo ... quo* = desswegen ... damit. S. Ramsh. §. 192, 3. 193, 1. — *quod caus. e. probo*, quod eum haud iniqua postulare concessi, dass ich die Billigkeit seiner Forderung ihm zugestanden habe. Vgl. ep. CCCXXV, 2.

2. *Sed quid haec nunc*, doch wozu Das ietzt? — *profectum esset* literis meis. — *in conc.* populi. — *si quidem* = da ia. — *ille ipse*, Pompeius. — *ad eundem*, Caesarem. — *in qua est*, worin der Ausdruck ... vorkommt. — *pro tuis* cet. S. ep. CCCXXIII, 2. — *Africani*, Scipionis, — *tempestas*, die Zeitumstände. Sic Bos. tacite. Seqq. *tempus* Md. Oxon. 1. 2. Edd. ante Bos., etiam Lamb. *OR.* — *vos tuo tales*, vos duo, tu et Sex. Peducaeus, tanti splendoris cives. *SCH.* Ueber den Senator und

quintum milliarium quid nunc ipsum unde se recipienti? quid agenti? quid acturo? Quanto autem ferocius ille causae suae confidet, quum vos, quum vestri similes non modo frequentes, sed laeto vultu gratulantes viderit? „Num igitur peccamus?" Minime vos quidem. Sed tamen signa conturbantur, quibus voluntas a simulatione distingui posset. Quae vero senatus consulta video? Sed apertius, quam proposueram. Ego Arpini volo esse pridie Kal., deinde 3
circum villulas nostras errare, quas visurum me postea desperavi. *Εὐγενῆ* tua consilia, et tamen pro temporibus non incauta mihi valde probantur. Lepido quidem — nam fere *συνδιημερεύομεν*, quod gratissimum illi est — nunquam placuit ex Italia exire, Tullo multo minus. Crebro enim illius literae ab aliis ad nos commeant. Sed me illorum sententiae minus movebant. Minus multa dederant illi rei publicae pignora. Tua me hercule auctoritas vehementer movet. Affert enim et reliqui temporis recuperandi rationem et praesentis tuendi. Sed, obsecro te, quid hoc miserius, quam alterum plausus in foedissima causa quaerere, alterum offensiones in optima? Alterum existimari conservatorem inimicorum, alterum desertorem amicorum? Et mehercule quamvis amemus Cnaeum nostrum, ut et facimus et debemus, tamen hoc, quod talibus viris non sub-

---

ehemaligen Praetor Peducaeus s. ep. LXVIII, LXVII, LXXII. CCLXXX, CCLXXIX, 1. bes. zu CCCVII, 3. CCCXIV, 1. Sein Vater S. Peduc. wird ep. IX erwähnt. Er kommt unter dem blossen Namen *Sextus* CCLXXX vor. Wieland versteht hier in dieser Stelle den Epikurer und Freund des Attikus, den schon in ep. VIII, CIX, XXXIV erwähnten L. Saufeius. *Cales* pro *tales* e Lipsii susp. Bos. — *ad q. mill.* obviam procedere cogitatis Caesari. *SCH.* — *nunc ipsum*, grade in dem ietzigen Augenblicke, hoc ipso tempore. *quid nunc temporis* Beieri susp. adscribentis *tps* cum lin.; sed refutarat iam Corradus *nunc ipsum* afferens ex *Lib.* 7. *Ep.* 3. §. 2. *OR.* Auf *unde* liegt das Gewicht der Frage. — *Num . . . peccamus?* Figura *πύσμα*. S. ep. CCCXXX, 1. — *voluntas*, wahre Gesinnung im Gegens. von *simul.*, verstellte Gesinnung. — *video*, seh' ich nun im Geiste voraus. — *apertius* loquor.

3. *pridie Kal.* Mart., am 28. Febr. — *Εὐγενῆ*, generosa, nobilia sunt. — *Lepido*. S. ep. CCCXXIX, 1. — *συνδιημερ.*, una diem conterimus, fere quotidie simul sumus. Erant enim vicini, *SCH.* — L. Volcatio *Tullo*, qui 708 praetor urbanus, 721 consul fuit. Vid. ep. CCCCLXIX, CCCCLXXXIV et CCXCIV, 3. — *pignora*, Pfänder, Beweise ihrer Anhänglichkeit. Vor *Minus* ist *Nam* ausgelassen. — *me hercule.* Sic Vict. 2. Sch. *mehercule* coniunctim Lett. *OR.* — *Tua . . . auctor.*, Dein Rath. — *Affert enim* cet., denn er gibt mir den Weg an die Hand, sowohl mich künftig wieder in den vorigen Stand zu setzen, als mich in der ietzigen Lage der Dinge zu behaupten. — *quam alterum*, Caesarem. — *alterum offensiones* i. e. Pompeium id agere, ut in optima causa sibi odium paret. *SCH.* — *talibus viris*, wie dem Domitius Aheno-

venit, laudare non possum. Nam sive timuit; quid ignavius? sive, ut quidam putant, meliorem suam causam illorum caede fore putavit; quid iniustius? Sed haec omit-
4 tamus. Augemus enim dolorem retractando. VI. Kal. vesperi Balbus minor ad me venit, occulta via currens ad Lentulum consulem, missu Caesaris, cum literis, cum mandatis, cum promissione provinciae, Romam ut redeat; cui persuaderi posse non arbitror, nisi erit conventus. Idem aiebat nihil malle Caesarem, quam ut Pompeium assequeretur — id credo — et rediret in gratiam: id non credo; et metuo, ne omnis haec clementia ad unam illam crudelitatem colligatur. Balbus quidem maior ad me scribit nihil malle Caesarem quam principe Pompeio sine metu vivere. Tu puto haec credis. Sed, quum haec scribebam V. Kalend., Pompeius iam Brundisium venisse poterat. Expeditus enim antecesserat legiones Luceria. Sed hoc τέρας horribili vigilantia, celeritate, diligentia est. Plane, quid futurum sit, nescio.

---

barbus, dem Lentulus Spinther u. s. w. S. ep. CCCXXX, 1. — *meliorem ... fore*, dass er ... gewinnen würde, weil Cäsar durch deren Tod sich allgemein verhasst machen dürfte. Aber eben darum liess Cäsar sie leben, war er ihr *conservator*. — *retractando*, dadurch, dass man solche schmerzliche Wunden wieder anrührt. Ein öfter vorkommender Trope.

4. *VI. Kal.* Mart., am 24. Februar. — *Balbus* natu *minor*. Ueber diesen und den *Balbus maior* s. zu ep. 339 im Anf. — *missu*, auf Befehl, wie Cornel. Nep. Ages. 4. Caes. B. G. V, 27. Tacit. Hist. 1, 2. Virgil. Aen. VII, 750. Asc. 1. Crat. *iussu*. — *ut* = ea sub conditione ut. S. Ramsh. §. 192, 1. — *conventus* i. e. literae nihil efficient, nisi coram cum eo Caesar egerit. *SCH.* — *Idem*, Balbus. — *et ut rediret* Lamb. — *et* nach *non* = sed *metuo*. — *colligatur*, zusammengenommen d. i. aufgeboten, berechnet werde. Wie bei Virgil. Georg. II, 154 anguis se in spiram colligit; bei Ovid. Metam. V, 446 colligit sitim. — *ad unam illam crudel.*, ut Pompeius interficiatur. *ERNESTI.* — *Balbus maior*. S. zu ep. CCCXXXIX im Anf. — *principe Pompeio*, unter dem Principate des Pompeius. Ein milderer Name für rex, dictator. Ueber den Ablat. absol. s. Ramsh. §. 172 u. s. f. — *Tu puto haec credis* ironice dictum. „Du glaubst, so mein' ich, das ihm auf's Wort." *tu haec credis? LAMB.* Ueber das eingeschobene *puto* s. Ramsh. §. 197, h, 3. — *V. Kal.* Mart., am 25. Februar. — *legiones XI Luceria* Md. Oxon. 1. 2. Asc. 1. Crat. Vict. 1. — *hoc τέρας* statt hic Caesar, *τέρας* s. portentum, dieses Wunderthier hat u. s. w.

EPISTOLA CCCXXXIII. (ad Att. VIII. 10.)

Scr. in Formiano V. Kal. Mart. A. U. C. 705. (a. C. 49.)

Dionysium a se liberaliter acceptum et dimissum esse nuntiat.

CICERO ATTICO S.

Dionysius quum ad me praeter opinionem meam venisset, locutus sum cum eo liberalissime; tempora exposui: rogavi, ut diceret, quid haberet in animo: me nihil ab ipso invito contendere. Respondit se, quod in nummis haberet, nescire quo loci esset: alios non solvere, aliorum diem nondum esse. Dixit etiam alia quaedam de servulis suis, quare nobiscum esse non posset. Morem gessi: dimisi a me, ut magistrum Ciceronum, non lubenter; ut hominem ingratum, non invitus. Volui te scire, quid ego de eius facto iudicarem.

EPISTOLA CCCXXXIV. (ad Att. VIII. 11.)

Scr. in Formiano III. Kal. Mart. A. U. C. 705. (a. C. 49.)

Tristia de re publica auguria exponit. 1—4. Quid ad se Caesar scripserit, refert. 5. Epistolarum Pompeii ad se suarumque ad illum rescriptarum exempla mittit. 6. petit, ut sibi bonorum sermones perscribat et Demetrii Magnetis librum de Concordia sibi mittat. 7.

CICERO ATTICO S.

Quod me magno animi motu perturbatum putas; sum equidem, sed non tam magno, quam tibi fortasse videor. Levatur enim omnis cura, quum aut constitit consilium aut cogitando nihil explicatur. Lamentari autem licet. Illud tamen totos dies, vereor, ne, nihil quum proficiam, etiam dedecori sit studiis ac literis nostris. Consumo igitur omne

---

1. *Dionysius.* S. ep. CCCXXVII u. CCCXXVIII. — *venisset.* Nempe ut supra scripsit, VIII. Kal. Mart. vesperi. Illo die igitur nondum cum eo colloqui potuerat, nec, quid cum eo egisset, ad Atticum scribere. *SCH.* — *habere in nummis* dicitur de pecunia et quae in arca est et quae fenori data opponiturque praediis. Verrin. III, 86: *habet in* nummis, *in urbanis praediis. ERNESTI.* — *nescire quo loci esset*, wie er zu seinem Bisschen Gelde kommen sollte. Ueber *quo loci* s. Ramsh. §. 115, 3. Grotef. §. 232. — *diem* = Zahlungstag. *nondum venire* (pro *esse*) Asc. 2. Crat. *nondum venisse* „Alii" in m. 1584. *OR.* — *Morem gessi*, ich willfährte ihm, gab ihm Gehör. — *de eius facto*, von seinem Betragen.

1. *quum ... nihil explicatur*, wann wir entweder einen festen Entschluss gefasst haben oder mit allem unseren Denken nicht in's Klare kommen können. — *Illud tamen* scil. lamentari per *totos dies ne ... sit* u. s. w. hängt von *vereor* ab: „ich fürchte iedoch, dass, wenn ich ganze Tage lang wehklagte, diess, weil ich Nichts damit ausrichte, meiner Philosophie und meinen schriftstellerischen

tempus, considerans, quanta vis sit illius viri, quem nostris libris satis diligenter, ut tibi quidem videmur, expressimus. Tenesne igitur, moderatorem illum rei publicae quo referre velimus omnia? Nam sic quinto, ut opinor, in libro loquitur Scipio: *Ut enim gubernatori cursus secundus, medico salus, imperatori victoria; sic huic moderatori rei publicae beata civium vita proposita est; ut opibus firma, copiis locuples, gloria ampla, virtute honesta sit. Huius enim operis maximi inter homines atque optimi illum esse per-*
2 *fectorem volo.* Hoc Cnaeus noster quum antea nunquam, tum in hac causa minime cogitavit. Dominatio quaesita ab utroque est: non id actum, beata et honesta civitas ut esset. Nec vero ille urbem reliquit, quod eam tueri non posset; nec Italiam, quod ea pelleretur: sed hoc a primo cogitavit, omnes terras, omnia maria movere, reges barbaros incitare, gentes feras armatas in Italiam adducere, exercitus conficere maximos. Genus illud Sullani regni iampridem appetitur,

---

Versuchen darin sogar Schande machen dürfte. Sic de Malasp. susp. Lamb. Firmant hanc lectionem Cdd. Malasp., qui omittunt *sed* ex *dies* et prava distinctione ortum, tum vestigia Cd. Tornaes., ut ait Lamb. et Md. a pr. m.: *dedecoris in studiis*, superscr. ab alia manu *sim*, quod aeque e coni. est ac *sit.* Omnino haec ratio magis placet coni. Victorianà (Man. Bos. Graev. Ern. Sch. Lün.): *Illud tamen totos dies. Sed vereor ne . . . dedecori sim studiis*; in qua adeo haeremus in voce *tamen*, ut Asc. pr. ei substituerit *autem*, Ern. autem supplendum duxerit: „non placet", quae ellipsis omnino statui nequit. Melius Corradus: „Quod licet facio: totos dies lamentor". Ante Vict. partim cum Oxon. 1. 2. sic corruptus erat locus: *Illud tamen (autem* Asc. pr.) *totos dies. Sed vereor ne . . . dedecori sim. In studiis ac literis nostris consumo omne tempus* om. *igitur. ORELLI.* — *considerans*, damit, dass ich mir . . . vorstelle. — *vis*, die Geisteskraft. — *satis dilig.*, ziemlich treffend. — *nostris libris* de re publica. — *Tenesne igitur, quo moder. illum rei publ. referre omnia velimus?* Du erinnerst Dich doch, worauf nach meiner Darstellung daselbst (in diesen Büchern de re publ.) ein Staatsvorsteher Alles beziehen *oder* wohin wie zum letzten Ziele der Lenker eines Staats, wie ich ihn daselbst geschildert habe (*illum*), Alles wohlberechnet leiten solle. — *beata .. vita*, die Wohlfahrt. — *proposita est*, zum festen Ziele vorgesteckt, das er nie aus den Augen verlieren darf. — *opibus firma*, durch Staatsmacht fest begründet, gesichert. — *copiis*, an Quellen des Wohlstandes. — *virt. hon.*, durch öffentliche Tugend bei Ehren, Ansehen sei. — *perfectorem*, der Begründer.

2. *Dominatio*, *τυραννίς*, unrechtmässige Alleingewalt. — *ab utroque* i. e. et a Pompeio et a Caesare. — *ille*, Pompeius. — *sed hoc*, was auf die folgenden Infinit. hinweis't. — *maria.* Vermöge der unbeschränkten Gewalt über alle Seeküsten und Häfen des Röm. Reichs, die ihm vom Senate und Volke schon vor mehren Iahren übertragen war. — *movere*, um Italien und den Cäsar von aller Zufuhr abzuschneiden. — *conficere*, zusammenzubringen. — *appet.*, man ist lüstern nach. Er bezieht diess auf Beide. — *qui*

multis, qui una sunt, cupientibus. An censes, nihil inter eos convenire, nullam pactionem fieri potuisse? Hodie potest. Sed neutri σκοπὸς est ille, ut nos beati simus; uterque regnare vult. Haec a te invitatus breviter exposui. 3
Voluisti enim me, quid de his malis sentirem, ostendere. *Προθεσπίζω* igitur, noster Attice, non ariolans, ut illa, cui nemo credidit, sed coniectura prospiciens,

Iamque mari magno . . . . .

non multo, inquam, secus possum vaticinari: tanta malorum impendet *Ἰλιάς*. Atque hoc nostra gravior est causa, qui domi sumus, quam illorum, qui una transierunt, quod illi quidem alterum metuunt, nos utrumque. Cur igitur, 4
inquis, remansimus? Vel tibi paruimus; vel non occurrimus; vel hoc fuit rectius. Conculcari, inquam, miseram Italiam videbis proxima aestate et quati utriusque vi, mancipiis ex omni genere collectis: nec tam populatio pertimescenda, quae Luceriae multis sermonibus denuntiata est,

---

una sunt, die bei ihnen, um sie sind. — *cupient.*, um sich bei der Gelegenheit auf Kosten Anderer zu bereichern, ihre Schulden zu tilgen u. s. w. — *nihil . . . potuisse?* „Oder meinst Du, es habe zu keinem Verständniss, Vergleiche, zu keinem Vertrage unter ihnen (zwischen Cäsar und Pompeius) kommen können? Heute noch könnte es das." — *regnare*, Alleinherr sein.

3. *breviter.* In den Briefen an Attikus drückt sich Cicero meistens mit elliptischer Kürze aus, weil iener ihn auf den ersten besten Wink verstand. — *Προθεσπίζω*, vaticinor. — *non ariolans*, freilich, zwar nicht gottbegeistert. — *ut illa*, Cassandra. — *Iamque mari magno.* Cicero führt aus einer alten Tragödie nur diess Hemistichium an, weil er das Uebrige als dem Attikus wohl bekannt voraussetzen durfte. Vollständig finden sich diese versus anapaestici dimetri der prophezeienden Cassandra im 1. B. de Divin. c. 31 angeführt. — *Ἰλιάς*, eine ganze Ilias von Unheil schwebt über unseren Köpfen d. i. so viel Unglück, dass ein Dichter eine neue Ilias damit wird füllen können. — *Atque . . . causa*, und zwar ist unsere Lage, da Wir zurückgeblieben sind, um so schlimmer *oder* und da sind Wir zurückgebliebenen um so schlimmer daran. Ueber *nostra qui* s. Ramsh. §. 159, 2, c. — *alterum met.*, nur den Einen, den Cäsar, zu fürchten haben.

4. *remansimus*, warum bist Du denn hier geblieben? Man ergänze: scito, ich antworte: *Vel tibi* u. s. w. *tibi* st. tuo consilio. — *vel non occurrimus* i. e. non licuit nobis Pompeium adire, quum discessurus esset. *MANUT.* Vid. ep. 326, 5. 344. 352. „ich konnte den Pompeius nicht treffen, weil er zu schnell entwischte." — *rectius*, das Vernünftigere. — *quati*, dass Italien wird zerstampft werden. — *vi*, copiis. *utriusque* et Caesaris et Pompeii. — *populatio*, Muret. und Graev. *direptio*; in den Hdschr. *iptio* od. *emptio*. „Sic scripsi coni. Cfr. *Lib.* 9. *Ep.* 7.: *primum consilium est suffocare urbem et Italiam fame, deinde agros vastare, urere* cet." *ORELLI.* — *Luceriae*, wohin Pompeius sich zunächst zurückgezogen und wo er seine Streitkräfte versammelt hatte, um nach Brundisium zu gehen. S. ep. 324, 2 am Ende. 325, 3. 326, 5.

quam universae interitus: tantas in confligendo utriusque
vires video futuras. Habes coniecturam meam. Tu autem
consolationis fortasse aliquid exspectasti: nihil invenio;
nihil fieri potest miserius, nihil perditius, nihil foedius.
5 Quod quaeris, quid Caesar ad me scripserit; quod saepe:
gratissimum sibi esse, quod quierim: oratque, in eo ut
perseverem. Balbus minor haec eadem mandata. Iter autem
eius erat ad Lentulum consulem cum literis Caesaris prae-
miorumque promissis, si Romam revertisset. Verum, quum
habeo rationem dierum, ante puto tramissurum, quam po-
6 tuerit conveniri. Epistolarum Pompeii duarum, quas ad
me misit, negligentiam meamque in rescribendo diligentiam
7 volui tibi notam esse. Earum exempla ad te misi. Cae-
saris hic per Apuliam ad Brundisium cursus quid efficiat,
exspecto. Utinam aliquid simile Parthicis rebus! Simul
aliquid audiero, scribam ad te. Tu ad me velim bonorum
sermones. Romae frequentes esse dicuntur. Scio equidem
te in publicum non prodire, sed tamen audire te multa
necesse est. Memini librum tibi afferri a Demetrio Magnete
ad te missum *περὶ ὁμονοίας*. Eum mihi velim mittas. Vides,
quam causam mediter.

329, 2. — *foedius* scil. nostra conditione, quos Pompeius deseruit.

5. *quod saepe* scripsit. — *quod quierim.* S. ep. 314. 4. 323, 2. 325, 1. 2. — *Balbus minor* est Lucii Cornelii Balbi, qui supra ep. 294, 11 *Tartessius* vocatur, ex fratre nepos. *SCH.* — *mandata* ad me pertulit. Vid. ep. CCCXXXII, 4. — *habeo rationem,* ich überrechne. — *tramissurum* Pompeium (mare) esse in Graeciam. — *conveniri* a Balbo.

6. 7. *exempla*, Abschriften. Diese finden sich unter diesem Briefe als Anlage *A.* u. *C.* nebst Cicero's Antworten *B.* u. *D.* *cursus*, Eilmarsch. — *Utinam ... Parthicis rebus* i. e. utinam incursio Caesaris tam brevis esset, quam nuper fuit Parthorum in Syriam, isque tam celeriter et inopinato, ut illi, rediret. *SCH.* S. ep. 307, 2. 323, 3. 269, 3. 276, 3. 284, 2. 293 gegen Ende. — *Simul* = *Simul atque* Asc. 1. Crat. — *sermones* scribas. — *in publ.*, an öffentliche Orte. — *a Demetrio Magnete*, einem Griech. Rhetoriker und Iugendfreunde des Cicero und Attikus. S. ep. 122 und 336 am Ende. — *περὶ ὁμονοίας*, de concordia. Ueber Demetrius von Magnesia s. noch ep. 334, 350. Brut. c. 91. und Laërt., der 1, 31 noch ein anderes Werk desselben *περὶ ὁμωνύμων* erwähnt, worüber vgl. Ménage zu d. St. — *quam causam mediter*, „mit welchem Gedanken ich mich vorzüglich beschäftige;" nämlich noch immer hoffte er, zwischen dem Pompeius und Cäsar Versöhnung erwirken zu können.

Sequuntur quatuor epistolae Pompeii et Ciceronis huic adiunctae A. B. C. D.

A.

Scr. Luceriae Id. Febr. A. U. C. 705. (a. C. 49.)

CN. MAGNUS PROCOS. S. D. M. CICERONI IMP.

Quintus Fabius ad me venit a. d. IV. Idus Febr. Is nuntiat L. Domitium cum suis cohortibus XI. et cohortibus XIV., quas Vibullius adduxit, ad me iter habere: habuisse in animo proficisci Corfinio a. d. V. Id. Febr., C. Hirrum cum V. cohortibus subsequi. Censeo, ad nos Luceriam venias. Nam te hic tutissime puto fore.

B.

Scr. Formiis XIV. Kal. Mart. A. U. C. 705. (a. C. 49.)

M. CICERO IMP. S. D. CN. MAGNO PROCOS.

A. d. XV. Kalend. Mart. Formiis accepi tuas literas: ex quibus ea, quae in agro Piceno gesta erant, cognovi commodiora esse multo, quam ut erat nobis nuntiatum; Vibulliique virtutem industriamque libenter agnovi. Nos adhuc in ea ora, ubi praepositi sumus, ita fuimus, ut navem paratam haberemus. Ea enim audiebamus et ea verebamur, ut, quodcunqne tu consilium praecepisses, id

---

1. *Q. Fabius* Virgilianus, legatus Appii Pulchri in Cilicia, Pompeianus. Vid. ep. CXCIX, 1. CXCIV, 1. — *IV. Id.* Febr., am 10. Februar. — L. *Vibullius* Rufus, Pompeii familiaris. S. ep. CXLVIII. CCCXXI, 1. CCCXXIV, 1. CCCXLVIII, Anl. C. Caes. B. Civ. 1, 15 — *adduxit*, ut scis, ad Domitium e Piceno, quo missus erat a me. — *ad me iter habere*, dass . . den Rückmarsch zu mir antreten wolle. — *V. Id. Febr.*, den 9. Februar. — *C. Hirrus* Lucceius, C. F., Pompeianus, quem Caesar Ulcillam dixit. Vid. ep. CLVIII. CLXV. CCII, 2. CCXI, 1. Iede Cohorte zu 420 Mann gerechnet, machten diese Cohorten drei Legionen, also mit der dazu gehörigen Reiterei 14000 Mann aus. Mit diesem Heere meistens Neugeworbener konnte Pompeius freilich gegen Cäsars Veteranen und zweifache Ueberlegenheit nicht Viel ausrichten. Vgl. zu *tutissime* ep. CCCXXIV, 1: „Tu, censeo, Luceriam venias: nusquam eris tutius." Eben wegen dieser Stelle in einem Briefe, am IV. *Kal.* aber *Martias* geschrieben, verbesserten vielleicht Bos. Graev. Ern. Sch. Lün. im Anf. dieses Briefs *Kalendas Febr.* statt *IV. Id. Febr.* Md. Oxon. 1. 2. Edd. ante Bos.; aber ohne Noth und Auctorität. Wie konnte Fabius am 29. Ianuar erzählen, Was erst am 9. Februar geschehen sollte? In einem solchen Kriegessturm wäre ein solcher Plan zu spät ausgesetzt.

1. *XV. Kalend. Mart.*, am 15. Febr. S. ep. CCCXXIV. — *commodiora*, günstiger. — *quam ut.* Ernest. *ut* suspectum. — *Vibullii.* S. Anlage A. — *ubi*, Lamb. *cui.* Rursus de Ern. susp. *SCH.* — *navem paratam.* S. ep. CCCXXVI, 6 am Ende. CCCXXVII, 3. — *consilium* de Ern. susp. del. Sch. Construitur: „quodcunque

nobis persequendum putaremus. Nunc quoniam auctoritate et consilio tuo in spe firmiore sumus; si teneri posse putas Tarracinam et oram maritimam, in ea manebo: etsi praesidia in oppidis nulla sunt. Nemo enim nostri ordinis in his locis est, praeter M. Eppium, quem ego Minturnis esse volui, vigilantem hominem et industrium. Nam L. Torquatum, virum fortem et cum auctoritate, Formiis non
2 habemus: ad te profectum arbitramur. Ego omnino, ut proxime tibi placuerat, Capuam veni eo ipso die, quo tu Teano Sidicino es profectus. Volueras enim me cum M. Considio pro praetore illa negotia tueri. Quum eo venissem, vidi T. Ampium delectum habere diligentissime, ab eo accipere Libonem, summa item diligentia et in illa colonia auctoritate. Fui Capuae, quoad consules. Iterum, ut erat dictum a consulibus, veni Capuam ad Nonas Febr.
3 Quum fuissem triduum, recepi me Formias. Nunc, quod tuum consilium aut quae ratio belli sit, ignoro. Si tenendam hanc oram putas, quae et opportunitatem et dignitatem habet et egregios cives et, ut arbitror, teneri potest; opus est esse, qui praesit. Sin omnia in unum locum contrahenda sunt: non dubito, quin ad te statim veniam: quo mihi nihil optatius est: idque tecum, quo die ab urbe discessimus, locutus sum. Ego, si cui adhuc videor segnior

---

tu consilium praecepisses persequendum, id nobis persequendum putaremus." Beier. Mss. *OR.* — *nostri ordinis*, nempe senatorii. — *M. Eppium.* Md. a sec. m. Oxon. 1. 2. Asc. 1. Crat. *M. Oppium.* Idem error iamdiu sublatus est e Scr. *de Bello Afr. c.* 80. *ORELLI.* — *L. Torquatum.* S. ep. CXLIX. CCCV, 2. 4. CCCXLIX. Sequitur cum fratre Pompeium extra Italiam. Brut. c. 76. de Finibb. 1, 5, ubi Epicuri doctrinam defendit contra Ciceronem et Triarium.

2. *Teano Sidicino*, oppido Campaniae mediterraneo, sic dicto a populis, qui id olim tenuerunt, Sidicinis, ad discrimen Teani Apuli in Apulia, cuius incolae Teanenses, illius vero Sidicini, hodie Tiano. *CORRAD.* S. ep. CCCXVII, 1. CCCXVIII, 1. Ueber diese erste Reise nach Capua s. ep. 309, 2. 308, 1. — *M. Considio* Noniano. Vid. ep. CCCX, 3. — *T. Ampium* Balbum. S. zu ep. DXIV im Anfange, ep. XCIV. CCCLXXII. DXI. DLIX. Caes. de Bell. Civ. III, 105. — *accipere* scil. milites delectos. — *Libonem.* S. ep. XCII. CCCCLVIII. DCCXCVII. CCCIV. CCCV, 2. Is socer fuit Sext. Pompeii, M. F. Es wird mit Dem allen nicht Viel ausgerichtet. S. ep. CCCVIII. — *quoad consules* = solange als die Consuln da waren. S. Ramsh. §. 189, II. — *ad Non. Febr.*, auf den 5. Febr. S. ep. CCCXV, 1. CCCXIV, 5. CCCXI, 2.

3. *ratio belli*, Kriegesplan. — *opport.*, günstige Lage. — *dignitatem*, Ansehnlichkeit, so dass es, ein zweites Rom, Ehren halber schon sollte behauptet werden. — *omnia* = omnes nostrae copiae. S. Ramsh. §. 203, I, a, 5. — *non dubito*, *quin*, so steh' ich keinen Augenblick an zu Dir zu kommen. — *idque ... locutus sum* i. e. tibi promisi, und diess hab' ich mit Dir schon . . . so

fuisse, dum ne tibi videar, non laboro; et tamen, si, ut video, bellum gerendum est, confido me omnibus facile satisfacturum. M. Tullium, meum necessarium, ad te misi: 4
cui tu, si tibi videretur, ad me literas dares.

C.

Scr. Canusii X. Kal. Mart. A. U. C. 705. (a. C. 49.)

CN. MAGNUS PROCOS. S. D. M. CICERONI IMP.

S. V. B. E. Tuas literas libenter legi. Recognovi enim tuam pristinam virtutem etiam in salute communi. Consules ad eum exercitum, quem in Apulia habui, venerunt. Magno opere te hortor, pro tuo singulari perpetuoque studio in rem publicam, ut te ad nos conferas; ut communi consilio rei publicae afflictae opem atque auxilium feramus. Censeo, via Appia iter facias et celeriter Brundisium venias.

D.

Scr. Formiis a. d. III. Kal. Mart. A. U. C. 705. (a. C. 49.)

M. CICERO IMP. S. D. CN. MAGNO PROCOS.

Quum ad te literas misissem, quae tibi Canusii redditae sunt, suspicionem nullam habebam, te rei publicae causa mare transiturum; eramque in spe magna fore, ut in Italia possemus aut concordiam constituere, qua mihi nihil utilius videbatur, aut rem publicam summa cum dignitate defendere. Interim, nondum meis literis ad te perlatis, ex iis mandatis, quae D. Laelio ad consules dederas, cer-

---

verabredet. — *segnior*, zu fahrlässig. — *dum ne*, wenn nur nicht. S. Ramsh. § 190. Anm. 8. Grotef. §. 336. Anm. 4. 422. — *non laboro*, ich kümmere mich nicht darum. — *bellum gerendum est*. Er will sagen: muss alle Hoffnung zu einem gütlichen Vergleiche, die mich bisher noch zurückhielt, aufgegeben werden.

4. *M. Tullium.* Er war Einer von Cicero's Freigelassenen und führte desshalb die beiden Vornamen seines Patrons. S. ep. CCCII, 1. 8. — *necess.* = clientem. — *cui* = ut ei. S. Ramsh. §. 193, II.

1. *virtutem . . . in sal. c.*, ich habe Deinen längst bewährten Eifer für das gemeine Beste auch bei dieser Gelegenheit wieder gefunden. — *stud. in*, Anhänglichkeit an. — *r. p. afflictae*, der bedrängten Republik.

1. *Canusium*, ietzt das kleine Canosa, mit schönen Ruinen, in Apulia Daunia, durch seine Mauleseltreiber berühmt, die Nero zu seinen Leibkutschern wählte. — *susp.*, Vermuthung, Ahnung. — *ex iis.* Sic Manut. Lamb. *his* Cett. — *D. Laelio* de Corradi suspic. Manut. Lamb. Vict. Seqq. *Dialio* Md. Oxon. 1. 2. Asc. 1. Crat. *D. Aelio* Vict. 1. (Ep. 12. Asc. Cdd. ex eodem homine fecerunt *Dellium* „desultorem bellorum civilium", de quo cfr. Ruhnk. ad *Vellei.* 2, 84. Sed hic requiritur praenomen) *ORELLI.* Er klagte

tior tui consilii factus non exspectavi, dum mihi a te literae redderentur, confestimque cum Quinto fratre et cum liberis
2 nostris iter ad te in Apuliam facere coepi. Quum Teanum Sidicinum venissem, C. Messius, familiaris tuus, mihi dixit aliique complures Caesarem iter habere Capuam et eo ipso die mansurum esse Aeserniae. Sane sum commotus, quod, si ita esset, non modo iter meum interclusum, sed me ipsum plane exceptum putabam. Itaque tum Cales processi, ut ibi potissimum consisterem, dum certum nobis ab Aeser-
3 nia de eo, quod audieram, referretur. At mihi, quum Calibus essem, affertur literarum tuarum exemplum, quas tu ad Lentulum consulem misisses. Hae scriptae sic erant: Literas tibi a L. Domitio a. d. XIII. Kal. Mart. allatas esse, earumque exemplum subscripseras, magnique interesse rei publicae scripseras, omnes copias primo quoque tempore in unum locum convenire; et ut, praesidii quod satis esset, Capuae relinqueret. His ego literis lectis in eadem opinione fui, qua reliqui omnes, te cum omnibus copiis ad Corfinium esse venturum: quo mihi, quum Caesar ad oppidum castra haberet, tutum iter esse non arbitrabar. Quum res in summa exspectatione esset, utrumque simul audivimus, et quae Corfinii acta essent, et te iter Brundisium facere coepisse: quumque nec mihi nec fratri meo dubium esset, quin Brundisium contenderemus; a multis, qui e

einst den Lucius Flaccus de repetundis an. S. Orat. Flacc. c. 1. — *ad consules*, Marcellum et Lentulum, Capuam a Pompeio missus est. — *literae* = responsa. — *confestimque*, wo *que* nach *non* = sed.

2. *Teanum Sidicinum.* S. zu ep. 334, 2. — *C. Messius* (*Missius* Md. Asc. 1. Crat. Vict. 1.), familiaris Pompeii. S. ep. LXXXVIII. CXLII. tribunus plebis legem tulit de Ciceronis salute. Vid. post Redit. in Senat. c. 8. — *compl.* dixere. — *iter habere*, „Cäsar sei im Anzuge gegen Capua." Eben so, wie in Anlage A. — *Aeserniae*, einem Städtchen im Samniterlande (Abruzzo citra), ietzt Sergna. „Ut nos, iam Crat. *Eserniae* Asc. 1. 2. Vict. 1. 2. Bos. Graev. Ern. Sch. Lün. *OR.* — *commotus*, beunruhigt scil. hoc nuntio. — *Cales.* S. zu ep. CCCXVIII, 1. CCCXI, 2. CCCVIII, 1.

3. *Hae.* Lege *Eae. OR.* — *sic*, des Inhalts. — *XIII. Kal. Mart.*, am 17. Februar. S. ep. 329, 2. 326, 5. 324, 1. — *exempl. subscr.*, Du hattest ihm eine Abschrift davon mitgetheilt. — *et ut*, weil in *scrips.* der Begriff *iusseras* versteckt liegt. S. Ramsh. §. 193, 1, 1. Grotef. §. 397. — *praesidii.* Md. Oxon. 2. Crat. Vict. 1. *praesidio.* — *His ego*, Edit. 1584 *ergo.* — *Corfin.* S. ep. 311, 2. 320, 3. — *Quum res in s. exsp. esset*, da wir hierüber in der grössten Verlegenheit waren. — *audivimus.* Sic Asc. pr., vel scribe: = *audiimus.* Cett. *audimus. OR.* — *acta essent*, dass nämlich Domitius sich selbst, seine drei Legionen und die Stadt an Cäsar habe übergeben müssen. — *Brundis.* S. ep. 326, 7. 327, 3. 331, 2. 332, 4. — *dubium esset* = nec ego nec frater *dubitaremus*,

Samnio Apuliaque veniebant, admoniti sumus, ut caveremus, ne exciperemur a Caesare; quod is in eadem loca, quae nos petebamus, profectus, celerius etiam, quam nos possemus, eo, quo intenderet, venturus esset. Quod quum ita esset, nec mihi nec fratri meo nec cuiquam amicorum placuit committere, ut temeritas nostra non solum nobis, sed etiam rei publicae noceret; quum praesertim non dubitaremus, quin, si etiam tutum nobis iter fuisset, te tamen iam consequi non possemus. Interim accepimus tuas literas 4
Canusio a. d. x. Kalend. Mart. datas, quibus nos hortaris, ut celerius Brundisium veniamus; quas quum accepissemus a. d. III. Kalend. Mart., non dubitabamus, quin tu iam Brundisium pervenisses: nobisque iter illud omnino interclusum videbamus, neque minus nos esse captos, quam qui Corfinii fuissent. Neque enim eos solos arbitrabamur capi, qui in armatorum manus incidissent, sed eos nihilo minus, qui regionibus exclusi intra praesidia atque intra arma aliena venissent. Quod quum ita sit, maxime vellem primum 5
semper tecum fuisse; quod quidem tibi ostenderam, quum a me Capuam reiiciebam: quod feci non vitandi oneris causa, sed quod videbam teneri illam urbem sine exercitu non posse: accidere autem mihi nolebam, quod doleo viris fortissimis accidisse. Quoniam autem, tecum ut essem, non contigit, utinam tui consilii certior factus essem! Nam suspicione assequi non potui; quod omnia prius arbitratus

---

quin, kein Bedenken trugen, zu. — *intenderet.* Sic Iens. Asc. pr. Ern. Sch. Lün. *intenderat* Cett. cum Md. *OR.* — *committere*, die Schuld auf uns zu laden. — *temeritas nostra*, ein Wagestück von unsrer Seite, unsrer Seits. S. Ramsh. §. 153, 4, b. — *noceret.* Seine eigentliche Besorgniss war, Pompeius möchte, wenn sie dem Cäsar in die Hände fielen, auf den Argwohn gerathen, als hätten sie Das so herbeigeführt und absichtlich ihm sich zugespielt. Denn dass er vom Cäsar ietzt noch Nichts zu fürchten hatte, Das wusste Cicero sehr gut.

4. X. *Kal. Mart.*, vom 20. Februar. S. Anlage C. am Ende. — *III. Kal. Mart.*, am 27. Februar. — *videbamus.* Sic Md. a sec. m. Oxon. 2. *videbatur in iis neque* Md. a pr. m.; quae corruptela orta est ex *videbamus.* scil. *videba in iis* male correctum. *videbatur neque* Cett. Hinc *capti* coni. in m. 1584. *ORELLI.* Dass iedoch auf *videbatur* der Accus. c. inf. folgen könne, beweiset Ramsh. §. 168, B. 4, Not. 2. — *fuissent.* Sic (Oxon. 1.) Margo Crat. Lamb. Sch. *Corfini venissent* Md. Ball. *qui Corfinium venissent.* Cett. *OR.* Etwa *convenissent*, die sich in Corf. geworfen hätten? —

5. *quum . . . reiiciebam*, als ich den Auftrag nach Capua zu gehen ernstlich von mir abzulehnen suchte. Ueber das Imperf. Ind. s. Ramsh. 194, 1, Not. Grotef. §. 421; zur Sache vgl. ep. 304, 5. 308, 1., bes. 326, 5. — *viris fortiss.*, Domitio, Lentulo Spintheri cett. — *Quoniam*, Ball. Graev. *quando.* S. ep. 310, 6. — *susp.*

sum fore, quam ut haec rei publicae causa in Italia non posset duce te consistere. Neque vero nunc consilium tuum reprehendo, sed fortunam rei publicae lugeo: nec, si ego, quid tu sis secutus, non perspicio, idcirco minus existimo,
6 te nihil nisi summa ratione fecisse. Mea quae semper fuerit sententia, primum de pace vel iniqua conditione retinenda, deinde de urbe — nam de Italia quidem nihil mihi unquam ostenderas — meminisse te arbitror. Sed mihi non sumo, ut meum consilium valere debuerit: secutus sum tuum; neque id rei publicae causa, de qua desperavi, quae et nunc afflicta est nec excitari sine civili perniciosissimo bello potest, sed te quaerebam, tecum esse cupiebam; neque eius rei facultatem, si quae erit, prae-
7 termittam. Ego me in hac omni causa facile intelligebam pugnandi cupidis hominibus non satisfacere. Primum enim prae me tuli me nihil malle quam pacem; non quin eadem timerem, quae illi: sed ea bello civili leviora ducebam. Inde, suscepto bello, quum pacis conditiones ad te afferri a teque ad ea honorifice et large responderi viderem, duxi meam rationem; quam tibi facile me probaturum pro tuo in me beneficio arbitrabar. Memineram me esse unum, qui pro meis maximis in rem publicam meritis supplicia miserrima et

---

assequi, errathen. — *quod . . . fore*, weil ich eher Alles andere für möglich gehalten hätte. — *consistere*, verfochten, ausgemacht werden. Eine bitt're, aber schön vergoldete Pille! — *consilium tuum* relinquendae Italiae. Vide quam blande de hoc consilio scribens ad Pompeium loquatur, quod in epp. ad Atticum multo apertius et liberius reprehendit. *SCH.* S. ep. 334, 2. — *quid tu sis secutus* = Deinen Beweggrund. Amplificatio.

6. *de pace . . . retinenda*, dass man den Frieden zu erhalten selbst eine missliebige Bedingung eingehen möge. — *de urbe*, die Stadt nicht zu verlassen, non relinquenda. — *de Italia* relinquenda, denn, dass Du Dich entschliessen könntest auch Italien aufzugeben, Das hattest Du mich nie mit einem Winke merken lassen. — *mihi non sumo*, ich nehme mir nicht heraus. — *valere*, gelten. — *afflicta*, zu Boden geschlagen; daher *excitari*, aufgerufen, aufgeholfen werden. — *si quae.* Sic Md. = *qua* Cett.

7. *non satisfacere*, nicht recht machen. Zur Sache vgl. ep. CCCX, 2. — *prae me tuli*, ich machte kein Geheimniss daraus. — *non quin*, nicht als ob nicht. S. Ramsh. §. 186. Grotef. §. 394. — *Inde*, Margo Crat. *Deinde.* S. Ramsh. §. 177. — *afferri* a Caesare *pacis cond.*, Friedensvorschläge. — *a teque* S. Ramsh. §. 179. B, a, 1. — *ad ea* = auf Dergleichen, wofür Corrad. *eas* vermuthete, was Lamb. aufnahm. S. iedoch über diese Enallage Ramsh. §. 203, 1, a, 5. 206, A, 2, b. Grotef. §. 208, b. — *large*, auf eine grossmüthige Art. — *duxi meam rationem*, da machte ich nun auch meine Rechnung über Das, was ich mir selbst schuldig sei. — *benef.*, vermöge Deines mir erwiesenen Wohlwollens. — *Memineram*, ich bedachte. — *me esse* = fore *unum, qui . . . subiicerer* (*obiicerer* Cld. Manut. Cd. Urs. Sch. ed. min.) *eisdem proeliis* (*pro-*

crudelissima pertulissem: me esse unum, qui, si offendissem eius animum, cui tum, quum iam in armis essemus, consulatus tamen alter et triumphus amplissimus deferebatur, subiicerer eisdem proeliis; ut mea persona semper ad improborum civium impetus aliquid videretur habere populare. Atque haec non ego prius sum suspicatus, quam mihi palam denuntiata sunt: neque ea tam pertimui, si subeunda essent, quam declinanda putavi, si honeste vitare possem. Quam brevem 8
illius temporis, dum in spe pax fuit, rationem nostram vides; reliqui facultatem res ademit. Iis autem, quibus non satisfacio, facile respondeo: neque enim ego amicior C. Caesari unquam fui quam illi: neque illi amiciores rei publicae quam ego. Hoc inter me et illos interest, quod, quum et illi cives optimi sint et ego ab ista laude non absim, ego conditionibus, quod idem te intellexeram velle, illi armis disceptari maluerunt. Quae quoniam ratio vicit, perficiam profecto, ut neque res publica civis a me animum neque tu amici desideres.

---

cellis. Nescio qui apud Corrad. *periculis* Cd. Urs. *OR.*), dass man mich abermals allein meine Sache auf eigene Gefahr würde ausfechten lassen. „Verebar scilicet, ne, vobis in gratiam redeuntibus, ego deinde tuo praesidio nudatus Caesari, quem offendissem, poenas darem." Notat autem latenter perfidiam Pompeii, cuius in amicitia iam ante Clodianis temporibus parum senserat praesidii. *MANUT.*. S. ep. 47, 6. 48, 2. bes. 69, 4. 70, 4. — *si offend. eius animum*, Caesaris. — *deferebatur*, angeboten wurde. Vgl. ep. 336, 2 am Ende. — *ut*, wie denn. — *populare.* (Vgl. ep. 326, 5: *aliquid se h. p.* cet.) Hoc dicit Cicero, improbos homines, qui consilium ineant rem publicam perdendi, semper se impetere, persuasos hac ratione se populum sibi faventem reddere posse. *Populares* enim sunt, qui auram plebis captant. *GRAEV.* — *ad* = in Hinsicht. — *neque* tamen. — *subeunda*, wenn ich mich dessen aus Pflicht unterziehen müsste. — *decl.*, dem ausweichen zu müssen. — *honeste*, mit Ehren.

8. *Quam brevem . . . vides*, in möglichster Kürze dargestellt übersiehst Du hiemit den Grund meines Verhaltens während der Zeit, wo noch Hoffnung zum Frieden war. *WIEL.:* Du siehst den Grund meines Verhaltens während der kurzen Zeit, da u. s. w. *Quam* = sane quam, valde. S. Ramsh. §. 203, IV, 2, a. — *reliqui* temporis *facultatem res ademit*, in der folgenden Zeit Etwas zu leisten, Das machten mir die Ereignisse unmöglich. Desperata pace cur ad te non venerim. Non enim licuit; ut in hac ipsa epistola iam ostendit. *MANUT.* — *enim* = nämlich. Diess knüpft die Antwort an. — *quum*, obgleich. — *et* = et tamen, ita tamen, ut *ego .. non absim*, wofür ich iedoch ebenfalls zu gelten hoffen darf. S. Ramsh. §. 179, B, a, 2 *et . . . et* = nicht nur . . . sondern auch. — *ego* scil. malui aus *maluerunt.* — *condit.*, durch einen Vergleich im Gegens. von *armis*, mit den Waffen in der Hand. — *disceptari*, dass die Sache ausgemacht würde. — *ratio*, Massregel, Plan. — *a me*, von meiner Seite, an mir. Genitivus *civis* pendet ab *animum.* — *amici* scil. animum.

EPISTOLA CCCXXXV. (ad Div. VIII. 15.)

Scr. sub finem Febr. A. U. C. 705. (a. C. 49.)

Pompeium reprehendit, Caesarem laudat: subiungit de sua cupiditate conveniendi Ciceronis, de itinere ad Alpes, de Domitio Caesaris hospite interfecto. 1—2.

CAELIUS CICERONI S.

Ecquando tu hominem ineptiorem, quam tuum Cn. Pompeium vidisti, qui tantas turbas, qui tam nugax esset, commorit? Ecquem autem Caesare nostro acriorem in rebus gerendis, eodem in victoria temperatiorem aut legisti aut audisti? Quid est? nunc tibi nostri milites, qui durissimis et frigidissimis locis, teterrima hieme, bellum ambulando confecerunt, malis orbiculatis esse pasti videntur. Quid iam? inquis. Gloriose omnia. Si scias, quam sollicitus sum, tum hanc meam gloriam, quae ad me nihil pertinet,

---

CAELIUS. S. zu ep. CXCII. im Anf. Es ist keine Antwort des Cicero auf diesen Brief vorhanden. Cälius zeigt sich ietzt, nach Ausbruch des Bürgerkrieges, als erklärter Cäsarianer und als ein Mann von heftigem, zur Grausamkeit geneigten Charakter.

1. *ineptiorem*, einen albernern Menschen. — *tuum*, ironisch. — *qui* — dass er. — *qui tam*, Sch. *quum tam nugax esset*, ungeachtet er, da die Sache Ernst wurde, sich benahm, als ob Alles nur Spass wäre. Contemnens enim Caesarem eiusque legiones dixerat id, quod Plutarchus literis mandavit: *quum terram Italiae pede pulsabo, scatebunt peditum equitumque copiae.* Quod quum non praestitisset, allato nuntio de Caesaris adventu, omnibus in urbe trepidantibus, Favonius ad Pompeium conversus: *nunc*, inquit, *terram pede pulsa et, quas promisisti, copias coge. MANUT.* — *in victoria temp.* Hoc dicit, quia Caesar Corfinio capto omnibus pepercerat, in iis Domitio Aenobarbo, inimicissimo suo. Plutarch. in Pomp. Appian. II, 38. Dio XLI, 37. Caes. B. C. c. 23. *MANUT.* — *Quid est?* Was sagst Du nun? — *duriss... locis*, circa Corfinium in Pelignorum regione situm. *MANUT.* — *confecerunt.* Loquitur de bello Corfiniensi. Nam Pompeius nondum victus Brundisium se cum exercitu contulerat. *MANUT.* — *ambulando*, durch blosses Hin- und Herspaziren. So nennt der witzelnde Cälius die Märsche und Contremärsche; denn zu einem eigentlichen Treffen kam es in diesem kaum drei Monathe dauernden Feldzuge nie. — *malis orbiculatis* i. e. Epiroticis, mit Scheibenäpfeln. Von Plinius und Celsus werden sie als das feinste, wohlschmeckendste und zarten Magen zuträglichste Obst gepriesen, das sich ein ganzes Iahr hielt. S. Columella V, 9 u. 10. Forcellini Lex. s. v. *orbiculatus.* Cälius spöttelt über die feingenährten und durch Tafelfreuden verwöhnten Süssherrchen, die das Heer des Pompeius ausmachten, im Gegensatze mit den an harte Kost und Strapazen gewöhnten Kriegern des Cäsars. S. ep. XXI, 5. XXIV, 8. — *Quid iam* (Sch. *tum*)? *Glor. omn.* Nun weiter! Es muss ia bei Euch Alles ganz herrlich zugehen, sagst Du. — *Si scias.* Der forschende Spassmacher lenkt Etwas ein mit diesen Worten. — *soll. sum.* Sic Md. Crat. Vict. l. 2. Bos. *sim* Lamb. Graev. Ern. Sch. Lün. *OR.* — *gloriam,*

derideas: quae tibi exponere nisi coram non possum; idque celeriter fore spero. Nam me, quum expulisset ex Italia Pompeium, constituit ad urbem vocare: id quod iam existimo confectum, nisi si maluit Pompeius Brundisii circumsederi. Peream, si minima causa est properandi isto 2 mihi, quod te videre et omnia intima conferre discupio. Habeo autem quam multa. Hui vereor, quod solet fieri, ne, quum te videro, omnia obliviscar. Sed tamen quodnam ob scelus iter mihi necessarium retro ad Alpes versus incidit? Ideo, quod Intimelii in armis sunt, neque de magna causa. Bellienus, verna Demetrii, qui ibi cum praesidio erat, Domitium quendam, nobilem illic, Caesaris hospitem, a contraria factione nummis acceptis, comprehendit et strangulavit. Civitas ad arma iit; eo nunc cum cohortibus mihi per nives eundum est. Usquequaque, inquis, se Domitii male dant. Vellem quidem Venere prognatus

---

Herrlichkeit, gloire; nach Ramsh. §. 206, A, 2 active st. iactationem, gloriationem. Enallage. — *celeriter*, bald. — *constituit* nempe Caesar. — *id quod* bezieht sich auf expellere ex Italia Pompeium. — *circumsederi*, quam inde aufugere et mare traiicere.

2. *isto*, Romam. — *omnia intima* (*tecum* adiicit Lamb.) *conferre*, mein Innerstes aufzuschliessen. *discupio* findet sich beim Plaut. Trin. IV, 2, 87 und Catull. CIV, 2. Sinn: dass ich Dich daselbst zu sehen wünschte: allein Du bist schon längst fern von der Stadt. — *quam* = sane quam, valde multa. S. Ramsh. §. 203, IV, 2, a. Andere setzen hinter *multa* das signum exclamandi. — *quodnam ob scelus*. Sinn: weiss Gott, mit welcher Uebelthat ich Das verschuldet, verdient habe, dass ich nach den Ligurischen Alpen reisen muss. — *Ideo*, eben desswegen muss ich dahin. S. Ramsh. §. 187, II, 2. Sic Lamb. In eandem coni. rursus incidit Hand *Tursell.* p. 155. adstipulante Beiero. *Adeo* Cett. cum Md. *OR.* — *Intimelii*, die Einwohner von Intimelium, einem kleinen Städtchen an der Ligurischen (Genuesischen) Küste. Richtiger nimmt man *Intimelii* für den Genitiv und übersetzt: „weil man zu Intimelium im Aufstande ist." Ueb. Intemelium s. Varro R. R. III. 9, 17. Plin. III, 5. — *neque* tamen. — *Bellienus*, homo libertinus, qui, ut tum interdum factum, supra libertini conditionem elatus est. *ERNESTI.* — *qui ibi c. pr. erat*, der dort in Garnison lag. — *cum cohortibus*, Lamb. *cum quattuor coh.* Crat. Graev. Ern. Sch. Lün. *eo cum quattuor coh.* Sed numerus incertus est. Md. Bened. (hic cum interrog.) *eo num cohortibus. ORELLI.* — *eundum est*, um die Ruhe wieder herzustellen. — *se Domitii male dant.* Sic Bened. de Graevii susp. *se Domitii mali dant* Md. Vict. 2. Graev. *Domitii mali dant* Vict. 1. Ern. *se Domitii male habent* Crat. Lamb. *OR.* „Ueberall, sagst Du, bezeigen sich die Domitier als Dir Unheil bringend; überall bringen sie Dir Ungemach. Zu *se dare* vgl. Terent. Eunuch. II, 1, 24 se turpiter dare. Ovid. Heroid. XVI, 195: da te facilem. Cic. N. Deor. III, 26: res se dat. — *Venere prognatus* Caesar, qui Iuliam familiam a Venere ducebat. Sueton.

tantum animi habuisset in vestro Domitio, quantum Psecade natus in hoc habuit. Ciceroni F. S. D.

EPISTOLA CCCXXXVI. (ad Att. VIII. 12.)

Scr. Formiis prid. Kal. Mart. A. U. C. 705. (a. C. 49.)

Rationem consiliorum suorum defendit; quid Pompeiani agant, scire cupit; quatuor Pompeii epistolarum ad consules et ad Domitium scriptarum exempla mittit. 1—6.

CICERO ATTICO S.

Mihi molestior lippitudo erat etiam, quam ante fuerat. Dictare tamen hanc epistolam malui, quam Gallo Fadio, amantissimo utriusque nostrûm, nihil ad te literarum dare. Nam pridie quidem, quoquo modo potueram, scripseram ipse eas literas, quarum vaticinationem falsam esse cupio. Huius autem epistolae non solum ea causa est, ut ne quis a me dies intermittatur, quin dem ad te literas: sed etiam haec iustior, ut a te impetrarem, ut sumeres aliquid temporis; quo quia tibi perexiguo opus est, explicari mihi tuum consilium plane volo, ut penitus intelligam. Omnia
2 sunt integra nobis. Nihil praetermissum est, quod non habeat sapientem excusationem, non modo probabilem. Nam certe neque tum peccavi, quum imparatam Capuam, non solum ignaviae † delectus, sed etiam perfidiae suspicionem

---

in Iul. c. 6. *SCH.* — *tantum animi habuisset in Domitio* scil. ut eum occidisset, sicut Bellienus alterum illum Domitium. Acerbissimas enim Caelius cum L. Domitio inimicitias gerebat. *SCH.* Er meint den Consularen Domitius Ahenobarbus, der zu Corfinium in Cäsars Gewalt gekommen war. Der CCLXXIX. Brief verbreitet viel Licht über Cälius in Hinsicht seiner Gesinnung gegen diesen Domitius. — *Psecade natus* i. e. ancilla (dieser Sohn einer Kammerzophe); psecades enim s. ornatrices erant ancillae. *SCH.* Sklavinnen, deren Amt war die Locken ihrer Gebieterinn mit duftenden Essenzen einzuspritzen. Der Name Ψεκὰς von ψεκάζω, träufeln. S. Iuvenal. VI, 489. Ovid. Metam. III, 172. Böttigers Sabina S. 106 u. 125. — *Ciceroni F.* i. e. filio *S. D.* Meinen Gruss an Deinen Sohn Cicero!

1. *lippitudo.* S. ep. CCCVII am Ende und CCCVIII im Anf. — *erat* = est im Briefstile. — *Gallo Fadio.* Sic scripsi; cfr. *de Finibb.* 2. c. 17. *Fabio* Cett. *ORELLI.* — *prid.* S. ep. 334, 3. — *tuum consilium*, Deine Gedanken über Das, was ich in meiner ietzigen Lage zu thun habe.

2. *Omnia sunt integra nobis*, bis ietzt hab' ich mir gar Nichts vorzuwerfen. — *non modo.* S. Grotef. §.310. Ramsh. §.181, B, I, e. — *imparatam*, sine praesidio, das wehrlose Capua. — † *delectus.* „*Ignaviae delectus* opponitur *diligentiae delectus*, quae supra commemorata est." *ERN.* Scil. Ep. 11. B. §. 2 est: *vidi T. Ampium delectum habere diligentissime, ab eo accipere Libonem* (scil. virum) *summa diligentia* cet. (praeditum). Sed nunquam mihi persuadebitur dici posse *ignavia delectus* pro *negligentia in delectu habendo.* Quo-

fugiens, accipere nolui; neque quum post conditiones pacis per L. Caesarem et Fabatum allatas cavi, ne animum eius offenderem, cui Pompeius iam armatus armato consulatum triumphumque deferret. Nec vero haec extrema quisquam 3
potest iure reprehendere, quod mare non transierim. Id enim, etsi erat † deliberationis, tamen obire non potui. Neque enim suspicari debui; praesertim quum ex ipsius Pompeii literis, idem quod video te existimasse, non dubitarim, quin is Domitio subventurus esset. Et plane, quid rectum et quid faciendum mihi esset, diutius cogitare malui. Primum igitur, haec qualia tibi esse videantur, etsi signi- 4
ficata sunt a te, tamen accuratius mihi perscribas velim: deinde aliquid etiam in posterum prospicias fingasque, quem me esse deceat et ubi me plurimum prodesse rei publicae sentias; ecquae pacifica persona desideretur, an in bellatore sint omnia. Atque ego, qui omnia officio metior, re- 5
cordor tamen tua consilia; quibus si paruissem, tristitiam illorum temporum non subissem. Memini, quid mihi tum suaseris per Theophanem, per Culeonem; idque saepe

---

circa suspicor leg.: *ignaviae dedecus. ORELLI.* S. ep. CCCXXV. — *accipere nolui.* S. ep. CCCXXXIV, D, 5 u. bes. CCCXXVI, 5. — *per L. Caes.* S. ep. CCCVII, 6. CCCXI, 2. CCCXIV, 2. CCCXV, 2. CCCXVI. — *Fabatum.* Sic Md. Cod. Tornaes. Alii Cdd. Bos. Seqq. *Fabium* Asc. 1. Crat. Vict. 1. 2. Lamb. *ORELLI.* L. Roscius Fabatus cum Lucio Caesare conditiones pacis tulit a C. Caesare. Vid. ad Famil. X, 33. Interiit in proelio Mutinensi, duce Pansa, cuius legatus erat. — *deferret.* S. ep. CCCXXXIV, D. 7.

3. † *deliberationis.* De hac quoque Latinitate vehementer dubito. Lego: *etsi erat deliberatio omnis.* Supra 8, 3, 1: *Deliberatio autem omnis haec est. ORELLI.* — *suspicari* scil. Pompeium mare transiturum esse.

4. *deinde . . . prospicias fingasque*, dann, dass Du dabei auch einen Blick in die Zukunft werfen und ausdenken und vorbilden mögest. *Fingere* entlehnt vom Zustutzen eines iungen Redners, dem man Gesten u. s. w. vormacht. — *ubi* = wodurch. — *ecquae* (Lamb. Sch. *ecqua*) *pacifica pers. desid.*, ob man die Rolle eines Friedensstifters noch brauchen könne. Utrum me deceat in Italia remanere, quod pacificam aliquam personam res publica videatur desiderare, cuius auctoritate inter Caesarem et Pompeium discordiae sedentur; quod effici non nisi ab eo potest, quem sibi uterque putet esse amicissimum, quem ego me duco esse; quum adhuc quidem neutram in partem peccaverim (ut proxime ostendit): an ad bellum proficisci, quod pacifica persona rei publicae nihil, bellator prodesse plurimum possit. *MANUT.* — *an in bellat. s. omn.*, oder ob Alles auf Entscheidung durch Soldaten beruhe?

5. *paruissem*, nämlich vor seiner Verbannung, wo Attikus ihn ermahnt hatte, sich doch ia nicht den Cäsar zum Feinde zu machen. — *Theophanem*, Pompeio familiarissimum. Vid. ep. XXXI. XXXVI. XLIII. CCLXXXI. CCXCVIII, 6. CLXXXIV. — *Culeonem.* Md. Oxon. 1. 2. *Culleonem*, Pompeii amicum. Vid. ep. LXX. —

ingemiscens sum recordatus. Quare nunc saltem ad illos calculos revertamur, quos tum abiecimus; ut non solum gloriosis consiliis utamur, sed etiam paullo salubribus. Sed nihil praescribo. Accurate velim perscribas tuam ad me
6 sententiam. Volo etiam exquiras, quam diligentissime poteris, — habebis autem, per quos possis, — quid Lentulus noster, quid Domitius agat, quid acturus sit, quemadmodum nunc se gerant, num quem accusent, num cui succenseant — quid dico, num cui? num Pompeio? Omnino culpam omnem Pompeius in Domitium confert: quod ipsius literis cognosci potest, quarum exemplum ad te misi. Haec igitur videbis; et, quod ad te ante scripsi, Demetrii Magnetis librum, quem ad te misit, de concordia, velim mihi mittas.

Sequuntur quatuor epistolarum Pompeii exempla cum his literis ad Atticum missa, A. B. C. D.

A.

Scr. circa Id. Febr. A. U. C. 705. (a. C. 49.)

CN. MAGNUS PROCOS. C. MARCELLO, L. LENTULO COSS. S. D.

Ego, quod existimabam dispersos nos neque rei publicae utiles neque nobis praesidio esse posse, idcirco ad L. Domitium literas misi, primum uti ipse cum omni copia ad nos veniret: si de se dubitaret, ut cohortes XIX., quae ex Piceno ad me iter habebant, ad nos mitteret. Quod veritus sum, factum est, ut Domitius implicaretur; neque ipse satis firmus esset ad castra facienda, quod meas XIX. et suas XII. cohortes tribus in oppidis distributas haberet: — nam partim Albae, partim Sulmone collocavit; —

---

ad illos calculos, zu ienen Berechnungen, Maximen. — *glor. consil. ut.*, einen ehrenvollen Plan befolgen.

6. *Lentulus* Spinther. S. zu ep. XCII. *Domit.* Beide waren zu Corfinium in Gefangenschaft gerathen. — *acturus sit*, a pr. m. Vict. I. *est.* — *num Pompeio?* warum nicht den Pompeius gradezu genannt? der sie verlassen hat. — *ipsius literis*, Lamb. *quod ex ipsius lit.* — *misi* = mitto im Briefstile. Es sind die folgenden Anlagen A. B. C. D. gemeint. Sic Md. a sec. m. Cod. Tornaes. ut *Ep.* 11. §. 6. *mitto* Cett. *OR.* — *Haec igitur videbis*, lass nur über das Alles Deine Gedanken walten. — *Demetr.* s. ep. 334, 7.

COSS. C. Claudius Marcellus und L. Cornelius Lentulus Crus waren die Consuln des Iahrs 705.

1. *dispersos.* Zertheilt hatte sie Pompeius selbst. — *primum*, vor allen Dingen. — *cohortes XIX.* nempe XIV. a Vibullio, V. ab Hirro adductas. Vid. ep. VIII, 11. (CCCXXXIV. A. nostr. edit.) *MANUT.* — *implicar.*, dass . . . in's Gedränge kam. — *ad castra facienda*, dem Feinde in einem Lager Stand zu halten. — *Albae*

neque [*se*], si vellet, expedire posset. Nunc scitote me 2 esse in summa sollicitudine. Nam et tot et tales viros periculo obsidionis liberare cupio: neque subsidio ire possum; quod his duabus legionibus non puto esse committendum, ut illuc ducantur; ex quibus tamen non amplius XIV. cohortes contrahere potui; quas Brundisium praesidium misi; neque Canusium sine praesidio, dum abessem, putavi esse dimittendum. D. Laelio mandaram, quod maiores copias 3 sperabam nos habituros, ut, si vobis videretur, alteruter vestrûm ad me veniret: alter in Siciliam cum ea copia, quam Capuae et circum Capuam comparastis, et cum iis militibus, quos Faustus legit, proficisceretur; Domitius cum XII. suis cohortibus eodem adiungeretur; reliquae copiae omnes Brundisium cogerentur et inde navibus Dyrrhachium transportarentur. Nunc, quum hoc tempore nihilo magis ego quam vos subsidio Domitio ire possim, ** se per montes

---

Fucentiae, ietzt Albi, auch in Samnium gelegen, Aufbewahrungsplatz für Römische Staatsgefangene. — [*se*] Ex Lamb. supplemento ab ipso non recepto. omis. *se* Cett., etiam Graev. cum Cdd. *ORELLI.* — *expedire* scil. eas, sie wieder an sich ziehen; mit *se*, sich aus dem Gedränge losmachen.

2. *neque* tamen *subsid. ire possum*, und doch kann ich ihnen nicht zu Hülfe kommen. — *his duabus legionibus non ... committ., ut* cet., „weil ich glaube diesen zwei Legionen nicht so viel trauen zu dürfen, dass ich sie dorthin führen lasse." Er meint die Veteranen, die er dem Cäsar zur Vollendung des Gallischen Krieges geliehen, aber vor einiger Zeit von ihm wieder zurückbekommen hatte. Obgleich sie den Kern der Truppen, die bei Pompeius waren, ausmachten; so waren sie doch sehr abgeneigt gegen Cäsar zu dienen. S. ep. CCIX, 3. CCCXVII, 1. zu CCIII *ament. consil.* Caes. de B. Civ. 1, 14. Dio Cass. XLI, 6. — *amplius* quam. S. Ramsh. §. 155, 2. Grotef. §. 387. — *quas Brund.* Sic Asc. pr. Crat. Muret. Sicque e suis Cod. volebat Bos. *quod* Md. Vict. 1. 2. Lamb. (Bos.) Seqq. Defendit Graevius: sed elegantia ista vix convenit simplici epistolae huiusce stilo. Accedit auctoritas optim. Cdd. Idem error mox recurrit in Md. *militibus*, *quod. ORELLI.* Die Eleganz bestände in der Verbindung von *quod praesidium.* S. Ramsh. §. 159, 3, d. — *misi.* Vorläufig liess er sie erst in Luceria versammeln, was an der Hauptstrasse nach Brundisium lag. S. ep. 336, Anlage C. §. 2 am Ende. — *dimitt.*, nicht aus der Acht d. i, nicht ohne Besatzung lassen zu dürfen.

3. *D. Laelio.* S. ep. CCCXXXIV, D. 1. — *habit.* esse, dass ich eine Verstärkung unsers Heers erhalten würde. — *vobis*, consulibus. — *quos*, Md. a pr. m. Vict. I. 2. *quod.* S. zu §. 2. *quas Br.* — *Faustus* Sulla. S. ep. CCCXXVI, 7. *leg. Fausto conscr.* — *eodem adiung.*, sich daran schlösse, zu ihnen stossen sollte. — *hoc tempore*, dermalen. — ** *se per montes.* e Cdd. Bos. Graev. Ern. *semper montes* Md. Oxon. 1. 2. *seu per m.* Asc. 1. Crat. Vict. 1. 2. Lamb. *isque se per montes explicare* scil. *possit* de Graevii susp. Sch. Lün. Haud displicet. Fortasse tamen non excidit nisi *ille* vel *is. ORELLI.* „und er sich durch die Berge des Samniter-

explicare; non est nobis committendum, ut ad has XIV. cohortes, quas ego dubio animo habeo, hostis accedere aut
4 in itinere me consequi possit. Quamobrem placitum est mihi, etiam video C. Marcello et ceteris nostri ordinis, qui hic sunt, ut Brundisium ducerem hanc copiam, quam mecum habeo. Vos hortor, ut, quodcunque militum contrahere poteritis, contrahatis et eodem veniatis quamprimum. Arma, quae ad me missuri eratis, iis censeo armetis milites, quos vobiscum habetis. Quae arma superabunt, ea si Brundisium iumentis deportaritis, vehementer rei publicae profueritis. De hac re velim nostros certiores faciatis: ego ad P. Lupum et C. Coponium praetores misi, ut se vobis coniungerent et, militum quod haberent, ad vos deducerent.

B.

Scr. Luceriae circa Id. Febr. A. U. C. 705. (a. C. 49.)

CN. MAGNUS PROCOS. S. D. L. DOMITIO PROCOS.

Miror te ad me nihil scribere et potius ab aliis quam a te de re publica me certiorem fieri. Nos, disiecta manu, pares adversario esse non possumus: contractis nostris co-

---

landes herauswinden kann." — *committ.*, so dürfen wir den Fehler nicht machen, es nicht dahin kommen lassen. — *quas ego* (*ego* tacite addidit Bos., e Codd. puto. *OR.*) *dubio animo habeo*, deren Gesinnung ich für unsicher halte. S. oben §. 2.

4. *C. Marcello.* Sic Vict. Manut. (*etiam* praebet Ball. Oxon. 2. Tum *C. Marcello* Md. a sec. manu. Oxon. 1.). *mihi altia video Censori Marcello* Md. a pr. m. Sed *censori* est ex stulto illo librariorum more praenomina aliaque compendia explicandi; quemadmodum vidimus in Cd. Md. Epp. ad Div. ex *Tribuno plebis* aliquoties factum esse *Tyrannum Publium Lentulum.* Male igitur hoc monstrum mutatum est in *censeri* ab Cod. Decurt. Ball. Oxon. 2. et Edd. Hinc Sch. *nec aliter video censeri Marcello*; vel, quod et Lün. recepit, *ac ita video censeri Marcello.* Omnia plana erunt, si legas: *et* vel *atque item*, *ut video*, *C. Marcello. ORELLI.* Ueber diesen C. Marcellus, der 704 Consul gewesen war, s. zu ep. CCXV im Anf., ep. CCXXXIX. CCLXXIV. — *ordinis* senatorii. — *quodcunque militum.* S. Ramsh. §. 104, 2. Grotef. §. 231. — *Arma, quae . . . eratis*, *iis* statt Armis iis, quae cet. S. Ramsh. §. 206, 5 über diesen Hellenismus. — *P.* Rutilium *Lupum*, qui tunc erat Terracinae (vid. Caes. de B. Civ. libr. 1), quem tamen paullo post Romam rediisse Cicero audivit. *CORRAD.* S. ep. CCCXLI, 2. — *C. Coponium*, qui paullo post praetorio imperio classi Rhodiae praefuit. Vid. Caes. de B. Civ. III, 5. *CORRAD.* — *vobis.* Sic Md. Cd. in m. 1584. Vict. 2. *nobis* Cett. — *militum quod*, Md. Oxon. *quot.* S. Ramsh. §. 104, 2. Grotef. §. 231. — *ad vos.* Asc. 2. Crat. Lamb. Muretus *ad nos.*

1. *adversario*, Caesari. Sic recte Vict. 1., ut infra est aliquoties. *adversarios* Md. a pr. manu. *adversariis* Md. a sec. m. Cett. meae Edd. *ORELLI.* — *contractis*, Oxon. 2. Ball. Rom. Ern. Sch.

piis, spero nos et rei publicae et communi saluti prodesse posse. Quamobrem quum constituisses, ut Vibullius mihi scripserat, a. d. v. Id. Febr. Corfinio proficisci cum exercitu et ad me venire; miror, quid causae fuerit, quare consilium mutaris. Nam illa causa, quam mihi Vibullius scribit, levis est, te propterea moratum esse, quod audieris Caesarem Firmo progressum in Castrum Truentinum venisse. Quanto enim magis appropinquare adversarius coepit, eo tibi celerius agendum erat, ut te mecum coniungeres, priusquam Caesar aut tuum iter impedire aut me abs te excludere posset. Quamobrem etiam et etiam te 2
rogo et hortor, id quod non destiti superioribus literis a te petere, ut primo quoque die Luceriam advenires, antequam copiae, quas instituit Caesar contrahere, in unum locum coactae nos a nobis distrahant. Sed si erunt, qui te impediant, ut villas suas servent, aequum est me a te impetrare, ut cohortes, quae ex Piceno et Camerino venerunt, quae fortunas suas reliquerunt, ad me missum facias.

Lün. *coniunctis* e gloss. — *posse.* Excidit errore typographico e Grut. Graev. Ern. Sch. Lün. *OR.* — *Vibullius.* S. ep. CCCXXXIV, A. — *illa* vor *causa* weiset auf den Subiectsinfinit. *te pr. morat. esse.* S. Ramsh. §. 168, A. Grotef. §. 235 ff. über den Infinit. — *Firmo* oppido Piceno, ut et *Castrum Truentinum*, in via, quae Corfinium ducit. *GRAEV.* Castrum Truentinum fuit situm ad ostium fluvii Truenti, qui hodie *Trento* dicitur, in Piceno. Vocatur Straboni *πόλις Τρουεντείνων*, aliis simpliciter *Truentum.* — *coepit,* Asc. 1. Crat. *coeperat.*

2. *etiam et etiam.* Sic Cod. Decurt. Bos. Graev. Ern. Sch. Lün. Malui conservare cum Bosio hunc Pompeii et Balbi fortasse *ἰδιωτισμὸν*, quam cum Beiero et Sch. ed. min. ex Ursini Cod. et Marg. 1584 corrigere *etiam atque etiam*, uti sane est in Ep. Pompeii C. §. 3. om. *et etiam* Md. Oxon. 1. 2. Edd. ante Bos. *ORELLI.* Vgl. ep. CCCXXXIX. Anlage A, 2. — *advenires* scripsit Pompeius respiciens ad perfectum *destiti.* Muretus. Ern. coni. Sch. Lün. *advenias. ORELLI.* — *instituit.* An *instituit? ORELLI.* — *villas* de Graev. susp. Ern. Sch. Lün. *illas* Priores cum Cdd. notis. *OR.* — *Camerino*, ietzt Camerino in Umbrien, Stadt der Camertes auf den Apenninen. — *venerunt* ad te, a Vibullio adductae. S. ep. CCCXXXIV, A. — *reliquerunt*, der Republik wegen in Stich gelassen, aufgegeben, preisgegeben haben. — *missum fac.*, fahren lassest, mir überlassest. *Missas* nescio qui apud Corrad. et Margo 1584. *OR.* S. Ramsh. §. 171, II. A, 2. Grotef. §. 324. Anm.

C.

Scr. Luceriae XIV. Kal. Mart. A. U. C. 705. (a. C. 49.)

CN. MAGNUS PROCOS. S. D. L. DOMITIO PROCOS.

Literas abs te M. Calenius ad me attulit a. d. XIV. Kal. Mart.; in quibus literis scribis tibi in animo esse observare Caesarem; et, si secundum mare ad me ire coepisset, confestim in Samnium ad me venturum; sin autem ille circum istaec loca commoraretur, te ei, si propius accessisset, resistere velle. Te animo magno et forti istam rem agere existimo: sed diligentius nobis est videndum, ne distracti pares esse adversario non possimus; quum ille magnas copias habeat et maiores brevi habiturus sit. Non enim pro tua prudentia debes illud solum animadvertere, quot in praesentia cohortes contra te habeat Caesar, sed quantas brevi tempore equitum et peditum copias contracturus sit. Cui rei testimonio sunt literae, quas Bussenius ad me misit; in quibus scribit, id quod ab aliis quoque mihi scribitur, praesidia Curionem, quae in Umbria et Tuscis erant, contrahere et ad Caesarem iter facere. Quae si copiae in unum locum fuerint coactae, ut pars exercitus ad Albam mittatur, pars ad te accedat; ut non pugnet, sed locis suis repugnet, haerebis: neque solus cum ista copia tantam
2 multitudinem sustinere poteris, ut frumentatum eas. Quamobrem te magno opere hortor, ut quam primum cum omni copia huc venias. Consules constituerunt idem facere. Ego † Metuscilio ad te mandata dedi providendum esse, ne

---

1. *M. Calenius*, Pompeianus. *Canuleius* coni. in m. 1584. Vid. Attic. X, 5. *M. Canuleius* in Brut. c. 92. — *XIV. Kal. Mart.*, am 16. Februar. — *tibi in animo esse*, Du seiest gesonnen. — *observ.*, zu beobachten. — *adversario.* Vgl. Anlage B. 1. Ueber *ne non* s. Ramsh. §. 193, 1, 3. Grotef. §. 402. Anm. — *in praes.*, in diesem Augenblicke. *Bussenius*, Pompeianus. — *aliis.* Sic Manut. Lamb. Stroth. *illis* Cdd. noti, Asc. pr. Crat. Vict. 1. 2. Bos. Graev. Ern. Sch. Lün. *OR.* — *in Umbria et Tuscis* statt in Umbria et Tuscia, Etruria. S. Ramsh. §. 203, A, 1, 3. Sic Md. Edd. vett. praeter Rom. ante Ern. Est saltem ex usu Ciceronis. *Umbris* Oxon. Ball. Helmst. (prob. Graev.) Ern. Sch. Lün. *ORELLI.* *Albam.* S. ep. CCCXXXVI, A, 1. — *ad te* d. i. gegen Corfinium. — *ut non pugnet*, gesetzt er fechte nicht, er greife Dich nicht an, sondern behaupte bloss seinen Posten. — *haerebis*, so wirst Du doch in der Klemme od. so gut wie eingeschlossen sein. — *cum ista copia*, mit den wenigen Truppen, die Du da hast. — *frum. ire.* S. Ramsh. §. 53, N. §. 170, 1, N. 1. u. 2. Grotef. §. 313, Anm.

2. *cum omni copia* statt *omnibus copiis* Md. a sec. m. Oxon. 1. 2. Asc. Crat. S. Ramsh. §. 203, A, 1, 7. — *Consules*, deren Hauptquartier zu Capua sich befand. — † *Metuscilio.* Nomen corruptum esse arguit scriptura Md., *meta stileo*, et Asc. pr.: *Metustileo.* Asc. sec. Crat.: *Vetustilio.* Probabilis est Corradi susp.:

duae legiones sine Picentinis cohortibus in conspectum Caesaris committerentur. Quamobrem nolito commoveri, si audieris me regredi, si forte Caesar ad me veniet; cavendum enim puto esse, ne implicatus haeream. Nam neque castra propter anni tempus et militum animos facere possum neque ex omnibus oppidis contrahere copias expedit, ne receptum amittam. Itaque non amplius XIV. cohortes Luceriam coëgi. Consules praesidia omnia deducturi sunt 3
aut in Siciliam ituri. Nam aut exercitum firmum habere oportet, quo confidamus perrumpere nos posse, aut regiones eiusmodi obtinere, e quibus repugnemus: id quod neutrum nobis hoc tempore contingit; quod et magnam partem Italiae Caesar occupavit et nos non habemus exercitum tam amplum neque tam magnum, quam ille. Itaque nobis providendum est, ut summae rei publicae rationem habeamus. Etiam atque etiam te hortor, ut cum omni copia quamprimum ad me venias. Possumus etiam nunc rem publicam erigere, si communi consilio negotium administrabimus: sin distrahemur, infirmi erimus. Mihi hoc constitutum est. His literis scriptis, Sica a te mihi literas attu- 4
lit et mandata. Quod me hortare, ut istuc veniam: id me facere non arbitror posse, quod non magno opere iis legionibus confido.

M. Tuscilio. Tuscilii sane sunt apud Gruter. 924, 24. Murat. 1412, 2. *OR.* — *mandata dedi* f. mandavi, ut tibi diceret *providendum esse* cet. — *duae leg.*, die bewussten zwei Legionen. S. Anlage A. 2. — *in consp. Caes. comm.*, dem Cäsar gegenüber gestellt würden. — *nolito commoveri*, lass Dich's ia nicht beunruhigen. S. Ramsh. §. 167. Not. 1. Grotef. §. 186. Anm. 2. — *ad me veniet*, auf mich losgehen sollte. — *anni tempus*, hiemem. — *animos* = Unzuverlässigkeit. — *XIV. cohortes.* S. Anlage A. §. 2.

3. *deducturi sunt* ex oppidis. — *ut summae rei p. r. hab.*, dass Wir Das, was für die Republik das Sicherste ist, nie aus den Augen verlieren. Sic Lamb. in m. 1584. *summam* e solito in hac formula errore. Cett. *OR.* — *comm. consil.*, nach einem gemeinschaftlichen Plane. — *distrahemur*, uns vereinzeln. — *constit.*, mein fester Grundsatz.

4. *Sica*, familiaris Ciceronis. S. zu ep. LIV. LV. DCLXXXIII. DCXCVII. DXLVIII. DCCLIX. Plutarch. in Cicer. p. 877, ubi Vibius Siculus vocatur, si tamen de eadem re utrobique sermo est. *ERN.* — *iis legionibus.* Sic Asc. utraque, Crat. Recte: „de iis legionibus, de quibus supra (§. 2.) scripsi." *his leg.* Cett. *ORELLI.*

D.

Scr. Luceriae XIII. Kal. Mart. A. U. C. 705. (a. C. 49.)

CN. MAGNUS PROCOS. S. D. L. DOMITIO PROCOS.

Literae mihi a te redditae sunt a. d. XIII. Kal. Mart.: in quibus scribis Caesarem apud Corfinium castra posuisse. Quod putavi et praemonui, fit, ut nec in praesentia committere tecum proelium velit et, omnibus copiis conductis, te implicet, ne ad me iter tibi expeditum sit: atque istas copias coniungere optimorum civium possis cum iis legionibus, de quarum voluntate dubitamus: quo etiam magis tuis literis sum commotus. Neque enim eorum militum, quos mecum habeo, voluntate satis confido, ut de omnibus fortunis rei publicae dimicem; neque etiam, qui ex de-
2 lectibus conscripti sunt a consulibus, convenerunt. Quare da operam, si ulla ratione etiam nunc efficere potes, ut te explices, huc quamprimum venias, antequam omnes copiae † adversariûm conveniant. Neque enim celeriter ex delectibus huc homines convenire possunt: et, si convenirent,

---

1. *a. d. XIII. Kal. Mart.*, am 17. Februar. — *castra posuisse.* XVI. Kal. Mart. Caesar ad Corfinium venit et IX. Kal. discessit. — *praemonui* = praedixi, id *fit*, nempe *ut* cet. — *et* post *nec* = sed .. *te implicet*, sondern Dich einzuschliessen gedenkt. — *atque* = und Du nicht u. s. w. *neque* Weiskii susp. S. Ramsh. §. 179. B, a, 7. Anm. 3. Der Satz hängt alsdann ab von *fit*, *ut nec* cet. Ich möchte doch lieber diesen Satz mit *ne* ... *sit* verknüpft wissen. S. Ramsh. das. B, a, 6. *atque* überträgt den Begriff *ne* auf den angeknüpften Satz. Orelli scheint der Interpunction nach *atque* als = und zwar, und, denn wirklich könntest Du, sich gedacht zu haben. Man muss alsdann suppliren itinere expedito. Allein der Gedanke ist der: ne ad me itinere expedito penetrare atque istas copias coniungere ... possis: wo *ne* zu *possis* gehört und als Obiect von *possis* zweierlei angegeben wird, nämlich *ad me penetrare* und *istas copias coniungere*, so dass *atque* eigentlich die beiden Obiecte verknüpft und mit und so kann übersetzt werden. — *iis.* Sic Vict. 1. *his* Cett. — *dubit.* S. Anlage A. 2. B. 2. u. 4. — *voluntate* = guten Willen, Gesinnung. Sic Md: (Oxon. 2.) Cd. in m. 1584. Asc. pr. Vict. 1., ut Ep. seq.: *quo autem confidebant.* cfr. Oudend. et Bremium ad *Suet. Caes.* 3. *voluntati* Cett. *ORELLI.* — *ut ... dimicem*, um mit ihnen eine Schlacht zu wagen, die das ganze Schicksal der Republik entschiede.

2. *ut te explices*, Dich herauszuwickeln, hängt von *efficere potes* ab, wie *huc q. pr. venias* von *da operam.* — *huc*, Asc. 1. Crat. *et huc.* Sed scripsit potius *hucque*; *que* absorptum a seq. *qu. OR.* — † *adversariûm.* Sic Cdd. noti, Vict. 1. 2. Bos. Graev. *adversariorum* Rom. Asc. Crat. Man. Lamb. Ern. Sch. Lün. Sed corrigendum *adversarii. ORELLI.* scil. Caesaris. S. Anlage B. im Auf. — *ex delectibus homines* conscripti, die Neugeworbenen aus ihren Depots. *omnes* Margo Asc. sec. et Weiskii susp. *OR.* —

quantum iis committendum sit, qui inter se ne noti quidem sunt, contra veteranas legiones, non te praeterit.

EPISTOLA CCCXXXVII. (ad Att. VIII. 13.)

Scr. Formiis Kal. Mart. A. U. C. 705. (a. C. 49.)

Caesaris progressus praedicat. 1—2.

CICERO ATTICO S.

Lippitudinis meae signum tibi sit librarii manus, et eadem causa brevitatis: etsi nunc quidem, quod scriberem, nihil erat. Omnis exspectatio nostra erat in nuntiis Brundisinis. Si nactus hic esset Cnaeum nostrum, spes dubia pacis: sin ille ante tramisisset, exitiosi belli metus. Sed videsne, in quem hominem inciderit res publica? quam acutum, quam vigilantem, quam paratum? Si mehercule neminem occiderit nec cuiquam quidquam ademerit, ab iis, qui eum maxime timuerant, maxime diligetur. Multum 2
mecum municipales homines loquuntur, multum rusticani. Nihil prorsus aliud curant nisi agros, nisi villulas, nisi nummulos suos. Et vide, quam conversa res est. Illum, quo antea confidebant, metuunt; hunc amant, quem timebant. Id quantis nostris peccatis vitiisque evenerit, non possum sine molestia cogitare. Quae autem impendere putarem, scripseram ad te; et iam tuas literas exspectabam.

---

committ. sit, anzuvertrauen, mit ihnen zu wagen sei. — *qui ... ne noti q. sunt.* Sic Rom. Asc. pr. Lamb. Vict. Seqq. *quod inter se noti sunt* (Md. a pr. m.) Vict. 1. omis. *quidem* Oxon. 1. 2. nec videtur habere Md. *quod inter se ne noti sunt.* Md. a sec. m. Asc. sec. Crat. Manut. *ne quidem noti sunt* C2d. Malasp. *ORELLI.* Scil. Caesaris milites veterani familiares inter se sunt et amicissimi, quod plurimum prodest ad robur exercitus: nostri vero ne noti quidem inter se sunt; quo minus est illis contra veteranas legiones committendum. *MANUT.*

1. *Lippit.* S. ep. CCCXXXVI im Anf. — *librarii*, meines Secretairs. — *Brundis.* i. e. quos Brundisium miseram. — *Si nact. hic esset* i. e. si Caesar Pompeium hic praestolatus esset, ut cum eo coram agere posset. *SCH.* — *tramis.*, in Graeciam. — *acutum*, schlau. — *parat.*, auf Alles gefasst. — *Si m. neminem occid.*, sollte Das wahr sein, dass er Keinem das Leben genommen (bei der Einnahme von Corfinium) u. s. w. — *ab iis.* Sic Asc. 1. Crat. Vict. 1. Man. Lamb. *his* Cett. *OR.*

2. *rustic.*, Gutsbesitzer. — *numm. suos*, ihr Bisschen Baares. — *quam conv. res est* (*sit* Lamb. cfr. Milon. §. 47. *OR.*), wie bald sich das Blatt gewandelt hat d. i. ihre Gesinnungen sich geändert haben. — *Illum*, Pompeium; *hunc*, Caesarem. — *nostris*, von unserer Seite. — *evenerit*, so gekommen sei. — *exspectabam* = exspecto.

EPISTOLA CCCXXXVIII. (ad Att. VIII. 14.)

Scr. Formiis VI. Non. Mart. A. U. C. 705. (a. C. 49.)

Etiamnum se nescire, quid consilii capiat; de Domitio varia audiri scribit. 1—3.

CICERO ATTICO S.

Non dubito, quin tibi odiosae sint epistolae quotidianae, quum praesertim neque nova de re aliqua certiorem te faciam neque novam denique iam reperiam scribendi ullam sententiam. Sed, si dedita opera, quum causa nulla esset, tabellarios ad te cum inanibus epistolis mitterem, facerem inepte. Euntibus vero, domesticis praesertim, ut nihil ad te dem literarum, facere non possum: et simul — crede mihi — requiesco paullum in his miseriis, quum quasi tecum loquor; quum vero tuas epistolas lego, multo etiam magis. Omnino intelligo nullum fuisse tempus post has fugas et formidines, quod magis debuerit mutum esse a literis: propterea, quod neque Romae quidquam auditur novi; nec in his locis, quae a Brundisio absunt propius quam tu biduum aut triduum. Brundisii autem omne certamen vertitur huius primi temporis. Qua quidem exspectatione torqueor. Sed omnia ante nos sciemus. Eodem enim die video Caesarem a Corfinio post meridiem profectum esse, id est, Feralibus, quo Canusio mane Pompeium. Eo modo autem ambulat Caesar et iis diariis militum celeritatem incitat, ut timeam, ne citius ad Brundisium, quam opus sit,
2 accesserit. Dices: „Quid igitur proficis, qui anticipes eius rei molestiam, quam triduo sciturus sis?" Nihil equidem.

---

1. *sententiam*, Gedanken, Ansicht der Dinge. — *quum causa n. esset*, ohne alle Veranlassung. — *facere non poss.*, ich kann od. könnte mich nicht dazu entschliessen, es nicht über mich gewinnen. S. Ramsh. §. 203, III, 3. 166, 2 c. Nota und §. 185, 2. Grotef. §. 404, 2. — *mutum esse a lit.*, die in Hinsicht des Briefwechsels hätte stummer sein od. mehr verstummen sollen. — *Brundisii . . temporis*, Brundisium aber ist der Ort, wo sich der ganze Streit dieser ersten Zeit seines Ausbruchs entscheiden muss d. i. der Kampf über Italiens Besitz. — *ante* quam vos. — *Feralibus.* So hiess ein Festtag, welcher den Diis Manibus zu Ehren gefeiert wurde. Er fiel auf den 22. Februar. Um diesen zu bezeichnen, fügte Cicero *id est* hinzu. S. ep. 341. Ovid aber und Andere spätere verlegen nach dem von Cäsar und August verbesserten Kalender das Fest auf den 19. Februar. Cfr. de toto loco Pontederae *Antiqq. Lat.* p. 319. Van Vaassen *Fastos* p. 276. *OR.* — *eo modo ambulat*, hat so eine eigene Art sich Motion zu machen. So ep. CCCXXXV, 1: bellum ambulando confecerunt. — *diariis* i. e. stipendia maiora in singulos dies militibus promittendo. *SCH.* Brundisium ist etwa 60 deutsche Meilen, Canusium 32 von Corfinium entfernt. — *quam opus sit*, als er einmal nöthig hat od. als uns gut ist.

2. *proficis . . . sciturus sis?* Was gewinnst Du dabei, dass Du

Sed, ut supra dixi, tecum perlibenter loquor: et simul scito labare meum consilium illud, quod satis iam fixum videbatur. Non mihi satis idonei sunt auctores ii, qui a te probantur. Quod enim unquam eorum in re publica forte factum exstitit? aut quis ab iis ullam rem laude dignam desiderat? Nec mehercule laudandos existimo, qui trans mare belli parandi causa profecti sunt: — quamquam haec ferenda non erant: — video enim, quantum id bellum et quam pestiferum futurum sit: sed me movet unus vir; cuius fugientis comes, rem publicam recuperantis socius videor esse debere. „Totiesne igitur sententiam mutas?" Ego tecum tanquam mecum loquor. Quis autem est, tanta quidem de re, quin varie secum ipse disputet? Simul et elicere cupio sententiam tuam; si manet, ut firmior sim; si mutata est, ut tibi assentiar. Omnino ad id, de quo 3
dubito, pertinet me scire, quid Domitius acturus sit, quid noster Lentulus. De Domitio varia audimus, modo esse in Tiburti † aut Lepidi quod cum Lepidus accessisse ad urbem; quod item falsum video esse. Ait enim Lepidus eum nescio quo penetrasse itineribus: occultandi sui causa, an maris apiscendi? ne id quidem scit. Ignorat etiam de filio. Addit illud, sane molestum: pecuniam Domitio satis grandem, quam is Corfinii habuerit, non esse redditam. De

---

Dich vor der Zeit wegen einer ungewissen Sache beunruhigest, die Du in drei Tagen gewiss wissen wirst? — *equidem* proficio. — *meum consilium* exeundi ex Italia. — *auctores*, die Vorgänger, deren Beispiel Du mir empfiehlst. — *ab iis.* Sic Asc. pr. Crat. Vict. 1. Man. Lamb. *his* Cett. *OR.* — *desiderat*, exspectat, sibi promittit. — *belli par. caus.*, um Kriegesrüstungen zu veranstalten. — *quamquam haec*, quae a Caesare fiant, Cäsars Anmassungen. — *me movet*, auf mich wirkt. — *unus vir*, Pompeius. — *rem p. recup.*, da er die Republik retten will. — „*Totiesne . . . mutas*", dem Attikus in den Mund gelegte Worte. — *quin* = qui non. S. Ramsh. §. 185, 1. Grotef. §. 404, 3. — *varie*, für und wider. — *Simul et.* Nota hoc *et. ORELLI. et* = etiam. S. Ramsh. §. 179, B, a, 2. Grotef. §. 359, 2. — *si manet*, damit ich, wenn sie noch die vorige ist, desto fester dabei verharre.

3. *Lentulus* Spinther. — *audimus.* Asc. pr. *audivimus.* Non displicet, etsi h. l. defendi potest tempus praesens. *OR.* — *ad urbem.* Locus corruptus. Sic Md. Item Vict. 1. 2. Man., sed: *accessisset* cum Edd. vett. Omnium maxime placet ratio Iunii: *modo esse in Tiburtino Lepidi*, *modo cum Lepidis accessisse ad urbem*, scil. cum M'. Lepidi fratre et filio (Q. Aemilio Lepido Ruperti *Tabb.* p. 21.). Nec multo aliter Ern. suspicatus est: *inde cum Lepidis accessisse ad urbem.* cett. *ORELLI.* — *nescio quo* = in quem locum. S. Ramsh. §. 203, IV, 1, a. — *maris*, die Seeküste. — *ne id*, Madvig. 1. p. 16. *ne is.* — *etiam.* Sic Madvig 1. 1. *enim* Cett. *OR.* — *de filio*, Was aus dem Sohne des Domitius geworden, wie es ihm ergangen ist. — *molestum*, ienen unangenehmen Umstand. — *redditam* a Caesare. Falsum. Nam redditam a se

Lentulo autem nihil audimus. Haec velim exquiras ad meque perscribas.

EPISTOLA CCCXXXIX. (ad Att. VIII. 15.)

Scr. Formiis V. Non. Mart. A. U. C. 705. (a. C. 49.)

Quattuor Attici epistolis respondet. 1—3.

CICERO ATTICO S.

A. d. v. Non. Mart. epistolas mihi tuas Aegypta reddidit, unam veterem iv. Kal., quam te scribis dedisse Pinario, quem non vidimus; in qua exspectas, quidnam praemissus agat Vibullius; qui omnino non est visus a Caesare: in altera epistola video, te scire ita esse: et, quemadmodum redeuntem excipiam Caesarem; quem omnino vitare cogito; et, † aut Haemonis fugam intendis commutationemque vitae tuae; quod tibi puto esse faciendum: et ignoras, Domitius cum fascibusne sit; quod quum scies, facies, ut sciamus.

Caesar scribit Lib. 1. de B. Civ. c. 23. *MANUT.* Domitius hatte eine Summe von 600,000 Fl. Gold im Aerario zu Corfinium niedergelegt, welche der Magistrat daselbst dem einrückenden Cäsar einhändigte. Dieser aber gab sie an Domitius zurück, obgleich er wusste, dass dieser sie aus der Staatsschatzkammer zu Rom genommen hatte. — *audimus.* Asc. pr. *audivimus.* Ut supra. *ORELLI.* — *ad meque.* S. Ramsh. §. 179, B, a, 1.

1. *V. Non. Mart.*, am 3. März. — *Aegypta*, ein Freigelassener des Cicero. — *IV. Kal.* Mart., vom 26. Februar. — T. *Pinario.* S. zu ep. CCLII, 23 am Ende u. DCCXC. — *praemissus* a Caesare ad Pompeium. Nam Corfinii cum reliquis captus fuerat. Vid. Caes. B. Civ. 1. Hunc Caesar etiam postea iudicavit idoneum, quem ad Pompeium cum mandatis mitteret. Caes. libr. III, c. 10. *BOSIUS.* S. Anlage. A. zu ep. 334. — *non visus a Caesare.* Attikus sowohl als Cicero sind beide falsch berichtet. Er erhielt nebst den anderen gefangenen Senatoren sogar die Erlaubniss, zum Pompeius zurückzukehren. Den Auftrag aber an diesen gab Cäsar nicht dem Vibullius, sondern dem Cn. Magius, der zu Cremona in seine Hände gefallen war. S. Cäs. de B. C. 1, 23. 24. — *et* scil. rogas. — *redeuntem* e Galliis s. a Brundisio, quo tetendit. S. ep. 340 a. Ende. — † *aut Haemonis fugam intendis.* Sch. haud male coni.: *et ad Chaoniam fugam intendis. ORELLI. et* (scil. in qua epistola) *ad Chaoniam fugam intendis*; (partem scil. Epiri, in qua possessiones Attici erant.) quod idem est ac *in qua scribis te ad Chaoniam fugam intendere. SCH.* — *commut. vitae tuae*, und Du redest in dem Briefe von einem neuen Lebensplane, den Du Dir entworfen habest. — *ignoras* = scribis te ignorare. — *cum fascib. sit*, ob Domitius seine Lictoren beibehalte? die ihm als Proconsul von Gallien zukamen, wiewohl Cäsar noch gegen die Gesetze im Besitz dieser Provinz blieb. — *Habes* mea responsa.

Habes ad primam epistolam. Secutae sunt duae, pridie Kal. 2
ambae datae, quae me convellerunt de pristino statu, iam tamen, ut ante ad te scripsi, labantem. Nec me movet, quod scribis, *Iovi ipsi iniquum.* Nam periculum in utriusque iracundia positum est: victoria autem ita incerta, ut deterior causa paratior mihi esse videatur. Nec me consules movent, qui ipsi pluma aut folio facilius moventur. Officii me deliberatio cruciat cruciavitque adhuc. Cautior certe est mansio: honestior existimatur traiectio. Malo interdum, multi me non caute, quam pauci non honeste fecisse existiment. De Lepido et Tullo quod quaeris: illi vero non dubitant, quin Caesari praesto futuri in senatumque venturi sint. Recentissima tua est epistola Kal. data: 3
in qua optas congressum pacemque non desperas. Sed ego, quum haec scribebam, nec illos congressuros nec, si congressi essent, Pompeium ad ullam conditionem accessurum putabam. Quod videris non dubitare, si consules transeant, quid nos facere oporteat: certe transeunt, vel, quo modo nunc est, transierunt. Sed memento praeter Appium neminem esse fere, qui non ius habeat transeundi. Nam aut cum imperio sunt, ut Pompeius, ut Scipio, Sufenas, Fannius, Voconius, Sestius, ipsi consules, quibus more maio-

---

2. *prid. Kal.*, am letzten Februar. — *statu*, Vorsatz. — *Nec* tamen *me movet.* — *Iovi ipsi iniquum* scil. Pompeium fore, si vicerit; omnibus, qui partes suas deseruerint, iratissimum fore. *SCH.* — *utriusque* et Pompeii et Caesaris. — *ita*, auf die Art. — *deterior causa* nempe Caesaris. — *paratior* ad victoriam consequendam. — *folio*, als ein Aspenblatt. Vor *Officii* fehlt nachdrucksvoll *Sed.* „Aber die Betrachtung Dessen, was die Pflicht von mir fordert" u. s. w. — *traiectio*, die Fahrt über das Meer. — *Lepido* d. i. M'. Aemilio Lepido. S. ep. CCCV, 4. CCCXXIX, 1. — L. Volcatius *Tullus*, qui M'. Aemilii Lepidi collega 688 in consulatu fuit. Vid. Catil. 1, 6.

3. *Kal.* Martiis. — *congressum* Caesaris cum Pompeio. — *non desperas*, si congrediantur et coram secum agant. — *accessurum*, Lamb. susp. *descensurum.* — *Quod videris non dubitare*, *quid nos facere oporteat*, *si consules transeant*, scito, *certe transeunt* cet., da Du scheinst mit Dir darüber einig zu sein, Was . . ., so sag' ich Dir, sie gehen sicher zum Pompeius über das Meer u. s. w. — *quomodo nunc est*, wie ietzt die Sache steht. — *transierunt* mare. — *praeter Appium*, quia censori ipsi Romae remanendum erat. Ueb. Appius s. zu ep. CLXXX im Anf. — P. *Scipio* Nasica. S. ep. XXVI. Adoptatus est a Metello Pio, unde Q. Caecilius Metellus Pius Scipio et modo *Q.* modo *P.* dicitur. Pompeii Magni collega fuit 702. et eiusdem socer. Vid. ep. CCII. Dio Cass. XL. p. 144. — M. Nonius *Sufenas* praetor 705 (Vid. ep. CXLII. Pigh. ad A. U. 703 vel *Ann.* 3, p. 429.), qui Cretam et Cyrenen hoc anno obtinuit. — C. *Fannius* in Siciliam post Fulfanum mittitur initio belli civilis pro praetore. Vid. Philipp. XIII, 6, zu ep. L. CCCIX, 2. Ioseph. Antiq. XIV, 10. 15. — *Voconius*, 693 quaestor,

rum concessum est vel omnes adire provincias; aut legati sunt eorum. Sed nihil dissero. Quid placeat tibi et quid propemodum rectum sit, intelligo. Plura scriberem, si ipse possem. Sed, ut mihi videor, potero biduo. Balbi Cornelii literarum exemplum, quas eodem die accepi, quo tuas, misi ad te, ut meam vicem doleres, quum me derideri videres.

A.

BALBUS CICERONI IMP. S.

Obsecro te, Cicero, suscipe curam et cogitationem dignissimam tuae virtutis, ut Caesarem et Pompeium perfidia hominum distractos rursus in pristinam concordiam reducas. Crede mihi Caesarem non solum fore in tua potestate, sed etiam maximum beneficium te sibi dedisse iudicaturum, si huc te reiicis. Velim, idem Pompeius faciat, qui ut adduci tali tempore ad ullam conditionem possit, magis opto quam spero. Sed, quum constiterit et timere desierit, tum incipiam non desperare tuam auctoritatem
2 plurimum apud eum valituram. Quod Lentulum consulem meum voluisti hîc remanere, Caesari gratum, mihi vero gratissimum medius fidius fecisti. Nam illum tanti facio,

---

701 praetor urbanus, qui Pompeium secutus est. Vid. Philipp. III, 6. — P. *Sestius*, L. F., praetor fuit. 705 pro praetore Ciliciam rexit. Vid. ad ep. XV init. — *more maiorum*, nach altem Herkommen. — *eorum*, qui cum imperio sunt, die Militaircommando haben. — *Sed nihil dissero*, doch ich will diese Materie nicht weiter aus einander setzen. — *ipse possem*. S. ep. CCCXXXVII im Anf. — *misi* = mitto. — *meam vicem*, mein Loos.

BALBUS. Ueb. diesen L. Cornelius Balbus s. ep. CCCXXXII, 4. Zuweilen wird er Balbus maior genannt im Gegensatze von Balbus minor, dem Sohne seines Bruders. S. ad Attic. XI, 12. XII, 38. XIII, 40. ad Famil. X, 32. Plin. H. N. V, 5. Ueber ienen s. Orat. Balb. 25. ad Attic. VII, 7 (CCXCVIII). II, 3 (XXVIII). ad Q. Fratr. III, 1 (CXLVI). ad Famil. VII, 16 (CXLVII). 18 (CLXXIII). ad Attic. VII, 3 (CCXCIV). VIII, 9 (CCCXXXII). IX, 13 (CCCLIV) u. s. f. Er war von Cäsar reichlich beschenkt und dessen eifrigster Anhänger.

1. *tuae virtutis*. Nemo hoc ausus est immutare. *ORELLI*. Ueb. dignus c. genit. s. Ramsh. §. 144, 4, Not. 3. Grotef. §. 261, Anm. — *si huc te reiicis*, wenn Du Dich darauf einlassen wolltest. Wer zu Viel sagt, sagt Nichts. Balbus hatte ohne Zweifel einen Auftrag diesen Brief zu schreiben: aber, um einen so feinen Vogel wie Cicero zu fangen, griff er's ein wenig zu plump an. *WIEL*. — *tali temp.*, wie die Sachen dermalen stehen. — *quum constiterit*, wenn er nur erst irgendwo Stand hielte.

2. *consulem meum*. Ern. tacite, Sch. Lün. *Lentulum meum, consulem*. Weiskio *consulem* glossema videbatur. *OR*. — *hîc*, in

qui non Caesarem magis diligam: qui si passus esset, nos secum, ut consueramus, loqui et non se totum etiam et etiam ab sermone nostro avertisset, minus miser, quam sum, essem. Nam cave putes hoc tempore plus me quemquam cruciari, quod eum, quem ante me diligo, video in consulatu quidvis potius esse quam consulem. Quod si voluerit tibi obtemperare et nobis de Caesare credere et consulatum reliquum Romae peragere, incipiam sperare etiam consilio senatus, auctore te, illo relatore, Pompeium et Caesarem coniungi posse. Quod si factum erit, me satis vixisse putabo. Factum Caesaris de Corfinio totum 3
te probaturum scio. Quomodo in huiusmodi re, commodius cadere non potuit, quam ut res sine sanguine confieret. Balbi mei tuique adventu delectatum te valde gaudeo. Is quaecunque tibi de Caesare dixit quaeque Caesar scripsit, scio, re tibi probabit, quaecunque fortuna eius fuerit, verissime scripsisse.

EPISTOLA CCCXL. (ad Att. VIII. 16.)

Scr. Formiis IV. Non. Mart. A. U. C. 705. (a. C. 49.)

De suo in Graeciam proficiscendi consilio. 1—2.

CICERO ATTICO S.

Omnia mihi provisa sunt praeter occultum et tutum iter ad mare superum. Hoc enim mari uti non possumus hoc tempore anni. Illuc autem, quo spectat animus et quo res vocat, qua veniam? Cedendum enim est celeriter, ne

---

Italia. — *qui non* = *ut non* Lamb., quemadmodum volebat Ern. S. Ramsh. §. 185, Not. 1. Grotef. §. 404. — *qui* ante *si* ad Lentulum referendum. — *etiam et etiam.* Cdd. Malasp. Lamb. *etiam atque etiam.* Md. *totum et tum etiam. OR.* S. ep. CCCXXXVI, Anlage B. 2. — *ante me* = mehr als mich selbst. — *mihi de Caesare credere*, mir über Cäsars Gesinnung Glauben beimessen. — *consul. reliquum* st. consulatus sui reliquum tempus. — *consilio senatus*, durch Vermittlung des Senats. — *auctore te*, auf Deinen Antrag. — *illo* nempe Lentulo *relatore*, indem Lentulus Deinen Antrag beim Senat unterstützte.

3. *Fact. Caes. de Corf.*, das Benehmen des Cäsars in Hinsicht der Stadt Corfinium d. i. gegen Corfinium und die daselbst Gefangenen. — *Quomodo* cet. Bei einem Vorfalle der Art konnte die Sache doch wohl nicht glücklicher ausfallen, als dass sie ohne Blutvergiessen ablief. — *Balbi* minoris, seines Neffen. Dieser zeigt sich in der Folge eben nicht zu seinem Vortheile. — *Caesar* delend. cens. Graev. Ern. et del. Sch. Lün. — *re*, durch die That.

1. *Omnia ... superum*, alle meine Anstalten sind nun getroffen; nur weis ich noch keinen geheimen und sichern Weg nach dem obern Meere. — *Hoc ... mari* i. e. infero mari. — *qua*

forte qua re impediar atque alliger. Nec vero ille me ducit, qui videtur; quem ego hominem ἀπολιτικώτατον omnium iam ante cognoram, nunc vero etiam ἀστρατηγικώτατον. Non me igitur is ducit, sed sermo hominum, qui ad me a Philotimo scribitur. Is enim me ab optimatibus ait conscindi. Quibus optimatibus, dii boni? qui nunc quo modo occurrunt? quo modo autem se venditant Caesari? Municipia vero deum: nec simulant, ut quum de illo
2 aegroto vota faciebant. Sed plane, quidquid mali hic Pisistratus non fecerit, tam gratum est, quam si alium facere prohibuerit. Hunc propitium sperant; illum iratum putant. Quas fieri censes ἀπαντήσεις ex oppidis! quos honores! Metuunt, inquies. Credo: sed mehercule illum magis. Huius insidiosa clementia delectantur: illius iracundiam formidant. Iudices DCCCL., qui praecipue Cnaeo nostro delectabantur, ex quibus quotidie aliquem video, nescio quas eius Lucerias horrent. Itaque quaero, qui sint isti optimates, qui me exturbent, quum ipsi domi maneant.

---

via. — *ille me ducit, qui videtur* me ducere, doch zieht mich wirklich Iener (Pompeius) nicht so stark an, so stark nach sich, als man vermeint. — *ἀστρατηγ.* S. ep. CCCVII, 1 gegen Ende. Ein momentanes Urtheil, durch Philotimus veranlast. — *qui* = hi . . . *occurrunt?* wie bezeigen sie sich ietzt? — *Municipia vero* Caesarem ut *deum* colunt s. deum faciunt. *SCH.* — *nec simulant* .. *facieb.*, und das nicht etwa aus Heuchelei, wie damals, als sie für den (in Neapel 703 gefährlich) kranken Pompeius öffentliche Betfeste anordneten. S. Tuscul. Quaest. 1, 55.

2. *hic Pisistratus.* Vgl. ep. CCCXVIII, 2. Cäsar wird also gemeint. — *illum* nempe Pompeium *iratum* esse *putant.* Warum? weil sie so wenigen Eifer zeigten, seine Werbungen gegen Cäsar zu begünstigen. S. ep. CCCXXXVII, 2. — *ἀπαντήσεις*, occursus. Wie läuft man — dächtest Du das wohl? — aus den Städten dem Cäsar in Procession entgegen! mit welchen Ehrenbezeugungen empfangen sie ihn? — *illum*, Pompeium, *magis* metuunt. — *Iudices DCCCL.* Sic editiones meae. Sed numerus admodum est incertus. Scil.: *Iudices DC. CCC. L. qui* Md. *Iudices de CCCL* Oxon. 1. 2. Cdd. Iunii; unde hic volebat: *de CCCLX.* „Nam tot, inquit, in numerum iudicum allegisse Cn. Pompeium, quum solus consul esset dictatoria potestate, auctores sunt Velleius et Plutarchus, ut recte Manutius adnotavit (item Corrad. Popma, Ern., qui per errorem habet in Adnot. *DCCCLX.* quasi sic voluisset Iunius:). Velleii locus est 2, 76, 1. Plutarchi *Pomp.* c. 55. Placet omnino haec coniectura. Alioqui cogitari posset de iudicibus *CCCCL.* ex lege Servilia apud Sigonium *de Iudiciis* 2, 27. p. 609. *Lips.* (De *Nongentis* Plinii *H. N.* 33, 7. (olim: 2.) cogitabat Corr.)." *ORELLI.* Vgl. ep. CCLXXX, 3: *quique res iudicant.* — *Lucerias* = minas a Pompeio Luceriae denuntiatas. cf. ep. 334, 4 (et CCCXXXIX, 2). *SCH.* *minas* Margo Crat. *OR.* Ueber die Metonymie s. Ramsh. §. 203, I, a. — *exturbent*, die mich aus Italien treiben; qui me ex Italia exire et Pompeium sequi velint. Ern. —

Sed tamen, quicunque sunt, *αἰδέομαι Τρῶας*. Etsi, qua spe proficiscar, video; coniungoque me cum homine magis ad vastandum Italiam, quam ad vincendum parato. † Demum quem exspecto. Et quidem, quum haec scribebam, IV. Nonas, iam exspectabam aliquid a Brundisio. Quid autem aliquid? quam inde turpiter fugisset et victor hic qua se referret et quo. Quod ubi audissem, si ille Appia veniret, ego Arpinum cogitabam.

EPISTOLA CCCXLI. (ad Att. IX. 1.)

Scr. in Formiano prid. Non. Mart. A. U. C. 705. (a. C. 49.)

Scribit se nescire, quid Brundisii actum sit; multos optimatium Romam ire; aliquos, qui Pompeium sequantur, enumerat; sibique idem consilium placere. 1—4.

CICERO ATTICO S.

Etsi, quum tu has literas legeres, putabam fore, ut scirem iam, quid Brundisii actum esset — nam Canusio

---

αἰδ. Τρ. Vgl. ep. CCLXXXIV, 4 und CCCV, 3. — *Etsi* = gleichwohl. — *coniungoque.* Ueber *que* = nämlich, s. Ramsh. §. 179, B, 3. — *vastandum.* Sic Asc. 1. Crat. Bos. Seqq. *vastandam* (Md. Oxon. 1. 2) Vict. 1. 2. Lamb. *OR.* S. Ramsh. §. 169, 4. Grotef. §. 317. 318. Ienes correspondirt besser mit *vincendum.* — *parato*, dessen Massregeln so schlecht berechnet sind, dass sie vielmehr Italiens Verwüstung als den Sieg herbeiführen können. Dagegen nennt Cicero im guten Sinne den Caesar ep. CCCXXXVII, 1 paratum und CCCXXXIX, 2 seine Sache eine causa paratior. — † *Demum quem exspecto.* „Me coniungo cum homine, *demum quem exspecto*, mit einem Manne, der vollends nun erst ach! was für Aussichten in die Zukunft mir gibt! von dem ich mir für die Zukunft viel Schlimmes verspreche, auf den *od.* auf dessen künftiges Schicksal ich nun vollends mit ängstlicher Neugier hinblicke, dessen fernerem Loose ich nun vollends mit Besorgniss entgegen sehe. Ueb. *demum* vgl. Ramsh. §. 177. *). Od. ist der Sinn der? „kurz, mit einem Manne, wie ich ihn erwarte, d. i. von dem ich weis, Wessen man sich zu ihm versehen kann. Sic Cod. Decurt. (Oxon. 1) ut voluerat Manut. Lamb. 1566 (cum interrog.) Bos. Seqq. Latet corruptela. *donum* Md. Oxon. 2. Asc. 1. Vict. 1. 2. *domitum* Crat. *donum* Marg. Asc. sec. et Crat. *Domitium* Alii apud Corr. *denique quem exspecto?* Lamb. in m. 1584. *ORELLI.* — *IV. Nonas* Mart., am 4. März. — *aliquid?* Etwas, sagt' ich? Nun ia. . . . S. Ramsh. §. 160, 2. Not. 5. b. Grotef. §. 293. Man supplire *Exspectabam* vor *quam . . . fugisset..* Id quod evenit. Nam Pompeius a Caesare Brundisii obsessus navibus profugit in Graeciam. Caes. de B. Civ. 1, c. 27. *SCH.* — *victor*, Caesar. Statt *hic* will Schütz *hinc* i. e. a Brundisio. — *qua . . . et quo* i. e. qua via Caesar Brundisio regressurus esset et quo tenderet. *SCH* — *Appia* via, die grade nach Brundisium führte. — *Arpinum cog.*, scil. ut Caesaris congressum vitarem. Timebat scil., ne rogante Caesare, ut ad urbem veniret, vel negaret cum periculo vel assentiretur cum dedecore. *MANUT.*

IX. Kal. profectus erat Cnaeus; haec autem scribebam pridie Nonas, XIV. die postquam ille Canusio moverat — tamen angebar singularum horarum exspectatione mirabarque nihil allatum esse ne rumoris quidem. Nam erat mirum silentium. Sed haec fortasse κενόσπουδα sunt: quae tamen iam scian-
2 tur necesse est. Illud molestum, me adhuc investigare non posse, ubi P. Lentulus noster sit, ubi Domitius. Quaero autem, quo facilius scire possim, quid acturi sint; iturine ad Pompeium; et, si sunt, qua quandove ituri sint. Urbem quidem iam refertam esse optimatium audio; Sosium et Lupum, quos Cnaeus noster ante putabat Brundisium venturos esse quam se, ius dicere. Hinc vero vulgo vadunt. Etiam M'. Lepidus, quocum diem conterere solebam, cras cogi-
3 tabat. Nos autem in Formiano morabamur, quo citius audiremus: deinde Arpinum volebamus. Inde, iter qua maxime ἀναπάντητον esset, ad mare superum, remotis sive omnino missis lictoribus. Audio enim bonis viris, qui et nunc et saepe antea magno praesidio rei publicae fuerunt, hanc cunctationem nostram non probari multaque in me et severe, in conviviis tempestivis quidem, disputari. Cedamus igitur et, ut boni cives simus, bellum Italiae terra marique inferamus et odia improborum rursus in nos, quae iam exstincta erant, incendamus et Lucceii consilia ac Theo-
4 phani persequamur. Nam Scipio vel in Syriam proficisci-

---

1. *IX. Kal.* Mart., am XI. Februar. de Pontaderae p. 319. coni. Ern. Sch. Lün. *VIII. Kal.* Priores. *OR.* Nach ep. 338 war Pompeius am Feralienfeste früh morgens aufgebrochen, diess Fest aber fiel auf den 21. Februar. — *prid. Non.* Mart., am 6. März. — *moverat*, aufgebrochen war. Suppl. signa, castra, vel se. — *κενόσπουδα*, inanis laboris, studii plena, der Mühe nicht werth.

2. P. *Lentulus* Spinther. S. ep. CCCXXXVIII, 3. — *quo* = ut eo *facilius*. — *si sunt* ituri ad Pompeium. — *refertam optimatium*. Ueber den Genit. s. Ramsh. §. 107, 6. Grotef. §. 244 u. s. w. — C. *Sosium* (*Sestium* „Alii" in m. 1584.) *et Lupum* (P. Rutilium Lupum) *ius dicere*, dass sie in aller Ruhe ihr Amt verwalteten; hoc enim anno praetores erant. Cicero scheint hierin falsch berichtet zu sein. Lupus wenigstens folgte dem Pompeius, der ihn 706 zum Praetor in Achaia ernannte. S. ep. XCII. CCCXXXVI, 5. DCCLXXVII. DCCLXXVIII. DCCLXXIX. DCCCXXXIII. Caes. B, Civ. III, 55. Ueber *Sosius* s. ep. CCCXXIX, 1. — *vulgo vadunt* Romam, wandert man öffentlich dahin.

3. *bonis viris* Dativ. Graec. st. *a bonis viris* (Asc. 1. Crat.). — *qui* ... *praesidio* ... *fuerunt*. Ironice dictum. — *in conviviis* eorum *tempestivis*, bei ihren langen Tafelsessionen. Hoc additur irridendi causa. Ab hominibus ebriis reprehendebatur inter pocula. *ERN*. Has nimias lautas ac tempestivas cenas infra quoque ep. 354 reprehendit. *SCH*. — *Cedamus* ex Italia, so wollen wir denn wandern, fortgehen. — *Luccei consilia ac Theophani* (= *Theophanis* Man.) *perseq*. i. e. Intersimus bello civili, quod Pompeius suadentibus L.

tur, sorte; vel cum genero, honeste; vel Caesarem fugit, iratum. Marcelli quidem, nisi gladium Caesaris timuissent, manerent. Appius et eodem timore, et inimicitiarum recentium: et tamen, praeter hunc et C. Cassium, reliqui legati, Faustus proquaestor; ego unus, cui utrumvis liceret. Frater accedet; quem socium huius fortunae esse non erat aequum; cui magis etiam Caesar irascetur. Sed impetrare non possum, ut maneat. Dabimus hoc Pompeio, quod debemus. Nam me quidem alius nemo movet; non sermo bonorum, qui nulli sunt; non causa, quae acta timide est, agetur improbe. Uni, uni hoc damus, ne id quidem roganti, nec suam causam (ut ait) agenti, sed publicam. Tu quid cogites de transeundo in Epirum, scire sane velim.

Lucceio et Theophane Mitylenaeo suscepit, quum tamen nulla res nos ad hoc cogat. At optimates alii alia de causa Pompeii castra sequuntur. ex. gr. P. Metellus Scipio cet. *POPMA.* Ueb. L. Lucceius s. zu ep. CVIII im Anf.; über Theophanes ep. CCCXXXVI, 5. bes. zu CCXCIV, 1. 6.

4. *sorte* kurz gesagt für quam sorte obtinuit. — *genero,* Pompeio. *honeste,* Ehren halber. Denn mit Ehren konnte er ihn nicht verlassen. — *Caesarem . . . iratum* st. Caesaris iram. Nam P. Metellus Scipio in eum sententiam dixit, ut ante certum diem exercitum dimitteret; quod si non fecerit, adversus rem publicam facturum videri. — *timuissent.* M. Marcellus et Caius uterque gladium Caesaris timebant, quod eius dignitatem acerrime oppugnaverant. — *Appius* Claudius Pulcher Caesarem fugit *eodem* adductus *timore* i. e. quia eum timet. — *et timore inimic. rec.* i. e. quod P. Dolabellam et M. Caelium, Caesarianos, inimicos suos metuit. Ueber Caelius s. zu ep. CXCII im Anf. Auch hatte Appius sich vom Senate und Pompeius dazu gebrauchen lassen, die zwei Legionen, die Cäsar vom Pompeius geborgt hatte, unter dem Vorwande zurückzufordern, dass man sie zum Kriege wider die Parther nöthig habe. Dolabella hatte den Appius durch seine Anklage sich verhasst gemacht. S. ep. CCXLII, 1. CCLVII, 2. CCLXXV, 1. 2. u. s. f. — C. *Cassium,* tribunum plebis. S. ep. CCCXV, 2. CCCXVIII, 2. — *reliqui,* qui Pompeium sequuntur, sunt eius legati, ut Afranius, Petreius et Varro in Hispaniis, de quibus itemque de Scipione, Marcellis, Cassio videatur Caesar lib. I. et II. de B. Civ. de Appio supra epist. 339 et 279. *POPMA.* — L. Cornelius Sulla *Faustus* ep. CCCXXXVI, 3. inter eos memoratur, qui cum imperio erant. Vid. et ep. CXVIII. „Cfr. Pigh. *Annal.*3. p. 398. In nostra lectione utique scribendum: *pro quaestore.*" *ORELLI.* — *ego* sum *unus.* — *utrumvis,* et manere et Pompeium sequi. — *non erat aequum,* quia Caesaris legatus fuit in Gallia neque Pompeio debet aeque atque ego. *MANUT.* Ueber den Subiectsinfin. s. Ramsh. §. 168. A. Grotef. §. 304. — *qui nulli sunt.* S. Ramsh. §. 203, II, c. — *quae . . . improbe,* nicht die Sache selbst, die, so zaghaft sie angefangen wurde, so verkehrt wird ausgeführt werden. — *hoc damus,* bringen wir diess Opfer. — *de transeundo in Ep.,* über Deine Reise nach Epirus.

EPISTOLA CCCXLII. (ad Att. IX. 2.)

Scr. in Formiano Non. Mart. A. U. C. 705. (a. C. 49.)

Brevi Attici epistolae IV. Non. Mart. datae breviter respondet, seque, quid ille de consilio vel in Italia manendi vel Pompeium sequendi sentiat, non satis intellexisse scribit.

CICERO ATTICO S.

Etsi Nonis Mart. die tuo, ut opinor, exspectabam epistolam a te longiorem; tamen ad eam ipsam brevem, quam IV. Nonas ὑπὸ τὴν λῆψιν dedisti, rescribendum putavi. Gaudere ais te mansisse me; et scribis in sententia te manere. Mihi autem superioribus literis videbare non dubitare, quin cederem, ita, si et Cnaeus bene comitatus conscendisset et consules transissent. Utrum hoc tu parum commeministi, an ego non satis intellexi, an mutasti sententiam? Sed aut ex epistola, quam exspecto, perspiciam, quid sentias, aut alias abs te literas eliciam. Brundisio nihildum erat allatum.

EPISTOLA CCCXLIII. (ad Att. IX. 2. extr.)

Scr. in Formiano VIII. Id. Mart. A. U. C. 705. (a. C. 49.)

Nondum sibi, quid consilii capiat, constare scribit. 1. causam esse negat, cur sibi Pompeius succenseat. 2. Postumum Curtium ad se venisse ex eiusque sermonibus certum sibi esse Pompeium sequi nuntiat. 3.

CICERO ATTICO S.

O rem difficilem planeque perditam! quam nihil praetermittis in consilio dando! quam nihil tamen, quod tibi ipsi

---

1. *Non. Mart.*, am 7. März. Nämlich Cicero hatte erwartet, dass er die zwei guten Tage vor dem Fiebertage dazu werde benutzt haben. — *die tuo* i. e. die quartanae (ut ep. 299 et 345.) *MANUT.* Nempe illo die exspectabat Cicero ab Attico epistolam pridie aut nudius tertius scriptam. *SCH.* — *IV. Non.* Mart., am 4. März. Sic ex *Ep.* 10. h. l. correxerunt Popma et Sch. et Lün. *III.* Cett. *OR.* Brevem istam epistolam Attici scriptam fuisse IV. Non. Mart. intelligitur ex epist. h. ed. 351., ubi locus ex illa epistola descriptus exstat. Praeterea si Nonis Martiis quartana febris Attici iterum recurrebat, ut ex initio epistolae colligitur, necesse est pro *III.* legatur *IV. Nonas.* Inter duo enim febris quartanae accessus duo dies febre vacantes intercedunt. *SCH.* — *ὑπὸ τὴν λῆψιν*, sub ipsum accessum febris. — *quin cederem* scil. Italia.

1. *O!* Recte novae hinc Ep. initium fecit Sch. *ORELLI.* Superiore epistola (342) Cicero respondit Attici brevioribus literis IV. Non. Mart. scriptis. Hac autem epistola, quam nos 343. fecimus, rescribit Attici epistolae longiori, quam ille dederat III. Non. Mart., quod intelligitur ex ep. 351, ubi locus ex illa epistola affertur. Nec desunt alia exempla epistolarum eiusmodi exclamatione, ut hic: *O rem difficilem* etc. inchoatarum, ut ad Atticum

placeat, explicas! Non esse me una cum Pompeio gaudes; ac proponis, quam sit turpe me adesse, quum quid de illo detrahatur; nefas esse approbare. Certe. Contra igitur? Dii, inquis, averruncent. Quid ergo fiet, si in altero scelus est, in altero supplicium? Impetrabis, inquis, a Caesare, ut tibi abesse liceat et esse otioso. Supplicandum igitur? Miserum. Quid, si non impetraro? Et de triumpho erit, inquis, integrum. Quid, si hoc ipso premar? Accipiam? Quid foedius? Negem? Repudiari se totum, magis etiam quam olim in xxviratu putabit. Ac solet, quum se purgat, in me conferre omnem illorum temporum culpam: ita me sibi fuisse inimicum, ut ne honorem quidem a se accipere vellem. Quanto nunc hoc idem accipiet asperius? Tanto scilicet, quanto et honor hic illo est amplior et ipse robustior. Nam quod negas te du- 2
bitare, quin magna in offensa sim apud Pompeium; non video causam, cur ita sit, hoc quidem tempore. Qui enim amisso Corfinio denique certiorem me sui consilii fecit, is queretur Brundisium me non venisse, quum inter me et Brundisium Caesar esset? Deinde etiam scit ἀπαῤῥησίαστον esse in ea causa querelam suam. Me putat de municipio-

---

XV, 10: *O! Bruti amanter scriptas literas. SCH.* — *perditam*, o! meine Lage muss doch ganz heillos sein. — *ac*, Ern. susp. *at proponis*, und stellst mir doch vor. — *me adesse* scil. in senatu, wenn ich bei einem von Cäsar zusammenberufenen Senate zu Rom mich einfände. — *de illo*, Pompeio, *detrahatur*, wann man daselbst Etwas zum Nachtheile des Pompeius verfügte. — *nefas*, alii *nec fas esse* me hoc *approbare.* — *Contra igitur?* Nunc igitur aperte Caesari repugnem et in offensionem eius incurram? — *fiet* a me. — *supplicium*, offensio Caesaris instar supplicii et periculum supplicii, quale olim pertuli. *CORRAD.* Vid. ep. 339. — *esse otioso*, und Dich aller Siaatsgeschäfte zu entschlagen. Ueber den doppelten Dativ. bei *liceat esse* s. Ramsh. §. 168, A, Not. 2. Grotef. §. 205. — *integrum.* Falls ich zurückbliebe, würde auch zu meinem Triumphe Rath werden können, sagst Du. — *premar* i. e. quid si hoc ipso triumpho mihi a Caesare decreto urgear? in die Klemme käme? — *Accipiam* triumphum? Nämlich falls er mir von Cäsar angeboten würde. — *Negem?* ausschlagen? — *Repudiari* scil. a me. — *XXviratu*, welchem Collegio von 20 Männern Cäsar die Vollziehung seines Agrarischen Gesetzes übertrug. Er bot damals zur Zeit des Clodius dem Cicero die durch den Tod des Cosconius erledigte Stelle in diesem Collegio an; Cicero schlug sie aber aus. S. ep. XLV, 5. — *illorum temp. culpam*, alle Schuld unserer damaligen Misshelligkeiten. Von *ita* bis *accip. vellem* hängt ab von *dicens*, was in *conferre* versteckt liegt. — *robustior*, vielvermögender.

2. *hoc quidem tempore.* Im Unwillen spricht Cicero diese Worte dem Attikus nach. — *ἀπαῤῥ.*, non satis liberum nec fiduciae plenum sibi ius esse querelae. *SCH.* *in hac causa*, in diesem Puncte.

rum imbecillitate, de delectibus, de pace, de urbe, de pecunia, de Piceno occupando plus vidisse quam se. Sin, quum potuero, non venero, tum erit inimicus: quod ego non eo vereor, ne mihi noceat: quid enim faciet?

Τίς δ' ἔστι δοῦλος τοῦ θανεῖν ἄφροντις ὤν;

sed quia ingrati animi crimen horreo. Confido igitur adventum nostrum illi, quoquo tempore fuerit, ut scribis, *ἀσμένιστον* fore. Nam quod ais, si hic temperantius egerit, consideratius consilium te daturum; qui hic potest se gerere non perdite? Vita, mores, ante facta, ratio suscepti negotii, socii, vires bonorum aut etiam constantia.
3 Vixdum epistolam tuam legeram, quum ad me, currens ad illum, Postumus Curtius venit, nihil nisi classes loquens et exercitus: eripiebat Hispanias: tenebat Asiam, Siciliam, Africam, Sardiniam: confestim in Graeciam persequebatur. Eundum igitur est, nec tam ut belli quam ut fugae socii simus. Nec enim ferre potero sermones istorum, quicunque sunt: non sunt enim certe, ut appellantur, boni. Sed tamen id ipsum scire cupio, quid loquantur; idque ut exquiras meque certiorem facias, te vehementer rogo. Nos adhuc, quid Brundisii actum esset, plane nesciebamus. Quum sciemus, tum ex re et ex tempore consilium capiemus; sed utemur tuo.

— *de pace*, über die Nothwendigkeit sich auszusöhnen und Frieden zu machen. — *de urbe* retinenda, *de pecunia* etiam sanctioris aerarii accipienda. *CORRAD.* S. ep. CCCXVIII, 2. — *plus vidisse*, dass ich heller gesehen habe. — *faciet* mihi od. me? — *Τίς ... ὤν*; „quisnam est servus, qui mortem non timeat? de morte securus qui sit?" Euripidis senarius a Plutarcho quoque laudatus in libro de audiendis poëtis. *SCH.* — *ἀσμένιστον*, iucundissimum. Hoc ipso vocabulo Atticus usus fuerat. cfr. Ep. 351. *SCH.* — *si hic*, Cäsar. — *consideratius cons.*, einen noch mehr bedachten Rath. — *perdite*, ruchlos. — *ante facta*, seine vormaligen Handlungen. — *vires bonorum . . . constantia* ironice dictum. Caesarem acuet eorum, qui se bonos et optimates haberi volunt, imbecillitas, levitas et inconstantia. Sic ep. 354: *imbecillitatem bonorum* commemorat. *SCH.* Kurz, Alles Das wird den Cäsar zum ruchlosen Betragen noch mehr antreiben.

3. M. *Postumus Curtius*, ein ehemaliger Klient des Cicero, der vor mehren Iahren auf seine Empfehlung eine Officierstelle in Cäsars Legionen erhalten hatte. S. ep. CXL, 3. CXLVI, 10. — *currens ad illum*, Caesarem, — *eripiebat . . . perseq.* h. e. pro certo praedicebat Caesarem Hispanias erepturum, Asiam etc. occupaturum, Pompeium in Graeciam persecuturum. *SCH.* — *ut fugae.* Omis. *ut* Md. a pr. m. — *ex re et ex tempore*, der Zeit und Lage der Sache gemäss.

EPISTOLA CCCXLIV. (ad Att. IX. 3.)

Scr. Formiis VII. Id. Mart. A. U. C. 705. (a. C. 49.)

Quid Domitii filius de patre narraverit, exponit seque, quid Brundisii agatur, nondum scire scribit. 1—2.

CICERO ATTICO S.

Domitii filius transiit Formias VIII. Id. currens ad matrem Neapolim mihique nuntiari iussit patrem ad urbem esse, quum de eo curiose quaesisset servus noster Dionysius. Nos autem audieramus eum profectum sive ad Pompeium sive in Hispaniam. Id cuiusmodi sit, scire sane velim. Nam ad id, quod delibero, pertinet, si ille certe nusquam discessit, intelligere Cnaeum non esse faciles nobis ex Italia exitus, quum ea tota armis praesidiisque teneatur, hieme praesertim. Nam, si commodius anni tempus esset, vel infero mari liceret uti. Nunc nihil potest nisi supero tramitti; quo iter interclusum est. Quaeres igitur et de Domitio et de Lentulo. A Brundisio nulla adhuc fama 2 venerat: et erat hic dies VII. Id.; quo die suspicabamur aut pridie Brundisium venisse Caesarem. Nam Kal. Arpis manserat. Sed si Postumum audire velles, persecuturus erat Cnaeum. Transisse enim iam putabat coniectura tempestatum ac dierum. Ego nautas eum non putabam habiturum: ille confidebat, et eo magis, quod audita naviculariis hominis liberalitas esset. Sed tota res Brundisina iam quo modo habeat se, diutius nescire non possum.

---

1. *Domitii* Ahenobarbi. S. ep. CCCXXXV, 6. CCCXLI, 2. — *transiit Formias*, ist durch Formiae gereis't. — *VIII. Id.* Mart., am 8. März. — *matrem*, Catonis sororem Porciam. Vid. Plutarch. *MANUT.* — *ad urbem*, in der Nähe von Rom. — *Dionysius*, servus Ciceronis, anagnostes (s. ep. 655 u. 619.), qui Ciceronis bibliothecam tractabat; diversus ab illo M. Pomponio Dionysio, Attici liberto. Vid. ep. CCCXXXIII. CCCLIII, 2. — *quo*, wohin. — *iter interclusum est* mihi, mir abgeschnitten ist. — *Quaeres*, erkundige Dich also nach. Futur. imper. loco. — *Lentulo* Spintheri.

2. *et* = et tamen. — *VII. Id.* Mart., der 9. März. — *Arpis*, einer Stadt in Apulia Daunia, die man nicht mit Arpinum in Latium verwechsele. — *Postumum*. S. ep. CCCXLIV, 3. — *Transisse* mare. — *non putabam*, quod nautas abductos a Pompeio putabam; et sane Caesari omnibus coactis navibus praesentem facultatem insequendi sui Pompeius ademit. Vid. Caes. de B. C. 1, 29. *CORRAD.* — *confidebat*, zweifelte nicht daran. — *audita naviculariis* statt a naviculariis . . . *esset*, weil der Ruf von Cäsars Freigebigkeit bis zu den Schiffsleuten gedrungen wäre. Dativ. Graec. — *hominis*, Caesaris. — *nescire non possum*, muss ich bald erfahren. Ramsh. §. 173, 3. Grotef. §. 337.

EPISTOLA CCCXLV. (ad Att. IX. 4.)

Scr. Formiis VI. Id. Mart. A. U. C. 705. (a. C. 49.)

Scribit se sibi politicas quasdam theses sumpsisse, de quibus in utramque partem disserendo animum parumper a molestiis abducat. 1—3.

CICERO ATTICO S.

Ego etsi tamdiu requiesco, quamdiu aut ad te scribo aut tuas literas lego, tamen et ipse egeo argumento epistolarum et tibi idem accidere certo scio. Quae enim soluto animo familiariter scribi solent, temporibus his excluduntur: quae autem sunt horum temporum, ea iam contrivimus. Sed tamen, ne me totum aegritudini dedam, sumpsi mihi quasdam tamquam *θέσεις*, quae et *πολιτικαὶ* sunt et temporum horum; ut et abducam animum ab querelis et in eo ipso, de quo agitur, exercear. Eae sunt huiusmodi:

2 *Εἰ μενετέον ἐν τῇ πατρίδι τυραννουμένῃ; Τυραννουμένης δὲ αὐτῆς, εἰ παντὶ τρόπῳ τυραννίδος κατάλυσιν πραγματευτέον κἂν μέλλῃ διὰ τοῦτο περὶ τῶν ὅλων ἡ πόλις κινδυνεύσειν; Εἰ εὐλαβητέον τὸν καταλύοντα, μὴ αὐτὸς αἴρηται; Εἰ πειρατέον ἀρήγειν τῇ πατρίδι τυραννουμένῃ καιρῷ καὶ λόγῳ μᾶλλον, ἢ πολέμῳ; Εἰ πολιτικὸν τὸ ἡσυχάζειν ἀναχωρήσαντά ποι, τῆς πατρίδος τυραννουμένης; Εἰ διὰ παντὸς ἰτέον κινδύνου τῆς ἐλευθερίας πέρι; Εἰ πόλεμον ἐπακτέον τῇ χώρᾳ καὶ πολιορκητέον ταύτην τυραννουμένην; Εἰ καὶ μὴ δοκιμάζοντα τὴν διὰ πολέμου κατάλυσιν τῆς τυραννίδος, συναπογραπτέον ὅμως τοῖς ἀρίστοις; Εἰ τοῖς εὐεργέταις καὶ φίλοις συγκινδυνευτέον ἐν*

---

1. *soluto animo*, mit unbefangenem Gemüthe. — *familiariter*, unter Freunden. — *contrivimus*, Das haben wir schon aufgebraucht, abgenutzt. — *θέσεις*, Fragsätze. — *πολιτικαί*. Graece scripsi, ut est infra Ep. 10. §. 5. *politicae* Cett. *ORELLI*. — *in eo ipso . . exercear*, als um mich mit Betrachtungen zu beschäftigen, die ietzt zur Sprache kommen oder auf die es ietzt ankommt; die ietzt anzustellen höchst nothwendig ist. — *Eae*, Asc. 1. Crat. *Hae*.

2. *τυραννν.*, das von einem Tyrannen überwältigt ist. — *δὲ αὐτῆς*. Sic Lamb. = *δ' αὐτῆς* Cett. *OR*. — *πραγματ.*, ob man die Zerstörung der Tyrannei auf alle Weise bewirken müsse, wenn auch das Gemeinwesen Gefahr liefe, darüber gänzlich zu Grunde zu gehen? Ueber die Verbalia auf *τέον* und deren Rection s. Buttmanns Gramm. §. 92. — *Εἰ . . . αἵρηται*, an cavendum sit, ne, qui tyrannidem everterit, ipse evehatur? — *καιρῷ καὶ λόγῳ*, verbis et rei opportunitate, durch Rath und Benutzung günstiger Zeitereignisse. — *πολιτικὸν*, utrum civis boni sit. — *Εἰ διὰ παντὸς*. Vict. 1. Lamb. *ἢ δια π.*, an quodcunque subeundum sit discrimen pro libertate? — *τῇ χώρᾳ*, patriae. — *μὴ δοκιμάζοντα*, Wer die Vernichtung der Tyrannei durch Krieg nicht billigt. — *συναπογρ.*, ob der dennoch nicht schuldig sei, es mit den besten Bürgern zu halten? *συναπογράφειν* = nomen suum profiteri cum optimis civibus. — *συγκινδυν.*, ob man die Gefahren

τοῖς πολιτικοῖς, κἂν μὴ δοκῶσιν εὖ βεβουλεῦσθαι περὶ τῶν ὅλων; Εἰ ὁ μεγάλα τὴν πατρίδα εὐεργετήσας, δι' αὐτό τε τοῦτο ἀνήκεστα παθὼν καὶ φθονηθεὶς, κινδυνεύσειεν ἂν ἐθελοντὴς ὑπὲρ τῆς πατρίδος; Εἰ ἐφετέον αὐτῷ ἑαυτοῦ ποτε καὶ τῶν οἰκειοτάτων ποιεῖσθαι πρόνοιαν ἀφεμένῳ τὰς πρὸς τοὺς ἰσχύοντας διαπολιτείας;

In his ego me consultationibus exercens et disserens in utramque partem tum Graece tum Latine, et abduco parumper animum a molestiis et *τῶν προὔργου τι* delibero. Sed vereor, ne tibi *ἄκαιρος* sim. Si enim recte ambulaverit is, qui hanc epistolam tulit, in ipsum tuum diem incidit. 3

EPISTOLA CCCXLVI. (ad Att. IX. 5.)

Scr. Formiis V. Id. Mart. A. U. C. 705. (a. C. 49.)

Literis Attici a Philotimo acceptis respondet, Postumium apud se fuisse narrat seque, quamvis Pompeio succenseat, tamen, quum eius in se beneficia ac dignitatem cogitet, sequi eum malle quam in Italia manere significat. 1—3.

CICERO ATTICO S.

Natali die tuo scripsisti epistolam ad me plenam consilii summaeque quum benevolentiae tum etiam prudentiae. Eam mihi Philotimus postridie, quam a te acceperat, reddidit. Sunt ista quidem, quae disputas, difficillima, iter

---

theilen müsse mit. — *ἐν τοῖς πολιτ.*, in politischen Händeln. — *κἂν ... ὅλων;* wenn sie auch zur Rettung des Ganzen nicht die rechten Massregeln genommen haben. So Pompeius! — *ἀνήκεστα*, die unerträglichste Begegnung. — *κινδυν.*, utrum ultro pro patria discrimen subire debeat? — *Εἰ ἐφετέον ... διαπολιτείας*, aut permittendum ei sit, ut sui ipsius interdum et carissimarum personarum rationem habeat, dimissis adversus potentes concertationibus pro re publica? *διαπολιτείας.* Sic recte Asc. 2. Crat. Vict. 1. 2. Man. Lamb. Madv. 1. p. 134. *διὰ πολιτείας* ridiculo errore Asc. 1. Bos. Graev. Ern. Sch. Lün. *ORELLI.*

3. *consult.*, Auflösungen solcher Aufgaben. — *τῶν προὔργου τι*, eorum, quae ad rem pertinent, s. de quibus nunc agitur, aliquid, und ich beschäftige mich so mit Ueberlegungen, die mir vor der Hand die nöthigsten sind. — *ἄκαιρος*, vereor ne haec epistola tempore tibi incommodo veniat. *SCH.* — *recte amb.*, einen ordentlichen Schritt gehen sollte. — *tulit* = feret. — *in ipsum tuum diem* (wie ep. CCCXLII im Anf.), quartanae febris (V. Id. Mart.), *incidit*, so langt er grade an Deinem Fiebertage bei Dir an.

1. *natali die*, quem Corradus coniicit fuisse VII. Id. Mart., idque est verisimile, quod haec die V. Id. Mart. scribit Cicero aitque se postridie literas Attici accepisse, quam essent scriptae. Itaque necesse est eas VI. Id. Mart. acceperit, postquam ep. 345 ad Atticum scripsisset. Et illarum Attici literarum VII. Id. Mart. scriptarum mentionem facit infra ep. 351. *SCH.* — *iter ad superum*

ad superum, navigatio infero, discessus Arpinum, ne hunc fugisse, mansio Formiis, ne obtulisse nos gratulationi videamur: sed miserius nihil, quam ea videre, quae tamen iam, iam, inquam, videnda erunt. Fuit apud me Postumus: scripsi ad te, quam gravis. Venit ad me etiam Q. Fufius, quo vultu! quo spiritu! properans Brundisium, scelus accusans Pompeii, levitatem et stultitiam senatus. Haec qui in mea villa non feram, Curtium in curia potero
2 ferre? Age, finge me quamvis εὐστομάχως haec ferentem: quid illa, *DIC MARCE TULLI*, quem habebunt exitum? Et omitto causam rei publicae, quam ego amissam puto quum vulneribus suis, tum medicamentis iis, quae parantur: de Pompeio quid agam? cui plane — quid enim hoc negem? — succensui. Semper enim [*me*] causae eventorum magis movent quam ipsa eventa. Haec igitur mala, — quibus maiora esse quae possunt? — considerans vel potius iudicans eius opera accidisse et culpa, inimicior eram huic, quam ipsi Caesari; ut maiores nostri funestiorem diem esse voluerunt Alliensis pugnae quam urbis captae; quod hoc malum ex illo; itaque alter religiosus etiam nunc dies, alter in vulgus ignotus: sic ego, decem annorum

---

mare. *infero* mari. — *discessus Arpinum*, scil. quod mihi tum metuendum erit, *ne* etc. S. ep. CCCXLI, 3. — *hunc*, Caesarem. *mansio Formiis, ne* cet., mein Bleiben zu Formiä, weil es dann heissen möchte, ich hätte mich ihm in den Weg gestellt, geworfen, um ihm meinen Glückwunsch abzustatten. — *iam, iam*, nächstens, nächstens. — *Postumus.* S. ep. CCCXLIII, 3. CCCXLIV, 2. — *gravis*, lästig. — *Q. Fufius* Calenus, im I. 693 Volkstribun, ietzt warmer Anhänger Cäsars. S. ep. XV, 1. — *quo spiritu!* mit welchem Uebermuth! — *Haec qui* = quum ego. — *Curtium.* S. ep. CCCXLIII, 3.

2. *εὐστομ.*, bono stomacho, fortiter; *quamvis* = quantumvis, noch so standhaft. — *quid illa ... exitum?* Quum in senatu iubebor sententiam dicere, quid mihi erit faciendum? „wie werd' ich mir da helfen?" Ueber die Formel: *DIC M. T.* s. ep. CCXXXIV, 4. CCXCIV, 5. CCXCVIII, 7. — *Et omitto* für Ut omittam, schweig' ich auch von. — *quum vuln. s.* a Caesare potissimum inflictis, so wohl wegen der od. bei den ihr geschlagenen Wunden. — *parantur* a Pompeio. Statt *iis* Asc. 1. Crat. Vict. 1. Lamb. *his.* — *de P. quid agam*, wie kann ich mich über Pompeius vernehmen lassen? — [*me*] *me* inserui cum Sch. de Casaub. sententia. *OR.* Nam hanc sententiam non generaliter Cicero pronuntiavit; quum eam universam veram non esse videret. — *Alliensis pugnae*, ad Alliam in Samnio 365 a. d. XV. Kal. Sext. factae. Vid. Liv. V, 33. *SCH.* — *captae* a Gallis. — *ex illo* ortum esset. — *religiosus*, als ein öffentlicher Trauertag angesehen ward. Habent haec Gellius 4, 9. Nonius in v. *Religiosus* p. 379. cfr. van Vaassen *Fast.* p. 184. *ORELLI.* Cfr. Plutarch. in vit. Camilli. — *ignotus*; doctis tamen notus fuit. Nam sequente cladem Alliensem die urbem Galli ceperunt et incenderunt. Fuit is XVI. Kal. Sextil. Vid. Liv. V, 37

peccata recordans, in quibus inerat ille etiam annus, qui nos, hoc non defendente, ne dicam gravius, afflixerat; praesentisque temporis cognoscens temeritatem, ignaviam, negligentiam, succensebam. Sed ea iam mihi exciderunt. 3
Beneficia eiusdem cogito; cogito etiam dignitatem. Intelligo, serius equidem, quam vellem, propter epistolas sermonesque Balbi; sed video plane nihil aliud agi, nihil actum ab initio, quam ut hunc occideret. Ego igitur, † si quis apud Homerum, quum ei et mater et dea dixisset,

Αὐτίκα γάρ τοι ἔπειτα μεθ' Ἕκτορα πότμος ἕτοιμος,

matri ipse respondit,

Αὐτίκα τεθναίην, ἐπεὶ οὐκ ἄρ' ἔμελλον ἑταίρῳ
Κτεινομένῳ ἐπαμῦναι:

quid, si non *ἑταίρῳ* solum, sed etiam *εὐεργέτῃ?* adde, tali viro, talem causam agenti; ego vero haec officia mercanda vita puto. Optimatibus vero tuis nihil confido, nihil iam ne inservio quidem. Video, ut se huic dent, ut daturi sint. Quidquam tu illa putas fuisse de valetudine decreta municipiorum prae his de victoria gratulationibus? Timent, inquies. At ipsi tum se timuisse dicunt. Sed videamus,

---

et I. Lipsii Excurs. ad Taciti Annal. XV, 41. *GRAEV.* — *qui nos . . . afflixerat*, was mich zu Boden schlug. — *hoc* (Pompeio) *non defendente* st. quia Pompeius me non defendebat. Malasp. et A. Augustin. coni. *hoc deserente.* Vgl. ep. 326, 3. 332, 3.

3. *dignitatem.* S. ep. CCCLII, Anlage A. 2. — *propter . . . Balbi*, quibus scribit nihil malle Caesarem quam principe Pompeio sine metu vivere. *CORRAD.* Vid. ep. 332, 4. Ueber *equidem* s. Ramsh. §. 191, N. 3. a. Grotef. §. 333. — † *si quis.* Hoc sane corruptum. Sic Asc. sec. Crat. Seqq. ante Sch. *si quid* Md. Oxon. 1. 2. Asc. pr. *si ille* Sch. Recte; sed non satis probabiliter. Mihi videtur Graece scriptum fuisse: *si* *Ἀχιλλεύς* (*sicut is* Iunius). *ORELLI.* Aus Bescheidenheit nennt er den Achilles nicht bei Namen. *WIEL.* — *et dea*, Thetis. — *ἕτοιμος*, statim enim tibi deinde post Hectorem mors parata. Vid. Iliad. Homer. *Σ.* v. 98. 99. — *ἐπαμῦναι*, utinam statim moriar, quum non potui socio (Patroclo), quum interficeretur, opem ferre. — *Ego igitur . . quid* dicam, *si non . . . solum, sed etiam εὐεργέτῃ* scil. *ἐπαμῦναι* non possim. — *causam*, rei publicae causam. Vid. ep. 341, 4. — *merc. vitâ puto*, wahrlich ich glaube die Erfüllung solcher Pflichten, als ich dem Pompeius schuldig bin, mit dem Leben erkaufen zu müssen. — *huic*, Caesari. — *Quidquam . . . gratulationibus?* Num putas illa municipiorum decreta in honorem Pompeii, valetudine eius restituta, ullo modo comparanda esse cum his de victoria gratulationibus Caesari factis? *SCH.* Vid. ep. 324, 3. 340, 1, 2. — *Timent*, Sie thun's aus Furcht. — *tum se timuisse*, quum illa decreta in honorem Pompeii facerent. *SCH.* — *videamus*, wir

quid actum sit Brundisii. Ex eo fortasse mea consilia nascentur aliaeque literae.

EPISTOLA CCCXLVII. (ad Att. IX. 6.)

Scr. Formiis IV. Id. Mart. A. U. C. 705. (a. C. 49.)

Quid Balbus Roma scripserit, narrat. Se Arpinum haud iturum significat. 1. quid de Domitio audierit, refert. 2. et, quum in literis Capua allatis nuntiatum esset, falso tamen rumore, Pompeium iam mare transisse, se valde sibi displicere, quod eum non secutus sit, ait eiusque doloris solatium ab Attico petit. 3—7.

CICERO ATTICO S.

Nos adhuc Brundisio nihil. Roma scripsit Balbus, putare iam Lentulum consulem tramisisse nec eum a minore Balbo conventum, quod is hoc iam Canusii audisset: inde ad se eum scripsisse: cohortesque sex, quae Albae fuissent, ad Curium [via] Minucia transisse; id Caesarem ad se scripsisse et brevi tempore eum ad urbem futurum. Ergo utar tuo consilio; neque me Arpinum hoc tempore abdam; etsi, Ciceroni meo togam puram quum dare Arpini vellem, hanc eram ipsam excusationem relicturus ad Caesarem. Sed

---

wollen erst abwarten. — *mea consilia*, ein Entschluss meiner Seits. Sic Md. a sec. m. Edd. meae omnes. *ea* Md. a pr. m. Cod. Tornaes. Cdd. Bosii. (*nova* vel *alia* Lamb. et Ern. susp. *certa* Graev. susp.) *ORELLI.* — *aliaeque literae*, und wenigstens Stoff zu einem neuen Briefe.

1. *Brundisio nihil* accepimus. — *putare.* Forte *putari. ORELLI. Balbus* maior. S. zu ep. CCCXXXIX Anlage A. — *conventum* Caesaris nomine rogaturo, ut in Italia maneret. *MANUT.* S. ep. 332. — *quod is*, Balbus minor, qui ad Balbum maiorem Canusio id scripsit. — *Albae*, einer an der Nordseite des Fucinischen Sees gelegenen Stadt der Marser (in Abruzzo ultra). Der Prätor L. Manlius, ein Pompeianer, der diesen Posten mit sechs Cohorten besetzt hielt, wollte nach den unglücklichen Ereignissen zu Corfinium sich, wie es scheint, zum Pompeius zurückziehen, als er das hier erwähnte Unglück hatte. *WIEL.* — S. ep. 336, Anlage C, 1. und A, 1. — [*via*] *Minucia*, die über Samnium nach Brundisium führte. Omis. *via* Md. a pr. m. Vict. 1. 2. Manut. Lamb. Habebant Cdd. Bosii. Ego [ ]. *in via* Md. a sec. m. Oxon. 1. 2. Asc. 1. Crat. *OR.* Ueber *Minucia* s. Gesner ad *Horat. Ep.* 1, 18, 20. Cäsar de B. Civ. 1, 24 nennt einen *Bivius Curius*, erzählt aber diess Ereigniss etwas anders. — *Ergo.* Sic Md. Asc. 1. Crat. Vict. 1. 2. Lamb. coni. Infra Ep. 7. *Itaque utar tuo consilio.* Contra *ego* Man. Bos. Graev. Ern. Sch. Lün. *OR.* — *abdam*, ich werde mich nicht nach Arpinum zurückziehen. — *hoc temp.*, bei so bewandten Umständen. — *hanc ... excus. r. ad Caes.*, obgleich ich diese Cäremonie zu meiner Entschuldigung beim Cäsar zurückzulassen gedachte. Er wollte sich nämlich damit wegen seiner Abwesenheit beim Cäsar entschuldigen lassen, mit welchem er

fortasse in eo ipso offendetur, cur non Romae potius. Sed tamen, si est conveniendus, hic potissimum. Tum reliqua videbimus, id est, et quo et qua et quando. Domitius, ut 2
audio, in Cosano, et quidem, ut aiunt, paratus ad navigandum: si in Hispaniam, non probo: si ad Cnaeum, laudo: quovis potius certe quam ut Curtium videat, quem ego patronus adspicere non possum. Quid alios? Sed, opinor, quiescamus, ne nostram culpam coarguamus, qui, dum urbem, id est patriam, amamus dumque rem conventuram putamus: ita nos gessimus, ut plane interclusi captique simus. Scripta iam epistola, Capua literae sunt allatae 3
hoc exemplo: „Pompeius mare transiit cum omnibus militibus, quos secum habuit. Hic numerus est hominum millia xxx. et consules et duo tribuni plebis et senatores, qui fuerunt cum eo, omnes cum uxoribus et liberis. Conscendisse dicitur a. d. IV. Nonas Mart. Ex ea die fuere septemtriones venti. Naves, quibus usus non est, omnes aut praecidisse aut incendisse dicunt." De hac re literae L. Metello tribuno pl. Capuam allatae sunt ab Clodia socru, quae ipsa transiit. Ante sollicitus eram et angebar, sicut res 4
scilicet ipsa cogebat, quum consilio explicare nihil possem: nunc autem, postquam Pompeius et consules ex Italia exierunt, non angor, sed ardeo dolore:

Οὐδὲ μοι ἦτορ
Ἔμπεδον, ἀλλ' ἀλαλύκτημαι —

Non sum, inquam, mihi crede, mentis compos: tantum mihi dedecoris admisisse videor. Me non primum cum Pom-

---

nicht gerne persönlich zusammentreffen mochte. — *Romae potius* filio meo togam puram dare statuerim. — *hîc*, Formiis. — *quo et qua* i. e. quo iturus sim et qua via. *SCH.*

2. *in Cosano*, auf seinem Gute bei Cosa, einer Stadt in Etrurien auf der Landspitze am Fl. Albinia (ietzt Albegna), der sich hier in's Tyrrhenische oder untere Meer ergiesst. — *ut Curtium.* S. ep. CCCXLIII, 3. u. CCCXLVI, 1 am Ende. — *patronus* kurz f. quamvis eius patronus sim. — *Quid alios* de Curtio iudicaturos dicam? — *coarguamus*, bloss stellen. — *qui* = quod nos. — *dumque ... putamus*, und in Hoffnung, dass die Sache sich noch gütlich würde beilegen lassen.

3. *hoc exemplo*, der folgender Massen lautet. — *ad hominum m.* Lamb. — *duo trib. pl.* Multo autem plures tribuni pl. cum Caesare erant. *SCH.* — *Conscendisse*, er habe sich eingeschifft. — *IV. Non. Mart.*, am 4. März. Non vere. Nam conscendit Idibus Mart. *MANUT.* Vid. ep. 360. — *praecidisse*, scil. rostra navium defregisse, ne usum militarem haberent. Vid. Schefferus de re navali p. 125. *ERNESTI.* — *L.* Caecilio *Metello* iussu Caesaris, quod ei tribunus pl. saepe intercederet, paene occiso ep. 366, 3. — *ab* [Lamb. *a*] *socru*, von seiner Schwiegermutter Clodia.

4. *Οὐδὲ μοι κ. τ. λ.*, neque mihi pectus firmum, sed consternatus sum animo. Homer. Il. X, 93. 94. — *admisisse*, mir zuge-

peio, qualicunque consilio uso, deinde cum bonis esse,
quamvis causa temere instituta? praesertim quum ii ipsi,
quorum ego causa timidius me fortunae committebam, uxor,
filia, Cicerones pueri, me illud sequi mallent? hoc turpe
et me indignum putarent? Nam Quintus quidem frater,
quidquid mihi placeret, id rectum se putare aiebat, id
5 animo aequissimo sequebatur. Tuas nunc epistolas a primo
lego. Hae me paullum recreant. Primae monent et rogant,
ne me proiiciam. Proximae gaudere te ostendunt me re-
mansisse. Eas quum lego, minus mihi turpis videor, sed
tam diu, dum lego: deinde emergit rursum dolor et *αἰσχροῦ
φαντασία.* Quamobrem obsecro te, mi Tite, eripe mihi
hunc dolorem aut minue saltem aut consolatione aut con-
silio aut quacunque re potes. Quid tu autem possis? aut
6 quid homo quisquam? vix deus iam. Equidem illud mo-
lior, quod tu mones sperasque fieri posse, ut mihi Caesar
concedat, ut absim, quum aliquid in senatu contra Cnaeum
agatur. Sed timeo, ne non impetrem. Venit ab eo Fur-
nius: — ut quidem scias, quos sequamur — Q. Titinii
filium cum Caesare esse nuntiat: sed illum maiores mihi
gratias agere, quam vellem. Quid autem me roget, —
paucis ille quidem verbis, sed *ἐν δυνάμει* — cognosce ex
ipsius epistola. Me miserum, quod tu non valuisti! Una
fuissemus: consilium certe non defuisset,

Σύν τε δύ' ἐρχομένω·

---

zogen zu haben. — *Me non.* Sic est bis infra Ep. 10: *me . . . vastitatem inferre Italiae?* Md. Oxon. 1. Vict. 1. 2. Bos. *mene. OR.* Ueber den Infin. der Frage s. Ramsh. §. 168, B, 6. Grotef. §. 311. Anm. — *qualicunque cons. uso,* wie gut oder übel er sich auch mag gerathen haben. — *temere,* unbesonnen. — *illud sequi,* nämlich mit Pompeius abzusegeln und es auf's Glück ankommen zu lassen. *illuc* Asc. 1. Crat. Lamb. — *an. aeq.,* mit dem grössten Gleichmuthe.

5. *a primo,* der Reihe nach von Vorne an. — *ne me proiiciam,* mich nicht in Uebereilung Gefahren vorzuwerfen. Ueber *gaudere* mit folg. accus. c. infin. s. Ramsh. §. 168, B, 3. Grotef. §. 308, 2. — *tamdiu* susp. Ernestio. — *αἰσχροῦ φαντασία,* animo quaedam species turpitudinis (ein Schreckbild des Schändlichen) occursat. *MANUT.* — *deus iam* aliquid potest.

6. C. *Furnius,* tribunus pl. im I. 704 u. warmer Freund Cicero's. S. ep. CCXXV, 3. u. CCLXVII, 2. — *quos sequamur,* was für Vorgänger ich habe. — *Q. Titinii,* eines reichen Römischen Ritters, der mit Attikus in Geschäftsfreundschaft stand und dadurch auch zu der Ehre gekommen war, sich unter Cicero's Freunde zu rechnen. S. ep. XXIX, 1. CCL, 5. CCCXV, 4. — *sed illum,* Caesarem. — *roget* Caesar. — *ἐν δυνάμει,* cum vi et efficacia (mit kräftigen Worten). Rogat me paucis quidem verbis, sed iis, quae magnam vim habent, adhibet *πειθανάγκας,* ut tyrannorum preces appellat IX, 13., quibus non possum resistere. *ERNESTI.* — *epistola,* Anlage *A.* — *Σύν τε δύ' ἐρχομένω*

sed acta ne agamus; reliqua paremus. Me adhuc haec duo 7 fefellerunt: initio spes compositionis, qua facta, volebam uti populari vita, sollicitudine senectutem nostram liberari; deinde bellum crudele et exitiosum suscipi a Pompeio intelligebam. Melioris medius fidius civis et viri putabam quovis supplicio affici quam illi crudelitati non solum praeesse, verum etiam interesse. Videtur vel mori satius fuisse, quam esse cum his. Ad haec igitur cogita, mi Attice, vel potius excogita. Quemvis eventum fortius feram, quam hunc dolorem.

A.

CAESAR IMP. S. D. CICERONI IMP.

Quum Furnium nostrum tantum vidissem, neque loqui neque audire meo commodo potuissem, properarem atque essem in itinere, praemissis iam legionibus; praeterire tamen non potui, quin et scriberem ad te et illum mitterem gratiasque agerem: etsi hoc et feci saepe et saepius mihi facturus videor; ita de me mereris. In primis a te peto, quoniam confido me celeriter ad urbem venturum, ut te

---

complendum ex Homeri Il. X, 224. 225. *καί τε πρὸ ὁ τοῦ ἐνόησεν ὅππως κέρδος ἔῃ*, duobusque simul euntibus alter alterum praevertisset cogitando, quod e re foret. *ERN.* „Denn, Wo Zween wandeln zugleich, da bemerkt der ein' und der andere Schneller, was heilsam sei." Worte des Diomedes zu Nestor, die der gelehrte Attikus sogleich erkannte. — *Sed acta* cet., Doch wozu von Dingen reden, die wir nicht können ungeschehen machen? Lieber wollen Wir uns zu Dem anschicken, was zu thun übrig gelassen ist.

7. *adhuc*, zeither. — *compos.*, eines gütlichen Vergleichs zwischen Cäsar und Pompeius. — *uti populari vita*, mich aus dem öffentlichen Leben ganz zurückzuziehen. Popularis vita Ciceroni est, qua populus utitur, sine honoribus et dignitatibus vivens in otio. Dicit se, si haec bella civilia fuissent composita, non ambiturum magistratus, sed in otium se abditurum, ut senectus libera sit ab hac sollicitudine partes optimatium tuendi et metu periculorum, quae ab adversa factione populari iis impendeant, qui acres nimis sint in istis partibus defendendis, uti fecerit adhuc ipse. *GRAEV.* — *suscipi.* Ern. susp. *quod suscipi*, probante Sch. in Ed. mai. Sed cfr. Madvig. 1. p. 149. *OR.* — *Melioris ... civis et viri* esse *τὸ ... affici*, iede beliebige Marter, Misshandlung, Strafe zu erleiden. S. Ramsh. §. 108, 3. 168. Grotef. §. 236, Zusatz. — *illi crudelitati* statt illi bello crudeli. Abstr. pro concreto. — *praeesse* d. i. eine Befehlshaberstelle darin zu bekleiden. — *verum etiam interesse*, sondern ihm auch nur beizuwohnen. — *cum his*, mit Leuten der Art es zu halten d. i. cum Caesarianis. Sic Md. Cdd. Regii. Lall. *iis* Cett. *ORELLI.*

1. *Furnium.* S. zu §. 6 des vorig. Briefs. — *meo commodo*, mit gehöriger Bequemlichkeit. — *praeterire* = praetermittere, unter-

ibi videam, ut tuo consilio, gratia, dignitate, ope omnium rerum uti possim. Ad propositum revertar: festinationi meae brevitatique literarum ignosces. Reliqua ex Furnio cognosces.

EPISTOLA CCCXLVIII. (ad Att. IX. 7.)

Scr. Formiis III. Id. Mart. A. U. C. 705. (a. C. 49.)

Aliquantum sibi animae restillatum scribit Attici epistola, pericula, quae Italiae impendeant, si Pompeius vicerit, exponit seque tamen navigare velle ostendit. 1—7.

CICERO ATTICO S.

Scripseram ad te epistolam, quam darem IV. Id. Sed eo die is, cui dare volueram, non est profectus. Venit autem eo ipso die ille celeripes, quem Salvius dixerat: attulit uberrimas tuas literas, quae mihi quiddam quasi animulae restillarunt. Recreatum enim me non queo dicere. Sed plane τὸ συνέχον effecisti. Ego enim non iam id ago, mihi crede, ut prosperos exitus consequar. Sic enim video, nec duobus his vivis nec hoc uno nos unquam rem publi-

---

lassen. Ueber *quin* s. Ramsh. §. 185, 2. Grotef. §. 404, 2. — *gratia*, Deine Beliebtheit, Deinen Credit. Die Danksagung eben so verfänglich, als die Einladung nach Rom! — *Ad propositum*, um auf das zu Anfange des Briefs Beregte, Gesagte zurückzukommen. Denn auch da entschuldigte er schon die Kürze desselben mit Mangel an Zeit. Vgl. ad Famil. XV, 14: Extremum illud est de iis, quae proposueram. „An *praevertar*? id quod saepe corruptum est." *ORELLI*. Da wäre der Sinn wol: „Zuvor werd' ich mein nächstes Ziel erst betreiben, verfolgen; nämlich den Pompeius aus Italien zu iagen oder ihn zu fangen. So Columell. III, 7: Quare non intempestivum est nos ad ea praeverti. Horat. Sat. 1, 3, 38: Illuc praevertar. Tacit. Annal. IV, 32: si ad interna praeverterent. Auch mit dem bloss. Accus. Plaut. Pseudol. II, 2, 8: Hoc praevertar primum; mit dem Dat. ebendas. Capt. II, 3, 99: ei rei primum praeverti volo. Lies't man *revertar*, so dürfte man nur *a scribendo* suppliren, um fast denselben Sinn zu erhalten: „ietzt gleich werd' ich vom Schreibtisch zu meinem Zwecke oder Vorhaben zurückkehren; drum entschuldige die Kürze meines Briefs mit meinem Mangel an Zeit." — *Reliqua*, Was sonst noch zu schreiben wäre.

1. *IV. Id.* Mart., am 12. März. — *ille celeripes*, servus a currendi celeritate commendatus, quem Salvius libertus Attici dixerat venturum. *POPMA*. Attikus hatte sich diesen Schnellläufer vor Kurzem angeschafft. — *uberr.*, höchst reichhaltigen. — *restillarunt*, Lamb. *instillarunt*. Sane *restillare* (wieder einträufeln) vix invenias nisi apud Prudentium. *OR.* — *τὸ συνέχον*, effecisti quod proximum erat, quum me non posses recreare. *MANUT.* — *exitus*, Ausweg für mich selbst. — *his*, Asc. 2. Crat. Vict. 1. *iis vivis*, so lange diese Beiden, Cäsar und Pompeius, leben. —

cam habituros. Ita neque de otio nostro spero iam nec ullam acerbitatem recuso. Unum illud extimescebam, ne quid turpiter facerem, vel, dicam, iam effecissem. Sic 2
ergo habeto, salutares te mihi literas misisse; neque solum has longiores, quibus nihil potest esse explicatius, nihil perfectius; sed etiam illas breviores, in quibus hoc mihi iucundissimum fuit, consilium factumque nostrum a Sexto probari: pergratumque mihi tu fecisti, a quo diligi me et, quid rectum sit, intelligi scio. Longior vero tua epistola non me solum, sed meos omnes aegritudine levavit. Itaque utar tuo consilio et ero in Formiano: ne aut ad urbem ἀπάντησις mea animadvertatur; aut, si nec hic nec illic eum videro, devitatum se a me putet. Quod autem suades, 3
ut ab eo petam, ut mihi concedat, ut idem tribuam Pompeio, quod ipsi tribuerim: id me iam pridem agere intelliges ex literis Balbi et Oppii; quarum exempla tibi misi. Misi etiam Caesaris ad eos sana mente scriptas; quo modo in tanta insania. Sin mihi Caesar hoc non concedat; video tibi placere illud, me πολίτευμα de pace suscipere: in quo non extimesco periculum. Quum enim tot impendeant, cur non honestissimo depecisci velim? Sed vereor, ne Pompeio quid oneris imponam;

Μή μοι γοργείην κεφαλὴν δεινοῖο πελώρου

---

hoc uno, Caesare, vivo. — *neque de otio n. sp.*, ich habe daher einer Seits weder Hoffnung, ie in Ruhe mir und den Musen zu leben, noch weigere ich mich anderer Seits iede Bitterkeit zu ertragen, auszuleeren, zu bestehen.

2. *factumque meum*, und mein bisheriges Benehmen. — *a Sexto* Peducaeo senatore. S. ep. IX. CCLXXX, 1. LXVIII. LXVII. LXXII. — *et ero* = manebo, commorabor. — *ἀπάντησις*, obviam-itio scil. Caesari, „damit, wenn ich dem Cäsar auf seinem Marsche nach Rom entgegen gehen sollte, diess nicht in die Augen falle. — *nec hîc nec illic*, nec Formiis nec ad urbem. Formiä lag in Cäsars Wege von Brundisium nach Rom.

3. 4. *scriptas* literas, ut habent Md. a sec. m. Oxon. 2. Asc. 1. Crat. Ceterum Schützii exemplum imitatus harum epistolarum exempla subiunxi huic epistolae 7. Apud Vict. Lamb. Bos. positae sunt post Ep. 8 *Coenantibus*: apud Graev. et Ern. post Ep. 6: *Nos adhuc. ORELLI.* — *quo modo in tanta insania* scribi potuit, ut non prorsus sana mente scriptas affirmet, sed pro insania illius sana mente. *MALASP.* — *πολίτευμα de pace* i. e. nova studia pacem inter Caesarem et Pompeium faciendi. „ich solle abermals die Rolle eines Friedensstifters übernehmen." — *tot* pericula. — *honest.* periculo *depecisci* (= *depacisci* Asc. 1. Crat. Vict. 1. 2.) *velim*, warum sollte ich mich da der ehrenvollesten Gefahr entziehen wollen, die mit Friedenstiften verknüpft sein möchte? — *quid oneris imp.*, conditionem pacis nullam probanti. *CORR.* „dem Pompeius damit ungelegen zu kommen." — *Μή μοι κ. τ. λ.* ne mihi Gorgoneum caput horrendi et gravis monstri intorqueat,

intorqueat. Mirandum enim in modum Cnaeus noster Sullani regni similitudinem concupivit. *Εἰδώς σοι λέγω.* Nihil ille unquam minus obscure tulit. Cum hocne igitur, inquies, esse vis? Beneficium sequor, mihi crede, non cau-
4 sam, ut in Milone, ut in . . . Sed hactenus. Causa igitur non bona est? Immo optima: sed agetur, memento, foedissime. Primum consilium est suffocare urbem et Italiam fame, deinde, agros vastare, urere, pecuniis locupletum non abstinere. Sed, quum eadem metuam ab hac parte: si illinc beneficium non sit, rectius putem quidvis domi perpeti. Sed ita meruisse illum de me puto, ut *ἀχαριστίας* crimen subire non audeam. Quamquam a te eius quoque
5 rei iusta defensio est explicata. De triumpho tibi assentior: quem quidem totum facile et libenter abiecero. Egregie probo fore, ut, dum vagamur, *ὁ πλοῦς ὡραῖος* obrepat. Si modo, inquis, satis ille erit firmus. Est firmior etiam quam putabamus. De isto licet bene speres. Promitto tibi,

---

er möchte statt des Danks einen seiner Medusenblicke auf mich werfen d. i. ne mihi graviter irascatur. Cicero stellt sich spottweise nur so an, als ob er sich vor diesem Blicke, den Pompeius in seiner Gewalt hatte, so sehr fürchte. Der Vers ist aus Homers Odyss. IX, 633. — *Sullani regni*, des Sullanischen Königsthums, der Dictatur. — *Εἰδώς σοι λέγω*, ich sage Dir Diess, weil ich's weis. — *obscure tulit*, nie hat er bei aller seiner Zurückgehaltenheit aus Etwas weniger ein Geheimniss gemacht. — *Benef. sequor ... non causam*, seine Verdienste um mich, nicht seine Sache, ziehen mich an. — *ut in Milone*, wie ich bei dem Handel des Milo, des de ambitu verklagten Sestius und Manches anderen in demselben Falle war. Denn Milo sowohl als Publ. Sestius, den er hier verschwiegen hat, waren sehr bemüht gewesen, ihn aus dem Exsil zurückzurufen. Wegen dieser Verdienste (beneficia) nahm er sich ihrer nachher wieder an. Die Reden zu Beider Vertheidigung sind noch vorhanden. S. XCIX, 1 und 5. CII. CLXXVI. CLXXVIII, 3. CLXIX, 3. und zu ep. XV im Anf. — *Sed hactenus*, doch Nichts mehr davon! *Sed haec hactenus* Ball. Helmst. Graev. Stroth. *OR.* Man übersehe nicht die Aposiopesis vor diesen Worten. — *consilium primum*, das Erste, was man im Sinne hat, ist. — *ab hac* Caesaris *parte.* — *si illinc benef. non sit*, wenn mich nicht von seiner Seite (von Seiten des Pompeius) um mich erworbene Verdienste anzögen. — *meruisse illum* (Pompeium) *de me*, nempe quum omnibus viribus esset enisus, ut Cicero ex exsilio revocaretur. *SCH.* — *ἀχαριστίας crimen subire*, mir den Vorwurf der Undankbarkeit aufzuladen.

5. *abiecero*, aufgeben werde. S. Ramsh. §. 164, III, 7. Grotef. §. 172. Anm. — *vagamur* = circum villulas erramus. „Es ist ein guter Gedanke von Dir, dass, während ich auf meinem Landgütchen mich umhertreibe und mit Cäsar unterhandle, die günstige Iahrszeit zur Ueberfahrt heranschleichen werde. — *ille erit firmus* (stark genug), scil. Pompeius. — *etiam* = sogar. — *de isto* (Pompeio). Est *εἰρωνεία* in Pompeium, quod sequentia manifeste osten-

si valebit, tegulam illum in Italia nullam relicturum. „Tene igitur socio?" Contra mehercule meum iudicium et contra omnium antiquorum auctoritatem: nec tam ut illa adiuvem, quam ut haec ne videam, cupio discedere. Noli enim putare tolerabiles horum insanias nec uniusmodi fore. Etsi quid te horum fugit? Legibus, iudiciis, senatu sublato, libidines, audacias, sumptus, egestates tot egentissimorum hominum nec privatas posse res nec rem publicam sustinere. Abeamus igitur inde qualibet navigatione: etsi id quidem, ut tibi videbitur: sed certe abeamus. Sciemus enim, id quod exspectas, quid Brundisii actum sit. Bonis viris quod 6
ais probari, quae adhuc fecerimus, scirique ab iis nos non profectos, valde gaudeo; si est nunc ullus gaudendi locus. De Lentulo investigabo diligentius: id mandavi Philotimo, homini forti ac nimium optimati. Extremum est, ut tibi 7
argumentum ad scribendum fortasse iam desit: — nec enim alia de re nunc ulla scribi potest; et de hac quid iam amplius inveniri potest? — sed quoniam et ingenium suppeditat — dico mehercule, ut sentio — et amor, quo et meum ingenium incitatur; perge, ut facis, et scribe, quantum potes. In Epirum quod me non invitas, comitem non molestum, subirascor: sed vale. Nam, ut tibi ambu-

---

dunt. *SCH.* — *si valebit*, wenn er Meister wird. — *„Tene ... socio?"* „und Du wirst von der Partie sein?" — *auctor.*, Vorgang. — *nec* tamen. — *ut haec ne videam*, quae Caesar faciet. — *horum*, Caesarianorum. — *sublato*. da ... so gut wie aufgehoben sind. — *libid.*, die Gier. — *sumpt.*, Verschwendungen. — *sustinere*, dass weder das Eigenthum der Privatpersonen noch der Republik hinreichen werde die ... zu befriedigen. — *qualibet*, sive supero sive infero mari.

6. *Bonis viris*. ut Sext. Peducaeo, Serv. Sulpicio cett. — *si ... locus*, wenn man sich anders noch etwas freuen kann. — *de Lentulo* Spinthere, Vid. ep. XCII im Anfange. — *Philotimo*. S. ep. CCCXL, 1. — *nimium optimati*, und Patriot, was das Zeug hält, ist. Cicero schreibt diess im Scherz. Man sehe nur ep. CCLXVIII, 3. und CCLXIX.

7. *Extr. ... desit*, schliesslich kann ich mir vorstellen, dass der Stoff zum Briefschreiben Dir nachgerade ausgehen muss. — *et* tamen. — *quid iam ... inveniri potest?* und welche neue Seiten könnte man noch an diesem Stoffe (dem in diesem Briefe verhandelten) entdecken? — *ingenium* tuum *supp.*, *et amor* tuus in me suppeditat, weil Dein Genie sowohl als Deine Liebe zu mir noch immer Etwas an die Hand gibt. — *comit. non mol.* st. quum comes non molestus sim, da Du doch keinen beschwerlichen Reisegefährten an mir hättest. — *subir.*, darüber zürne ich ein wenig. — *ambul.*, *ung.* valetudinis causa, quod febre quartana laboraret. *SCH.* „wie Du auf die Promenade, in's Bad gehen musst." Attikus hatte vermuthlich die Kürze seines Briefs damit entschuldigt. *et ung.* Asc. 1.

landum, ungendum, sic mihi dormiendum. Etenim literae tuae mihi somnum attulerunt.

A.

BALBUS ET OPPIUS S. D. M. CICERONI.

Nedum hominum humilium, ut nos sumus, sed etiam amplissimorum virorum consilia ex eventu, non ex voluntate a plerisque probari solent: tamen freti tua humanitate, quod verissimum nobis videbitur, de eo, quod ad nos scripsisti, tibi consilium dabimus: quod si non fuerit prudens, at certe ab optima fide et optimo animo proficiscetur. Nos, nisi id, quod nostro iudicio Caesarem facere oportere existimamus, ut, simul Romam venerit, agat de reconciliatione gratiae suae et Pompeii, id eum facturum ex ipso cognovissemus, te hortari desineremus, ut velles iis rebus interesse, quo facilius et maiore cum dignitate per te, qui utrique es coniunctus, res tota confieret: aut, si ex contrario putaremus Caesarem id non facturum et eum velle cum Pompeio bellum gerere sciremus, numquam tibi suaderemus, contra hominem optime de te meritum arma ferres; sicuti te semper oravimus, ne contra Caesarem pugna-
2 res. Sed, quum etiamnum, quid facturus Caesar sit, magis opinari quam scire possimus, non possumus nisi hoc: non videri eam tuam esse dignitatem neque fidem omnibus cognitam, ut contra alterutrum, quum utrique sis maxime necessarius, arma feras: et hoc, non dubitamus, quin Caesar pro sua humanitate maxime sit probaturus. Nos tamen — si tibi videbitur — ad Caesarem scribemus, ut nos cer-

---

Crat. — *somnum attulerunt*, insofern sie ihn beruhigten. S. ep. CCCXXIV, 4. CCCXLV im Anf. u. CCCXXXVIII, 1. CCCL am Ende. CCCLI im Anf.

BALBUS. S. ep. CCCXXXIX, Anlage A. im Anf. — C. *OPPIUS*. S. zu ep. DCCXLVII im Anf.

1. *Nedum* = ich will nicht sagen, ne dicam. S. Ramsh. §. 173, 1. N. 2. Grotef. §. 336, Anm. 4. Zumpt §. 573. 725. *Meum* Md. a pr. m. „Ante *nedum* melius erat *etsi* ponere." Weiske. „Legendum arbitror: *Etsi nedum*. Sch. *ORELLI*. — *nisi id*, quod aliquoties sic iterari notavit iam Malasp. — *simul* = *simul ac* Asc. 1. Crat. — *agat de rec. gr.*, dass er zu seiner Aussöhnung mit Pompeius die Hand zu bieten gesonnen sei. — *iis*, Asc. 1. Crat. Vict. 1. Lamb. *his rebus*, quae Romae sunt agendae (*CORRAD*). Bei diesen Verhandlungen zu Rom. — *et eum*, Md. a pr. m. *et te velle*. Fuitne: *et velle? OR*. — *meritum*, Pompeium.

2. *non poss. nisi hoc* tibi scribere. Das Demonstr. weiset auf den folg. accus. c. infin. hin. — *non videri eam* = talem cet. statt non videri tuae esse dignitatis neque fidei ... cognitae, ut. —

tiores faciat, quid hac re facturus sit: a quo si erit nobis rescriptum, statim, quae sentiemus, ad te scribemus: et tibi fidem faciemus nos ea suadere, quae nobis videntur tuae dignitati, non Caesaris rationi, esse utilissima: et hoc Caesarem pro sua indulgentia in suos probaturum putamus.

B.

BALBUS CICERONI IMP. S.

S. V. B. E. Posteaquam literas communes cum Oppio ad te dedi, ab Caesare epistolam accepi, cuius exemplum tibi misi; ex quibus perspicere poteris, quam cupiat concordiam et Pompeium reconciliare et quam remotus sit ab omni crudelitate: quod eum sentire, ut debeo, valde gaudeo. De te et tua fide et pietate idem mehercule, mi Cicero, sentio, quod tu: non posse tuam famam et officium sustinere, ut contra eum arma feras, a quo tantum beneficium te accepisse praedices. Caesarem hoc idem probaturum 2
exploratum pro singulari eius humanitate habeo; eique cumulatissime satisfacturum te certo scio, quum nullam partem belli contra eum suscipias neque socius eius adversariis fueris. Atque hoc non solum in te, tali et tanto viro, satis habebit, sed etiam mihi ipse sua concessit voluntate, ne in iis castris essem, quae contra Lentulum aut Pompeium futura essent, quorum beneficia maxima habe-

---

hac re. Sic Md. Bos. Seqq. *in hac re* Edd. meae ante Bos., etiam Vict. Lamb. *OR.* — *quae sentiemus.* Md. a pr. m. *quum sentiemus.* Fuitne: *statim, quum sciemus? OR.* — *fidem fac.*, und Dir unsre Ehre verpfänden. — *rationi*, Plan. Sic Oxon. 1. Iens. Asc. 1. Crat. Man. Lamb. Ern. Sch. Lün. *actioni* Md. Oxon. 2. Cdd. Reg. Vict. 1. 2. Bos. Graev. Lall. Weiske. prob. Goerenz. ad *Acadd.* 2, *p.* 116. *OR.* — *in suos.* Sic Md. Vict. 1. 2. Lamb. Bos. Graev. *in nos* Ball. Helmst. Oxon. 2. Rom. Asc. 1. Crat. Ern. Sch. Lün. *OR.*

1. *lit. comm.*, den vorigen Brief, Anlage A. — *exemplum*, Anlage C. — *ex quibus* statt *ex qua tu p.* Asc. pr. S. Ramsh. §. 95, 2. 159, 2, c. 206, A. — *reconciliari* Asc. 1. — *sustinere*, zulassen.

2. *exploratum . . . habeo*, daran zweifle ich keinen Augenblick. S. Ramsh. §. 171, II, A, 2. Grotef. §. 324. — *cumul.*, auf das Vollständigste. — *hoc . . . satis habebit*, daran wird er Deiner Seits genug haben. — *tali . . . viro* st. quum talis et tantus sis vir. — *sua . . vol.*, aus eigener Bewegung. Sic Md. a sec. m. Oxon. 2. Cdd. Malasp. et Bos. Margo Crat. Lamb. Bos. Seqq. *bonitate* Md. a pr. m. Oxon. 1. Asc. 1. Crat. Vict. 1. 2. *ORELLI.* *quorum benef. m. hab.* A Pompeio erat civitate donatus; a Lentulo, hui. anni consule, patrono suo nomen *Cornelii* assumpserat. *SCH.* Vid. Orat. pro Balb. (inpr. c. 25.), qua Cicero eum defendit, quum ei de hac civitate controversia mota esset a Gaditano quodam. —

rem; sibique satis esse dixit, si togatus urbana officia sibi praestitissem; quae etiam illis, si vellem, praestare possem. Itaque nunc Romae omnia negotia Lentuli procuro, sustineo; meumque officium, fidem, pietatem iis praesto. Sed mehercule rursus iam abiectam compositionis spem non desperatissimam esse puto; quoniam Caesar est ea mente, qua optare debemus. Hac re mihi placet, si tibi videtur, te ad eum scribere et ab eo praesidium petere, ut petisti a Pompeio, me quidem approbante, temporibus Milonianis. Praestabo — si Caesarem bene novi — eum prius tuae
3 dignitatis quam suae utilitatis rationem habiturum. Haec quam prudenter tibi scribam, nescio: sed illud certe scio me ab singulari amore ac benevolentia, quaecunque scribo, tibi scribere: quod te — ita incolumi Caesare moriar! — tanti facio, ut paucos aeque ac te caros habeam. De hac re quum aliquid constitueris, velim mihi scribas. Nam non mediocriter laboro, ut utrique, ut vis, tuam benevolentiam praestare possis: quam mehercule te praestaturum confido. Fac valeas.

---

togatus, in Civilkleidung, als Civilperson; was sich aus *ne in iis castris essem* erklärt. Stc Md. Oxon. 2. Cd. Reg. Asc. 1. Crat. Vict. 1. 2. Lamb. Lall. Stroth. *rogatus* (auf sein iedesmaliges Ersuchen) Bos. (Oxon. 1.) tac. Graev. Ern. Sch. Lün. *OR.* — *urbana off.*, seine Angelegenheiten in der Stadt Rom. — *vellem.* Verba haec sunt Ciceronis concedentis id Balbo, si ipse Balbus vellet. *vellent* Ern. coni. Sch. Lün. — *iis*, Vict. 2. Seqq. *his praesto.* — *compos.*, eines gütlichen Vergleichs. — *non desper. esse*, nicht ganz aufzugeben sei; dass man daran noch nicht ganz verzweifeln dürfe. — *qua* esse. — *Hac re* = daher. — *praesidium*, eine Schutzwache, salvum conductum, sicher Geleit. — *Milonianis.* Haec lucem capiunt ex epistola CCLXI, 10, ubi Cicero sic scribit ad Appium: *qua denique ille* (Pompeius) *facilitate* cet. Non enim Balbus de praesidiis a Pompeio in foro collocatis, quum Milonis causam ageret Cicero (702), sed potius de Cicerone ipso adversus Clodianos Pompeii armis tecto loquitur. *SCH.* — *Praestabo*, ich will — oder ich müsste Cäsarn gar nicht kennen — mich dafür verbürgen. — *utilitatis*, wie in Anlage A. *tuae dign.*, *non Caesaris rationi* cet.

3. *quam prud.*, wie klug ich daran thue, dass ich Dir diess schreibe. — *certe.* Nemo: *certo.* *OR* — *ab* = aus. Denn singul. amor und benevol. sollten als die Quelle angesehen werden. — *ita . . . moriar!* so wahr mir Cäsars Leben theurer ist, als das meinige! S. Ramsh. §. 166, 3. N. 2. Grotef. §. 384, Anm. 5. — *non mediocr. laboro*, es liegt mir nicht wenig am Herzen. — *utrique*, Caesari aeque ac Pompeio.

C.

CAESAR OPPIO, CORNELIO S.

Gaudeo mehercule, vos significare literis, quam valde probetis ea, quae apud Corfinium sunt gesta. Consilio vestro utar libenter, et hoc libentius, quod mea sponte facere constitueram, ut quam lenissimum me praeberem; et Pompeium, darem operam, ut reconciliarem. Tentemus, hoc modo si possumus omnium voluntates recuperare et diuturna victoria uti: quoniam reliqui crudelitate odium effugere non potuerunt neque victoriam diutius tenere praeter unum L. Sullam, quem imitaturus non sum. Haec nova sit ratio vincendi, ut misericordia et liberalitate nos muniamus. Id quemadmodum fieri possit, nonnulla mihi in mentem veniunt et multa reperiri possunt. De his rebus, rogo vos, ut cogitationem suscipiatis. N. Magium, Pompeii 2
praefectum, deprehendi. Scilicet meo instituto usus sum et eum statim missum feci. Iam duo praefecti fabrûm Pompeii in meam potestatem venerunt et a me missi sunt. Si volent grati esse, debebunt Pompeium hortari, ut malit mihi esse amicus, quam iis, qui et illi et mihi semper

1. *apud Corfin. sunt gesta.* Nämlich sein grossmüthiges Betragen gegen die Proconsuln Domitius und Lentulus Spinther und die übrigen Pompeianer, welche durch die Uebergabe von Corfinium in seine Hände gefallen waren. — *si possumus*, ob wir auf diesem Wege alle Gemüther wieder gewinnen und uns des Genusses eines dauerhaften Friedens versichern können. S. Ramsh. §. 190, Anm. 1. Grotef. §. 427, Anm. 4. Exstat haec Ep. in Petrarcae vita Caesaris p. 225. *Schneid.* Lamb. Petr. *possimus.* Sed Petrarc. Cd. *possumus. ORELLI.* — *quoniam*, Asc. Crat. *quando.* — *reliqui*, Marius, Cinna cett. — *quem . . . sum*, den ich iedoch nicht zum Muster nehmen werde. — *mun.*, befestigen. — *nonnulla . . . veniunt*, dazu seh' ich bereits mehre Wege. — *de his*, Asc. pr. *de iis rebus.* om. *his* Bos. *OR.* — *De h. reb. . . . ut cogit. susc.*, diese Gegenstände in besondere Erwägung zu ziehen.

2. *N. Magium.* Sic legendum videbatur cum Perizonio apud Oudendorp. ad *Caes. B. C.* 1, 24.: immo cum Md. et Petrarcha. Scilicet *N. Magnum Pompeium* Md. *N. Magni Pompeii* Petrarc. *Cn. Magium* Cett. inde ab Asc. pr. et Caesar l. l. Scil. rarius praenomen *N.* i. e. *Numerius*, non *Numatius*, ut putabat Oudend. l. l., in vulgare illud *Cn.* mutatum est hîc, infra Ep. 13, a nonnullis et apud Caesarem. *ORELLI.* Ueber *Numerius Magius* s. noch epistola CCCLIV, Anlage A. — *scilicet*, es versteht sich, dass ich meiner bisherigen Maxime getreu blieb. — *missum feci*, losliess. S. Ramsh. §. 171, II, 2. Grotef. §. 324. — *Iam* = nun sind *schon.* — *duo praef. fabr.* Hic N. Magius et L. Vibullius Rufus. Vid. Caes. de B. C. II, 23. 1, 1, 15. Ep. hui. ed. CXLVIII, 10. CXX, 2. CXLVI, 18. CCCXXI. CCCXXXIV, Anlage A. — *quam iis.* „Marcellis praesertim et Catoni." *CORRAD.* Sic Asc. l.

fuerunt inimicissimi: quorum artificiis effectum est, ut res publica in hunc statum perveniret.

EPISTOLA CCCXLIX. (ad Att. IX. 8.)

Scr. in Formiano prid. Id. Mart. A. U. C. 705. (a. C. 49.)

De Torquatorum profectione; de Reatinorum corona; de senatoribus Romam regressis; de Caesare Formias venturo. 1—2.

CICERO ATTICO S.

Coenantibus pridie Idus nobis, ac noctu quidem, Statius a te epistolam brevem attulit. De L. Torquato quod quaeris, non modo Lucius, sed etiam Aulus profectus est; alter multos dies. De Reatinorum corona quod scribis, moleste fero in agro Sabino sementem fieri proscriptionis. Senatores multos esse Romae nos quoque audieramus. Ec-
2 quid potes dicere, cur exierint? In his locis opinio est coniectura magis quam nuntio aut literis, Caesarem Formiis a. d. XI. Kal. Apr. fore. Hic ego vellem habere Homeri illam Minervam simulatam Mentori, cui dicerem:

Μέντορ, πῶς τ' ἄρ' ἴω, πῶς τ' ἄρ προσπτύξομαι αὐτόν;

Nullam rem unquam difficiliorem cogitavi. Sed cogito tamen; nec ero, ut in malis, imparatus. Sed cura, ut valeas. Puto enim diem tuum heri fuisse.

Crat. Vict. 1. Lamb. *his* Md. Vict. 2. Pos. Seqq. — *artific.*, Ränke. — *perveniret*, Beierus Mss. *pervenerit*.

1. *pridie Idus* Martias, am 14. März. — *Statius* e servo Q. Ciceronis libertus apud eum gratissimus. Vid. ep. LII. LXIX. CLXXXIV. — *L.* Manlius *Torquatus*, Epicureus, praetor 705, consul cum Cotta 690. Vid. ep. CXLIX. CCCV. de Finibb. 1, 5. Brut. 76. — *A.* Manlius *Torquatus*, illius frater, amicus Ciceronis summus, vir optimus, praetor fuit 702, Athenis exsulat, quod contra Caesarem steterat. Vid. ep. CLXXXIV, DXVII. de Finibb. II, 22. — *profectus est* ad Pompeium. — *multos dies*, schon seit vielen Tagen. — *Reatinorum corona* i. e. circulis, von einem Gesellschaftscirkel, wahrscheinlich aus Pompeianern bestehend. Reate war damals die vornehmste Stadt im Sabinerlande. — *sement. fieri proscript.*, dass von diesem Gesellschaftscirkel unter Anderem das Gerücht ausgestreut werde, als ob von Cäsar eine Aechtung bevorstehe, od. als ob Cäsar eine Proscription vorzunehmen gedenke. — *cur exierint.* Nam si in urbem redituri erant, nihil opus erat eam relinquere. *SCH.*

2. *a. d. XI. Kal. Apr. fore*, am 22. März eintreffen werde. — *Hîc*, ietzt. — *habere*, zur Seite haben. — *simul. Ment.*, in Mentors Gestalt. — *πῶς κ. τ. λ.* „Mentor, quomodo eum (Caesarem) adibo et quomodo eum amplexabor." Verba sunt Telemachi apud Homerum Odyss. III, *v.* 22. — *rem*, Aufgabe. — *ut in malis*, wie man in böslicher Lage auf Alles gefasst sein muss. — *diem tuum*, Dein Fiebertag. So ep. CCCXLV, am Ende.

EPISTOLA CCCL. (ad Att. IX. 9.)

Scr. in Formiano XVII. Kal. Apr. A. U. C. 705. (a. C. 49.)

Tribus epistolis ab Attico scriptis strictim respondet. 1 — 4.

CICERO ATTICO S.

Tris epistolas tuas accepi postridie Idus. Erant autem IV., III., pridie Idus datae. Igitur antiquissimae cuique primum respondebo. Assentio tibi, ut in Formiano potissimum commorer: etiam de supero mari: palpaboque, ut antea ad te scripsi, ecquonam modo possim voluntate eius nullam rei publicae partem attingere. Quod laudas, quia oblivisci me scripsi ante facta et delicta nostri amici: ego vero ita facio. Quin ea ipsa, quae a te commemorantur, secus ab eo in me ipsum facta esse non memini: tanto plus apud me valere beneficii gratiam quam iniuriae dolorem volo. Faciamus igitur, ut censes, colligamusque nos. Σοφιστεύω enim, simul ut rus decurro, atque in decursu θέσεις meas commentari non desino. Sed sunt quaedam earum perdifficiles ad iudicandum. De optimatibus, sit sane ita, ut vis: sed nosti illud, Διονύσιος ἐν Κορίνθῳ. Titinii

---

1. *postr. Idus* Mart., am 16. März. — *IV., III., pridie Id.*, vom 12., 13., 14. März datirt. — *antiq. cuique*, auf ieden Brief nach seinem Alter. S. Ramsh. §. 156, 1. Grotef. §. 279. 384. — *Assentio*, Nemo *assentior. ORELLI.* — *etiam de supero mari*, auch in dem Puncte, dass ich mich, um dem Pompeius zu folgen, auf dem obern Meere einschiffen solle. — *palpaboque* i. e. blandiendo adulandoque leviter tentabo et experiar. *BOSIUS.* „ich will versuchen auszutasten, ob". — *voluntate eius*, bona cum venia Caesaris. *SCH.* Vgl. ep. CCCXLVIII, Anlage B, 2. — *delicta.* Sic Md. Vict. 1. Bos. Seqq. *dicta* Asc. 1. Crat. Lamb. Vict. 2. 1. quod intelligi posset de illis, quae affert Ep. seq. *Sulla potuit; ego non potero? ORELLI.* — *nostri amici*, Pompeii. — *secus . . facta esse*, sogar seine an mir begangenen Ungerechtigkeiten will ich ihm nicht gedenken. — *apud me.* cfr. Hand. *Tursell.* 1. p. 411. *beneficii*, quod omnem operam et contentionem adhibuit, ut ab exsilio revocarer. *SCH.* — *iniuriae*, quod me adversus Clodium non defendit. *SCH.* — *collig. nos*, und wollen uns zusammennehmen, fassen. — *Σοφιστεύω*, denn ich philosophire, während ich die Felder meines Landguts ablaufe (um mir Bewegung zu machen). — *in decursu*, beim Spazirlaufen. Wer Gedanken nachiägt, pflegt zu laufen, statt zu spaziren. — *θέσεις* supra expositas ep. 345. — *ad iudic.*, zu entscheiden. — *De optimat.* cet., dass die Optimaten mein Zurückbleiben gut heissen, mag sein, weil Du es so willst. — *Διονύσιος ἐν Κορίνθῳ.* Philippo Macedoniae regi, quum superbius ad Lacedaemonios scripsisset, hi nihil aliud rescripserunt quam *Διονύσιος ἐν Κορίνθῳ*, ut eum admonerent fragilem esse regum et tyrannorum fortunam. Itaque hoc proverbio utitur Cicero eo consilio, ut, quamvis multi optimates nunc Caesaris fortunam florentissimam putent, facile tamen fieri posse dicat, ut corruat et Dionysii Syracusani Corinthi exsu-

filius apud Caesarem est. Quod autem quasi vereri videris, ne mihi tua consilia displiceant: me vero nihil delectat aliud nisi consilium et literae tuae. Quare fac, ut ostendis, ne destiteris ad me, quidquid tibi in mentem venerit,
2 scribere. Mihi nihil potest esse gratius. Venio ad alteram nunc epistolam. Recte non credis de numero militum. Ipso dimidio plus scripsit Clodia. Falsum etiam de corruptis navibus. Quod consules laudas; ego quoque animum laudo, [sed] consilium reprehendo. Discessu enim illorum actio de pace sublata est; quam quidem ego meditabar. Itaque postea Demetrii librum de concordia tibi remisi et Philotimo dedi. Nec vero dubito, quin exitiosum bellum impendeat, cuius initium ducetur a fame. Et me tamen doleo non interesse huic bello! in quo tanta vis sceleris futura est, ut, quum parentes non alere nefarium sit, nostri principes antiquissimam et sanctissimam parentem, patriam, fame necandam putent? Atque hoc non opinione timeo, sed interfui sermonibus. Omnis haec classis Alexandrea, Colchis, Tyro, Sidone, Arado, Cypro, Pamphylia, Lycia, Rhodo, Chio, Byzantio, Lesbo, Smyrna, Mileto,

---

lantis fortunam subeat. Sic intelligendum esse hunc locum, bene docuit Mongaltius, comparari iubens ad Attic. X, 8 (h. ed. 376.). *SCH.* Ueber das Sprüchwort s. zu Tuscul. Qq. III, 12, 27. V, 20, 57. 21, 62. 22, 63. V, 34, 98. de Officc. II, 7, 25. III, 10, 45. „Was würde aber aus mir alsdann werden, wenn Pompeius als Sieger zurückkäme?" — *Titinii*, equitis Romani et feneratoris, cuius filium apud Caesarem esse sibi a Furnio nuntiatum supra scripserat ep. 347, 6. *SCH.*

2. *de numero militum*, Was über die Anzahl der Truppen, die Pompeius bei sich habe, sich hie und da verbreitet. — *Clodia*, Lucii Metelli, tribuni pl., socrus (vid. ep. CCCXLVII, 3.) scripserat Pompeium cum XXX. millibus militum mare transiisse. Ergo nondum XV. millia Pompeium habere Cicero ait. *SCH.* — *corrupt. nav.*, quas illa scripserat a Pompeio vel incensas vel praecisas esse. Cf. ep. 347. *SCH.* — *animum*, ihren guten Willen; *consilium*, ihre Massregeln. [*sed*] om. Asc. sec. Crat. Man. Lamb. Ego [ ]. *OR.* — *discessu*, Md. *dispersu.* Caes. de B. Civ. 1, 26 gibt als die Ursache, warum sein nochmaliger Antrag zu einem gütlichen Vergleiche nicht angenommen sei, die Erklärung des Pompeius an: „es könne wegen Abwesenheit der Consuln keine Unterhandlung dieser Art Statt finden." Diese waren nämlich bei Pompeius nicht geblieben. — *Demetrii libr. de concordia.* S. ep. CCCXXXV, 6. — *a fame*, der mit Hungersnoth beginnen wird. Pompeius wollte alle Zufuhr von Italien abschneiden. — *Et me . . . huic bello!* Est exclamatio: „Quî tandem dolere possum me non interesse huic bello!" qua neglecta in Edd. omnibus adeo absurda fit sententia, ut Sch. haec tamquam a glossatore profecta incluserit. — *quum* = obgleich. — *nostri principes*, die Anführer uns'rer Partei. — *opinione*, aus Vermuthung, Einbildung. — *sermonibus* eiusmodi, — *Colchis*, nomen populi pro regionis nomine

Coo ad intercludendos commeatus Italiae et ad occupandas frumentarias provincias comparatur. At quam veniet iratus! et iis quidem maxime, qui eam maxime salvam volebant, quasi relictus ab iis, quos reliquit. Itaque mihi dubitanti, quid me facere par sit, permagnum pondus affert benevolentia erga illum; qua dempta perire melius esset in patria quam patriam servando evertere. De Septemtrione, plane ita est. Metuo, ne vexetur Epirus. Sed quem tu locum Graeciae non direptum iri putas? Praedicat enim palam et militibus ostendit se largitione ipsa superiorem quam hunc fore. Illud me praeclare admones, quum illum videro, ne nimis indulgenter, et ut cum gravitate potius loquar. Plane sic faciendum. Arpinum, quum eum convenero, cogito, ne forte aut absim, quum veniet, aut cursem huc illuc via deterrima. Bibulum, ut scribis, audio venisse et redisse
pridie Idus. Philotimum, ut ais epistola tertia, exspecta- 3
bas. At ille Idib. a me profectus est. Eo serius ad tuam illam epistolam, cui ego statim rescripseram, redditae sunt meae literae. De Domitio, ut scribis, ita opinor esse, ut et in Cosano sit et consilium eius ignoretur. Iste omnium turpissimus et sordidissimus, qui consularia comitia a prae-

---

Colchide. Intelligenda autem est regio Pontica. Nam Pompeius Ponto imperasse naves constat. *ERNESTI.* — *comparatur*, wird zusammengebracht. — *veniet* Pompeius, wenn er nämlich einst nach Italien zurückkommen sollte. — *qui . . . salvam volebant,* denen das Heil des Vaterlandes am Meisten zu Herzen ging. *eum maxime salvum* Lamb. in m. 1584 (non 1566). — *relictus* sit. — *evertere* h. e. quam Italiam, quam Pompeius, qui se patriam servaturum iactat, omnibus modis vexabit, una cum eo evertere. *SCH.* — *De Septemtrione.* De vento est intelligendum, quo flante Pompeius in Graeciam profectus esse dicebatur. Vid. ep. 347, 3. Atticus Ciceroni hoc scribenti responderat, se vereri, ne hi septemtriones Epiro vastationes ac direptiones allaturi sint. *SCH.* Attikus hatte daselbst ansehnliche Güter! — *largitione*, qua uti non potest, nisi direptionibus pecuniae copias paraverit. *ERN.* *quam hunc* (scil. Caesarem) suspecta Ernestio, ut solebat is semper *quam* post comparativos damnare. *ORELLI.* — *quum illum videro*, Caesarem Brundisio redeuntem. *MANUT.* — *nimis indulg.*, gar zu schonend, mit zu vieler Nachsicht. — *et ut* = sed ut. — *Arpinum,* antequam eum convenero, me conferre non *cogito.* — *absim,* sed adsim Formiis, illo redeunte. — *aut cursem . . . deterrima* (Cd. in m. 1584 *teterrima*). und ihm nicht auf äusserst schlechten Wegen da- oder dorthin nachzulaufen brauche. — *Bibulum audio venisse* e Syria provincia ad Pompeium. Quo autem *redierit* Bibulus, incertum est. In Syriam certe non rediit; nam postea a Pompeio toti rei maritimae praefectus est. *SCH.* — *pridie Idus* Mart., am 14. März.

3. *in Cosano*, auf seinem Gute bei Cosa. S. ep. CCCXLVII, 2. — *turpissimus.* Putant esse Lepidum, postea triumvirum, qui tum praetor fuerit et voluerit consules creare. *ERNESTI.* — *consul.*

tore ait haberi posse, est ille idem, qui semper in re publica fuit. Itaque nimirum hoc illud est, quod Caesar scribit in ea epistola, cuius exemplum ad te misi, se velle uti *CONSILIO* meo; age, esto; hoc commune: *GRATIA*; ineptum id quidem; sed, puto, hoc simulat ad quasdam senatorum sententias: *DIGNITATE*; fortasse sententiae consularis. Illud extremum est, *OPE OMNIUM RERUM.* Id ego suspicari coepi tum ex tuis literis, aut hoc ipsum esse aut non multo secus. Nam permagni eius interest rem ad interregnum non venire. Id assequitur, si per praetorem consules creantur. Nos autem in libris habemus non modo consules a praetore, sed ne praetores quidem creari

---

comit., die Versammlung des Römischen Volkes im Marsfelde zur Erwählung der Consuln für das nächste Iahr. — *ille idem, qui.* Sic scripsi. *est ille, qui* Md. a pr. m. Vict. 1. 2. *est idem, qui* Md. a sec. m. Oxon. 1. 2. Asc. 1. Crat. Man. Lamb. *est ille quidem* Bos. tacite, Graev. Ern. Sch. Lün. *OR.* — *in re publica,* im öffentlichen Leben, Staatsleben. — *quod Caesar scribit,* worauf Caesar zielt, wenn er schreibt. — *exempl.*, die Anlage A. zum CCCXLVII. Briefe. — *age, esto,* doch, das lassen wir gut sein; es beweis't noch Nichts. — *hoc commune,* das könnte ein gewöhnliches Compliment sein. *WIEL.* hoc ne consideremus, quoniam potest esse dictum non proprie de consularibus comitiis, sed communiter de omnibus rebus. *MANUT.* Distinxi cum Sch.; *age, esto hoc commune* Cett. Nec vero displicet scriptura Md. Oxon. 2. Asc. 2. Crat.; modo recte distinguatur sic: *age, esto: hoc commune est; GRATIA. OR.* — *GRATIA* (Credit) mea scribit se velle uti. — *simulat,* er will mir damit zu verstehen geben. — *ad quasdam senat. sent.*, i. e. ut horum senatorum, apud quos gratiosus sim, sententias ei conciliare possim ad illud ipsum negotium de consulibus per praetorem creandis conficiendum. *SCH.* — *DIGNITATE* mea scribit se velle uti. — *fort. sent. consul.*, etwa weil das Votum eines Consularen, wie ich, ein vorzügliches Gewicht hat. — *OPE O. R.*, endlich äussert er noch den Wunsch, sich meines Beistandes in allen Dingen bedienen zu können. — *Id*, quod in mente habuerit, illa quum scriberet. — *ad interregnum n. v.*, interregem non creari, qui comitia habeat, novis consulibus designandis, quum eius anni consules abessent, Lentulus et Marcellus. Sed, quoniam, interrege creato, pertinebat ad eum consulum designatio, consul vero Caesar fieri cupiebat, incertus de voluntate interregis rem ad interregnum venire quum noluisset, haberi a praetore, quem sciebat sui studiosum, consularia comitia malebat. Quod quum fieri non posse comperisset, alia ratione, quod volebat, consecutus est. Dictator enim a M. Lepido praetore dictus comitia ipse habuit consularia et consul factus est cum P. Servilio Isaurici filio. Vid. Caes. de B. Civ. II, 21. III, 1. *MANUT.* Non magis a praetore dictator dici quam consul creari poterat salvis legibus et more populi. Itaque vera causa est, quod Caesar a Lepido dictator potius dictus quam consul creatus est, ut eo maiore potentia uteretur. *SCH.* — *in libris* auguralibus. — *non modo* = nicht nur nicht. S. Ramsh. §. 181, B, I, d. Grotef. §. 340. — *consules* a praetore creari, rogari (dass ein Prätor die

ius esse, idque factum esse nunquam; consules, eo non esse ius, quod maius imperium a minore rogari non sit ius; praetores autem, quum ita rogentur, ut collegae consulum sint, quorum est maius imperium. Aberit non longe, quin hoc a me decerni velit neque sit contentus Galba, Scaevola, Cassio, Antonio.

Τότε μοι χάνοι εὐρεῖα χθών.

4 Sed quanta tempestas impendeat, vides. Qui transierint senatores, scribam ad te, quum certum habebo. De re frumentaria recte intelligis; quae nullo modo administrari sine vectigalibus potest: nec sine causa et eos, qui circum illum sunt, omnia postulantes et bellum nefarium times. Trebatium nostrum, etsi, ut scribis, nihil bene sperat, tamen videre sane velim: quem fac horteris, ut properet. Opportune enim ad me ante adventum Caesaris venerit. De Lanuvino, statim, ut audivi Phameam mortuum, optavi,

---

Consulwahl anstelle) *eo non esse ius.* — *imperium*, Staatsgewalt, Magistrat. — *praetores autem* a praetore rogari eo non esse *ius*, was nachdrücklich vorher wiederholt war. — *ut collegae cons. sint.* Si enim creantur praetores, ut collegae consulum sint, creari a Praetore non possunt. Non enim collegae consulum dicerentur, creati ab eo, cuius imperium consulari imperio minus est, ideoque a consule creantur. Vid. Gell. Noct. Attic. libr. XIII. c. 14. *MANUT.* — *aberit . . . quin.* S. Ramsh. §. 185, 2. Grotef. §. 404, 2. — *hoc a me decerni velit*, ut ego in senatu mea sententia decernam, consularia comitia a praetore haberi licere; *a me* autem augure et consulari, quod contentus non sit Galba et Scaevola et Cassio et Antonio decernentibus, quamquam et hi augures sint. Erant autem omnes xv amplificato lege Sullae dictatoris collegio, quum antea ix omnino essent. *MANUT.* — *Galba.* Ueber diesen Serv. Sulpicius Galba siehe den 810. Brief, den er an Cicero geschrieben hat. — Q. Mucius *Scaevola.* S. ep. CCV, 5. CLI. CLIV, 1. CXLIX, 7. — Q. *Cassio*, einem Bruder des Caius Cassius (s. zu ep. 241 im Anfange), vormaligem Quaestor des Pompeius in Spanien. Er war beim Ausbruche des Bürgerkrieges mit Curio und Antonius zum Cäsar geflohen. S. ep. 276, 4 und 301, 2. *Antonio.* S. ep. CCCI, 2 u. s. w. — *Τότε*, tunc tellus mihi lata dehiscat, ex Homeri Il. IV, *v.* 182. Eodem loco usus est supra ep. 159. *SCH.*

4. *transierint* mare cum Pompeio. — *de re frumentaria recte intell.* cet. Du siehst richtig ein, dass Pompeius sein Heer nicht ohne neue Auflagen wird unterhalten können. — *circa illum*, Pompeium. — *nefarium*, höchst verderblich, namentlich für Gutsbesitzer und Landwirthe. — *Trebatium.* S. zu ep. CXXXV im Anf. CXXXVI u. s. w. — *sperat*, vermuthlich vom Cäsar, den er von Gallien her kannte. — *De Lanuvino* fundo, in Hinsicht des Gutes, was der verstorbene Phameas bei Lanuvium (ietzt Atta indovina), einer Stadt im alten Latium, an der Appischen Strasse zwischen Aricia und Ardea, besessen hatte. Ueber *Phameas*, einen Freigelassenen und Grossvater des Tigellius mütterlicher Seits,

si modo esset futura res publica, ut id aliquis emeret meorum: neque tamen de te, qui maxime meus es, cogitavi. Sciebam enim te quoto anno et quantum in solo, solere quaerere: neque solum Romae, sed etiam Deli tuum digamma videram. Verumtamen ego illud, quamquam est bellum, minoris aestimo, quam aestimabatur Marcellino consule, quum ego istos hortulos propter domum, Antii quam tum habebam, iucundiores mihi fore putabam et minore impensa, quam si Tusculanum refecissem. Volui H. S. † Q. Egi per praedem, ille daret, Antii quum haberet venale: noluit. Sed nunc omnia ista iacere puto

---

s. ep. 635, 636, 450 u. s. w. — *si modo . . . res publica*, wenn anders die Republik Bestand haben sollte. — *sciebam enim te* voluptuarias possessiones non emere, qui soleres quaerere, ager a te emptus quot annorum spatio tantum tibi redderet, *quantum in solo* i. e. in eius emptione posuisses. *MANUT.* „Denn ich wusste, dass Du in solchen Fällen gewohnt bist, Dich vor Allem zu erkundigen, in wie vielen Iahren ein Gut sich bezahlt mache und wie Viel sich aus dem Boden ziehen lasse." *WIEL.* Recte ad sententiam: sed vide, ne legendum sit: *ecquantum* pro *quantum.* Omnia enim v. interrogativa per *qu* incipientia cum *ec* componi posse reor. Sic *ecquo* pro *quonam* semel est apud Cic. *Philipp.* 13, c. 11. *ORELLI.* — *digamma* i. e. codicem acceptorum et expensorum (Dein Zinsbuch) hoc signo *F* seu Graeco digammate notatum; quo signo vel codex, in quem quae in *F*undos expensa ex iisque accepta erant inferebantur, vel alius, quo res *F*enebris eiusque proventus consignabatur, notari poterat. *SCH.* *diagramma* = adversarii s. codex acceptorum et expensorum, coni. in m. 1584. Auch ietzt konnte Cicero sich seiner scherzenden Laune nicht ganz erwehren. — *illud*, Lanuvinum praedium. — *minoris aestimo* propter bellum. — *Marcellino* consule h. e. anno 698, altero anno post reditum Ciceronis ab exsilio. — *istos hortulos*, die bewussten Gärten, die zu dem Landgute des Phameas gehörten. Aber zu welchem? Nicht zum praedium Lanuvinum, sondern Troianum. Denn in ep. 354 sagt Cicero: non Lanuvinum Phameae sed Troianum praedium emere se voluisse. Es ist also *quum* = quo tempore *istos hortulos* von den zum praedio Troiano gehörigen Gärten zu verstehen. Da sein Freund Attikus sich an diesen Handel leicht erinnerte, so konnte Cicero sich begnügen, die Gärten bloss mit *istos* zu bezeichnen. — *et minore impensa*, und weniger kosten würden. — *Tusculanum*, was Clodius hatte verwüsten lassen. — † *Q.* Sic Cdd. Vict. 1. 2. Lamb. Bos. Graev. Exponunt vel *quingenties* vel *quingentis millibus.* Sane corruptum videtur. *H-S D.* Ern. Sch. Lün. coniecturâ incertissimâ. *ORELLI.* wie ep. 354, 7. 500,000 Sestertien = 50,000 Fl. zu wenig, 5,000,000 Sestertien = einer halben Million Gulden zu viel! So wäre denn *Volui* cet.: „ich wollte ihm schon damals, als er noch lebte und ich bei der Gelegenheit den Werth seines praedii Lanuvini erfuhr, der Gärten wegen das praedium Troianum bei Antium abkaufen und liess ihm, der es zu Antium feil bot, durch einen Bürgen 500,000 Sestertien baare Zahlung bieten; aber er wollte nicht." — *iacere*, emptores non invenire, viliore pretio vendenda esse. *SCH.* Hiemit kommt

propter nummorum caritatem. Mihi quidem erit aptissimum, vel nobis potius, si tu emeris. Sed eius dementias cave contemnas. Valde est venustum. Quamquam mihi ista omnia iam addicta vastitati videntur. Respondi epistolis tribus: sed exspecto alias. Nam me adhuc tuae literae sustentarunt, D. Liberalibus.

EPISTOLA CCCLI. (ad Att. IX. 10.)

Scr. in Formiano a. d. XIV. Kal. Apr. A. U. C. 705. (a. C. 49.)

Angi se scribit, quod Pompeium non sit secutus; nec tamen inconsiderate quicquam egisse, praesertim quum Atticus compluribus epistolis, quarum loca affert, sibi, ut in Italia maneret, suaserit. 1—10.

CICERO ATTICO S.

Nihil habebam, quod scriberem. Neque enim novi quidquam audieram et ad tuas omnes rescripseram pridie. Sed, quum me aegritudo non solum somno privaret, verum ne vigilare quidem sine summo dolore pateretur, tecum ut quasi loquerer, in quo uno acquiesco, hoc nescio quid, nullo argumento proposito, scribere institui. Amens mihi 2
fuisse videor a principio et me una haec res torquet, quod non, omnibus in rebus labentem vel potius ruentem, Pompeium tanquam unus manipularis secutus sim. Vidi hominem XIV. Kal. Febr. plenum formidinis. Illo ipso die sensi,

---

Cicero auf Obiges: *illud ... minoris aestimo, quam aestimabatur Marcellino consule* wieder zurück. Ueberhaupt scheint Cicero den Attikus, der auch Lust zum Lanuvinum geäussert hatte, aus Scherz zu necken und absichtlich das Lanuvinum mit dem Troianum zu vermengen, welches letztere er schon einmal hatte kaufen wollen und nun zu kaufen gedachte. Denn ep. 354, 7 sagt er: „De Lanuvino, erravi: Troianum *somniabam.* Id ego volui D. Sed pluris est. Istud tamen cuperem emere, si ullam spem fruendi haberem." Dadurch klärt es sich gleichfalls auf, warum er hier *istos hortulos* sagt, die doch zum praedio Troiano gehörten. Somniaverat, ut ipse confitetur. Vielleicht wollte er auch den Attikus nur ausforschen. — *aptissimum*, sehr gelegen. — *Sed ... contemnas*, nur übersieh nicht die Narrheiten des Phameas d. i. wie Viel der Narr auf Verschönerung dieses Landhauses verschwendet hat (insanos in praedio exornando sumptus ab eo factos), eine Summe, die Du wol nicht mit in Anschlag bringen und bezahlen möchtest. Das Gut ist freilich schön; allein u. s. w. — *Quamquam* = gleichwol, allein. — *addicta vastitati*, zur Verheerung verdammt, wegen des Bürgerkriegs. — *D.* = dedi. *Liberalibus*, am Feste des Bacchus als Liber pater, was am 17. März pflegte gefeiert zu werden.

1. *pridie* scil. ep. 350. — *nullo arg. proposito*, ohne einen eigentlichen Stoff zu haben = *hoc nescio quid.*

2. *omnibus ... ruentem*, als ich ihn in allen Massregeln ausgleiten oder vielmehr stürzen sah. — *XIV. Kal. Febr.*, am 19. Ia-

quid ageret. Nunquam mihi postea placuit; nec unquam aliud in alio peccare destitit. Nihil interim ad me scribere, nihil nisi fugam cogitare. Quid quaeris? Sicut ἐν τοῖς ἐρωτικοῖς alienant immundae, insulsae, indecorae: sic me illius fugae negligentiaeque deformitas avertit ab amore. Nihil enim dignum faciebat, quare eius fugae comitem me adiungerem. Nunc emergit amor; nunc desiderium ferre non possum; nunc mihi nihil libri, nihil literae, nihil doctrina prodest: ita dies et noctes, tamquam avis illa, mare prospecto, evolare cupio. Do, do poenas temeritatis meae. Etsi quae fuit illa temeritas? quid feci non consideratissime? Si enim nihil praeter fugam quaereretur, fugissem libentissime: sed genus belli crudelissimi et maximi, quod, nondum vident homines, quale futurum sit, perhorrui. Quae minae municipiis! quae nominatim viris bonis! quae denique omnibus, qui remansissent! quam crebro illud:
3 *Sulla potuit, ego non potero?* Mihi autem haeserunt illa: male Tarquinius, qui Porsenam, qui Octavium Mamilium contra patriam; impie Coriolanus, qui auxilium petiit a Volscis; recte Themistocles, qui mori maluit; nefarius

---

nuar. — *quid ag.*, womit er umging. — *aliud in* (Ern. susp. *ex*) *alio pecc.*, bald diesen bald ienen Fehler in bald diesem bald ienem Puncte zu machen; mit *ex* = Fehler auf Fehler zu machen. — *scribere* .. *cogitare* sind infinit. histor. S. Ramsh. §. 168, 5. Grotef. §. 170. — *ἐν τοῖς ἐρωτικοῖς*, in amoribus, in Liebessachen. — *alienant* mulieres, solche Weiber alle Lust benehmen. — *indecorae*, ohne Anstand, denen Nichts kleidet. — *ab amore* eius i. e. Pompeii. Vgl. ep. 347, 4. 5. und 346, 2. — *desiderium* Pompeii. — *doctrina*, *σοφία*, die Philosophie; wie *doctus* = *σοφός*, philosophus. — *avis illa* scil. apud Platonem ep. 9., ubi se dicit inclusum hortis velut cavea prospicere extra et avolare cupere. Nam *illa* cum Bosio intelligere adverbialiter pro *illuc* non patiuntur cetera *mare, evolare cupio. ERNESTI.* So schrieb Plato aus seinem Gartenhause am Meere zu Syrakus, wo ihn Dionysius der iüngere, weil iener zu Athen inter silvas Academi und im Garten zu leben gewohnt war, der Täuschung halben wohnen aber aus Furcht, dass er ihm entwischen möchte, scharf bewachen liess, an die Freunde Dions in Athen. „Forte *λαλαγεῦσα illa.* Cfr. L. 9, Ep. 19 et L. 10, Ep. 2. *ORELLI.*" — *Etsi* = und doch, gleichwohl. — *Quae minae municipiis!* wie wird den Municipien gedroht! S. ep. 340, 2. 334, 4. 337, 2. 339, 2. 346, 3. 344, 2. — *viris bonis!* S. ep. 350, 2. 348, 7. — *Sulla.* Vgl. ep. 334, 2 Sullani regni und 348, 3. 4. So sollte Pompeius oft gesprochen haben.

3. *haeserunt illa*, bei mir hafteten, mir schwebten folgende Thatsachen vor. — *male* egit. — *Octavium Mamilium* Tusculanum, ad quem, generum suum, Tarquinius Superbus exsulatum abiit. Ille concitat triginta populos adversus Romanos, sed in pugna ad Regillum lacum vulneratur. Vid. Liv. I, 49. II, 15. 18. 19. — *contra patriam* excitavit. — *Coriolanus.* Vid. Liv. II, 33. 34. 35. 37. 39. 40. — *maluit*, quam cum rege Persarum contra

Hippias, Pisistrati filius, qui in Marathonia pugna cecidit, arma contra patriam ferens. At Sulla, at Marius, at Cinna recte, imo iure fortasse. Sed quid eorum victoria crudelius? quid funestius? Huius belli genus fugi, et eo magis, quod crudeliora etiam cogitari et parari videbam. Me, quem nonnulli conservatorem istius urbis, quem parentem esse dixerunt, Getarum et Armeniorum et Colchorum copias ad eam adducere? me meis civibus famem, vastitatem inferre Italiae? Hunc primum mortalem esse, deinde etiam multis modis posse exstingui cogitabam: urbem autem et populum nostrum servandum ad immortalitatem, quantum in nobis esset, putabam; et tamen spes quaedam me † obtentabat fore, ut aliquid conveniret potius, quam aut hic tantum sceleris aut ille tantum flagitii admitteret. Alia res nunc tota est, alia mens mea. Sol, ut est in tua quadam epistola, excidisse mihi e mundo videtur. Ut aegroto, dum anima est, spes esse dicitur; sic ego, quoad Pompeius in Italia fuit, sperare non destiti. Haec, haec me fefellerunt; et, ut verum loquar, aetas iam a diuturnis laboribus devexa ad otium, domesticarum me rerum delectatione molliit. Nunc, si vel periculose experiundum erit, ex-

---

patriam belligerare. — *nefarius* fuit st. nefarie egit. — *fortasse* patriam impugnarunt. Wenigstens glaubten sie es, indem Sulla für die Rechte des Senats, Marius und Cinna für die Rechte des Volks kämpften und beide Parteien zu einer ungeheuren Rache gleich stark gereizt worden waren. — *me . . . adducere?* Ueber diesen und den folgenden accus. c. infinit. des Affects s. Ramsh. §. 168, 6. Grotef. §. 311, Anm. Von den Hülfsvölkern des Pompeius, die er im vorigen Briefe §. 2 aufgezählt hatte (vgl. ep. 334, 2), nennt er die Geten, Armenier und Kolcher, weil er sie für die rohesten und raubgierigsten an den Küsten hielt, über welche dem Pompeius schon lange die höchste Gewalt aufgetragen war. Mit den Kolchern, die gewöhnlich zum Pontus gerechnet wurden, stand Pompeius in genauer Verbindung, da er sogar ihren letzten König selbst eingesetzt hatte. — *Hunc*, Caesarem. *SCH.* imo Pompeium. — † *obtentabat.* Corruptum hoc. *me sustentabat* Lamb. *se quaedam mihi ostentabat* coni. in m. 1584. *se ostentabat* Beieri susp. *ORELLI.* Sic consensu libri. Esse debet pro *tenebat*, quod in hac sententia dicitur. Ceterum huius verbi exemplum nullum aliud est. *ERNESTI.* — *fore, ut al. conv. pot.*, dass es doch noch eher zu irgend einem Vergleiche kommen, als dass . . . sollte. — *hic . . . ille . . flagitii*, Caesar tyrannide invadenda, Pompeius Italiam ad vastitatem vocando. *ERN.* — *dum anima est*, so lange er noch athmet, dum spirat. — *a diut. lab. dev. ad ot.*, das sich von den langwierigen Anstrengungen (die er als Patronus, als Staatsmann, als Consul u. s. w. bestanden hatte) zur Ruhe neigt; gleich der sich neigenden Sonne, wann sie die 12 labores Herculis bestanden hat. — *delect.*, durch den Geschmack, den ich dem häuslichen Leben immer mehr abgewinne. — *periculose.* Sic Codd. decurt. Tornaes. Lamb. in Curis sec. Bos. prorsus

periar certe, ut hinc avolem. Ante oportuit fortasse. Sed ea, quae scripsi, me tardarunt et auctoritas maxime tua. 4 Nam quum ad hunc locum venissem, evolvi volumen epistolarum tuarum, quod ego sub signo habeo servoque diligentissime. Erat igitur in ea, quam x. Kalend. Febr. dederas, hoc modo: *Sed videamus, et Cnaeus quid agat et illius rationes quorsum fluant. Quod si iste Italiam relinquet, faciet omnino male et, ut ego existimo, ἀλογίστως: sed tum demum consilia nostra commutanda erunt.* Hoc scribis post diem quartum, quam ab urbe discessimus. Deinde VIII. Kalend. Febr.: *Tantummodo Cnaeus noster ne, ut urbem ἀλογίστως reliquit, sic Italiam relinquat.* Eodem die das alteras, quibus mihi consulenti planissime respondes. Est enim sic: *Sed venio ad consultationem tuam. Si Cnaeus Italia cedit, in urbem redeundum puto: quae enim finis peregrinationis?* Hoc mihi plane haesit: et nunc ita video, infinitum bellum iunctum miserrima 5 fuga: quam tu peregrinationem ὑποκορίζῃ. Sequitur χρησμὸς VI. Kalend. Februar.: *Ego, si Pompeius manet in Italia nec res ad pactionem venit, longius bellum puto fore: sin Italiam relinquit, ad posterum bellum ἄσπονδον strui exi-*

---

ut est *Lib.* 10, 1, 4. *sive periculo* Md. Vict. 1. 2. Lamb. 1566. *si vel periculo* de Corradi et Faërni sententia Graev. Ern. Sch. Lün. Sed Cdd. optimi audiendi erant. *sine periculo* Asc. 1. Crat. Omnes isti errores nati sunt, ut saepe factum est in similibus, ex non intellecto illo *vel* ἐπιτατικῷ. Sic *Lib.* 10, 1, 4 Cd. Ursin. id omittit. *ORELLI.* — *oportuit* = ich hätte es vielleicht eher thun sollen. S. Ramsh. §. 166, 2, c, N. Grotef. §. 184. — *auctoritas*, Gutachten.

4. *quum . . . venissem*, als ich so weit geschrieben hatte. — *evolvi*, da rollte ich ab d. i. da durchblätterte ich die Rolle oder Sammlung Deiner Briefe. — X. *Kal. Febr.*, am 23. Ianuar. *XII* ex Lib. 7, Ep. 2. init. emendabat Ciaccon. ad. *Caes. B. C.* 1, 14. p. 356. *Dav. OR.* — *illius rat. q. fluant*, wo seine Plane hinauswollen. — ἀλογίστως, inconsiderate, stulte. — *VIII. Kal. Febr.*, am 25. Ianuar. — *Tantummodo . . . ne* = wenn nur nicht. S. Ramsh. §. 190, Anm. 8. Grotef. §. 336. Anm. 4. — *planissime*, ganz bestimmt. — *ad consult. t.*, auf den Punct, worüber Du meinen Rath begehrst. — *quae finis* cet., denn wo würde des Wanderns ein Ende sein? — *haesit*, das haftete bei mir. — *ita* ut tu significasti, scil. *infinitum* fore *bellum* cet. — *miserrimae fugae* Ed. 1584. „eine natürliche Folge der iämmerlichen Flucht." — ὑποκορίζῃ, die Du mit der mildern Benennung einer Wanderung belegst. ὑποκορίζων *appellas* e gloss. Asc. 1. Crat. *OR.* S. Schneiders Lexic. s. h. voc.

5. χρησμὸς, vaticinatio, Deine förmliche Weissagung. — *VI. Kal. Febr.*, am 27. Ianuar. — *ad pact.*, zum Vergleich. — *ad posterum* del. censebat Sch. Sane insolita est formula. *ad postremum* (in iedem Falle) leg. videtur cum Asc. pr. *ORELLI.* — *bell.* ἄσπ. i. e. inexpiabile s. implacabile nec nisi alterius internecione finiendum *strui*, so glaub' ich, dass dadurch der Grund

stimo. Huius igitur belli ego particeps et socius et adiutor esse cogor, quod et *ἄσπονδον* est, et cum civibus. Deinde VII. Idus Februar., quum iam plura audires de Pompeii consilio, concludis epistolam quandam hoc modo: *Ego quidem tibi non sim auctor, si Pompeius Italiam relinquit, te quoque profugere. Summo enim periculo facies nec rei publicae proderis; cui quidem posterius poteris prodesse, si manseris.* Quem *φιλόπατριν* ac *πολιτικὸν* hominis prudentis et amici tali admonitu non moveret auctoritas? Dein- 6
ceps III. Idus Februar. iterum mihi respondes consulenti sic: *Quod quaeris a me, † fugamne fidam, an moram deserendam utiliorem putem: ego vero in praesentia subitum discessum et praecipitem profectionem quum tibi tum ipsi Cnaeo inutilem et periculosam puto et satius esse existimo vos dispertitos et in speculis esse. Sed medius fidius turpe nobis puto esse de fuga cogitare.* Hoc turpe Cnaeus noster biennio ante cogitavit: ita sullaturit animus eius et proscripturit diu. Inde, ut opinor, quum tu ad me quaedam *γενικώτερον* scripsisses et ego mihi a te † quaedam significari putassem, ut Italia cederem, detestaris hoc diligenter XI. Kalend. Mart.: *Ego vero nulla epistola significavi, si Cnaeus Italia cederet, ut tu una cederes: aut, si significavi, non dico fui inconstans, sed demens.* In

---

zu einem unaussöhnlichen Kriege gelegt werde. — *VII. Id. Febr.*, am 7. Februar. — *periculo* tuo. — *posterius*, später, in der Folge. — *φιλόπ. ac πολιτικόν*, Asc. utraq. *καὶ πολ.* = patriae amantem reique publicae deditum.

6. *Deinceps*, nun folgt. Al. Cdd. *Deinde.* — *III. Id. Febr.*, am 11. Februar. — *deserendam.* Haec corrupta. Sic Ball. Helmst. Oxon. 1. Asc. 1. Crat. Vict. 1. 2. Graev. Ern. Item Md., sed hic: *defendam* pro *deserendam*; item Oxon. 1. *fugamne foedam an moram desidem* Manut. susp. *fugamne fidam, an moram foedam* coni. in m. 1584. *fugam citam an moram discedendi* i. e. consilium diutius in Italia manendi Sch. coni. Lün. *ORELLI.* Man lese: *fugamne fidam* (i. e. cum fide in Pompeium susceptam) *an moram* (das Zögern, Zurückbleiben) *desertoris amicorum* (wie ad Attic. VIII, 9 post med.), das sich in der Endsilbe *am* verräth. — *dispertitos*, dass Ihr Euch vertheilt und wie aus verschiedenen Wartethürmen den Gegner beobachtet. *dispertimeos* (sic) Cd. in m. 1584.; in quo latere potest videri voc. Graecum. *OR.* Fortasse: *διαπειράζοντας* sive *διαπειρῶντας*, tentantes, explorantes. — *sullaturit*, so gewaltig lüstert es ihn schon lange den Sulla zu spielen und Proscriptionslisten anzufertigen. — *Inde* = späterhin. — *γενικώτερον*, im allgemeinen, zu allgemein. Sic Vict. 1. 2. Lamb. Bos. Graev. Ern. *αἰνικτηριώτερον* = paullo obscurioribus verbis, coni. Sch. Lün. *ΓΕΝΙΚΩΤΕΡΟΝ* Md. *ἀῤῥενικώτερον* (virilius) Oxon. 1. 2. Asc. Crat. *OR.* — † *quaedam.* Hoc falsum. Del. Sch. Lün. Fuitne: *quodam modo* per compendium scriptum, deinde corruptum? *OR.* — *XI. Kal. Mart.*, am 19. Februar. —

eadem epistola alio loco: *Nihil relinquitur nisi fuga: cui te socium neutiquam puto esse oportere nec unquam putavi.*
7 Totam autem hanc deliberationem evolvis accuratius in literis VIII. Kalend. Mart. datis: *Si M'. Lepidus et L. Volcatius remanent, manendum puto, ita ut, si salvus sit Pompeius et constiterit alicubi, hanc νεκυίαν relinquas et te in certamine vinci cum illo facilius patiaris, quam cum hoc in ea, quae perspicitur futura, colluvie regnare.* Multa disputas huic sententiae convenientia. Inde ad extremum: *Quid si, inquis, Lepidus et Volcatius discedunt? plane ἀπορῶ. Quod evenerit igitur et quod egeris, id στερκτέον putabo.* Si tum dubitaras, nunc certe non dubitas, istis
8 manentibus. Deinde in ipsa fuga V. Kal. Mart.: *Interea non dubito, quin in Formiano mansurus sis. Commodissime enim τὸ μέλλον ibi καραδοκήσεις.* Ad Kal. Mart. quum ille quintum iam diem Brundisii esset: *Tum poterimus deliberare, non scilicet integra re, sed certe minus infracta, quam si una proieceris te.* Deinde IV. Nonas Mart. ὑπὸ τὴν λῆψιν quum breviter scriberes, tamen ponis hoc: *Cras scribam plura et ad omnia: hoc tamen dicam, non poeni-*

---

inconstans. Cicero scripserat supra ep. 325: *significas enim aliquanto secus quam solebas, ut etiam Italia, si ille cedat, putes cedendum.*

7. *VIII. Kal. Mart.*, vom 22. Februar. — *M'. Lepidus.* S. zu ep. CCCXLI, 2. CCCXXXIX, 2 am Ende. — *L. Volcatius* Tullus. S. zu ep. CCCXXXIX, 2 am Ende. CCCXXIV, 3. — *salvus sit* i. e. evaserit Caesarem salvus vel persequentem vel Brundisii obsidentem. *ERN.* — *constiterit*, festen Fuss gefasst haben sollte; ut post factum ad Dyrrhachium in Epiro. *ERN.* — *hanc νεκυίαν.* Respexit Atticus ad *νεκυίαν* Homeri Odyss. *Λ*, quum Caesaris comitatum *νεκυίαν* vocaret. Nam, quemadmodum umbrae ad Ulyssem in *νεκυίᾳ* Homeri confluunt frequentes, sic homines flagitiosi, facinorosi et aere alieno obruti ad Caesarem confluunt. *ERNESTI.* „Diess Ulyssische Todtenreich, wo die Wüstlinge um Cäsar so nach fremdem Geld und Gute schmachten, wie die Seelen der Todten in der Odyssee nach dem Opferblute. S. ep. CCCLII, 2. — *cum illo*, Pompeio. — *cum hoc*, Caesare. — *colluvie*, Zusammenfluss aller Ruchlosigkeit und Verworfenheit. — *ad extremum*, am Schlusse des Briefs. — *plane ἀπορῶ*, darauf weis ich kaum zu antworten. — *στερκτέον*, probandum. „Das werd' ich mir müssen gefallen lassen. — *dubitaras*, Ern. susp. *dubitabas.* — *istis manentibus* st. quoniam isti, Lepidus et Volcatius, manserunt.

8. *in ipsa fuga*, als Pompeius auf der Flucht begriffen war. — *V. Kal. Mart.*, am 25. Februar. — *τὸ μέλλον .. καραδ.*, quod futurum sit, exspectabis, abwarten können. — *non scil. . . . infracta*, „da die Sache zwar nicht ganz heil, aber doch keine so zerbrochene Sache sein wird, als wenn Du Dich dem Pompeius sogleich nachstürztest." Denn dann hättest Du mit Cäsar völlig gebrochen. — *IV. Non. Mart.*, am 4. März. — *ὑπὸ τὴν λῆψιν*,

tere me consilii de tua mansione:' et, quamquam magna sollicitudine, tamen, quia minus mali puto esse quam in illa profectione, maneo in sententia et gaudeo te mansisse. Quum vero iam angerer et timerem, ne quid a me dede- 9
coris esset admissum, III. Nonas Mart.: *Tamen, te non esse una cum Pompeio non fero moleste. Postea si opus fuerit, non erit difficile; et illi, quoquo tempore fiet, erit ἀσμένιστον. Sed hoc ita dico, si hic, qua ratione initium fecit, eadem cetera aget, sincere, temperate, prudenter, valde videro et consideratius utilitati nostrae consuluero.* VII. Idus Mart. scribis Peducaeo quoque nostro probari, quod 10
quierim, cuius auctoritas multum apud me valet. His ego tuis scriptis me consolor, ut nihil a me adhuc delictum putem. Tu modo auctoritatem tuam defendito; adversus me nihil opus est; sed consciis egeo aliis. Ego, si nihil peccavi, reliqua tuebor. Ad ea tu te hortare et me omnino tua cogitatione adiuva. Hic nihildum de reditu Caesaris audiebatur. Ego his literis hoc tamen profeci: perlegi omnes tuas et in eo acquievi.

---

sub accessionem febris. — *quamquam magna sollicitudine* scil. manseris, obgleich Du desshalb in grosser Unruhe bist. — *minus mali . . esse* scil. in hac sollicitudine, mansionis causa; vel in hac mansione.

9. *admissum*, scil. manendo. — *III. Non. Mart.*, am 5. März. — Vor *Tamen* suppl. scripsisti. — *non esse*, Lamb. *isse.* Sane sic *Ep.* 12. §. 4. *quod una non ierim*; sed *Ep.* 19. *quam si una fuissemus. ORELLI.* — *ἀσμένιστον*, gratissimum. — *hoc ita dico*, ich behalte mir Das vor. — *si hic*, Caesar. — *consuluero*, so werd' ich doch erst die Augen gewaltig aufthun und sorgfältiger als ie überlegen, was unser Bestes alsdann fordern sollte.

10. *VII. Id. Mart.*, am 9. März. — Sexto *Peducaeo.* S. zu ep. CCCXLVIII, 2. — *quod quierim*, dass ich mich ruhig verhalte. — *auctorit. t. defendito*, rechtfertige Du iedoch Dein Gutachten. — *sed consciis egeo aliis*, quibus cupio rationem consilii mei probari. „Schütze, rechtfertige Dein Gutachten, da ich es befolge, gegen Andere, die darum wissen und es gleichfalls billigen müssen, weil ich ihrer bedarf. — *reliqua tuebor*, wenn ich nur bisher Nichts gesündiget habe, für's Künftige will ich mich schon zu hüten wissen. — *Ad ea*, dafür also rüste Dich u. s. w. — *de reditu*, nämlich a Brundisio. — *in eo acquievi*, und habe Ruhe, Beruhigung dabei gefunden.

EPISTOLA CCCLII. (ad Att. IX. 11.)

Scr. in Formiano XIII. Kal. Apr. A. U. C. 705. (a. C. 49.)

Literas se a Lentulo accepisse, Matium se convenisse itemque Crassipedem scribit. 1—4.

CICERO ATTICO S.

Lentulum nostrum scis Puteolis esse: quod quum e viatore quodam esset auditum, qui se diceret eum in Appia, quum is paullum lecticam aperuisset, cognosse, etsi vix veri simile, misi tamen Puteolos pueros, qui pervestigarent, et ad eum literas. Inventus est vix in hortis suis se occultans, literasque mihi remisit, mirifice gratias agens Caesari: de suo autem consilio C. Caecio mandata ad me dedisse. Eum ego hodie exspectabam, id est, XIII. Kal.
2 April. Venit etiam ad me Matius Quinquatribus, homo mehercule, ut mihi visus est, temperatus et prudens: existimatus quidem est semper auctor otii. Quam ille haec non probare mihi quidem visus est! quam illam νεκυίαν, ut tu appellas, timere! Huic ego in multo sermone epistolam ad me Caesaris ostendi, eam, cuius exemplum ad te antea misi; rogavique, ut interpretaretur, quid esset, quod ille scriberet, „consilio meo se uti velle, gratia, dignitate, ope rerum omnium." Respondit se non dubitare, quin et opem et gratiam meam ille ad pacificationem quae-

---

1. *Lentulum* Spintherem, consularem, Ciceronis amicum eiusque ab exsilio revocandi praecipuum auctorem. Eum Caesar Corfinii cum Domitio ceterisque captum dimiserat. Cfr. Caes. de B. Civ. I, 23. *SCH.* Lün. Wiel. signum interrogandi post *Puteolis esse* posuere. — *in Appia* via Md. a sec. m. Asc. 1. Crat. — *quum is*, Vict. 1. *his.* — *literas* perferrent. — *mirifice . . agens* scil. in his literis, in welchem Briefe er ausserordentliche Dankbarkeit gegen Cäsar ausspricht. — *dedisse* scil. scribens aus *literas:* „und worin er schreibt, er habe über Das, was er zu thun Willens sei, dem C. Caecius einen mündlichen Auftrag an mich mitgegeben." Dieser war vermuthlich ein Klient des Lentulus in dortiger Gegend. — *XIII. Kal. April.*, den 20. März.

2. *Quinquatribus.* Diess Minervenfest dauerte vom 19. bis zum 23. März. C. *Matius* war Einer der vertrautesten Freunde Cäsars, aber ohne iemals eine öffentliche Civil- oder Militärwürde bekleidet zu haben. S. ep. CCCLVI, Anlage A. DCCXVI und DCCXVII; überdiess ep. CLXXII. DXIV. In den Briefen ad Atticum wird er auch *Calvena* genannt; ad Q. Fr. III, 6. 4. soll er ebenfalls gemeint sein. S. Lips. ad Taciti Ann. XII, 60. — *auctor otii*, für einen Mann, welcher dem Cäsar immer zum Frieden gerathen hat. — *ille haec* = die gegenwärtige Wendung der politischen Angelegenheiten, den Bürgerkrieg. — *νεκυίαν.* S. zu ep. CCCLI, 7. — *in multo serm.*, während unseres langen Gesprächs. *mutuo* Casaub. susp. — *epistolam . . . eam.* S. ep. CCCXLVII, Anlage A. vgl. mit ep. CCCL, 3. — *ad pacific.*, zu einer friedlichen Ueber-

reret. Utinam aliquod in hac miseria rei publicae πολιτικὸν opus efficere et navare mihi liceat! Matius quidem et illum in ea sententia esse confidebat et se auctorem fore pollicebatur. Pridie autem apud me Crassipes fuerat, qui se 3
pridie Nonas Mart. Brundisio profectum atque ibi Pompeium reliquisse dicebat: quod etiam, qui VIII. Idus illinc profecti erant, nuntiabant: Illa vero omnes, in quibus etiam Crassipes † — qui prudentia potius attendere — sermones minaces, inimicos optimatium, municipiorum hostes, meras proscriptiones, meros Sullas: quae Lucceium loqui! quae totam Graeciam! quae vero Theophanem! Et tamen omnis 4
spes salutis in illis est; et ego excubo animo nec partem ullam capio quietis; et, ut has pestes effugiam, cum dissimillimis nostri esse cupio. Quid enim tu illic Scipionem, quid Faustum, quid Libonem praetermissurum sceleris putas? quorum creditores convenire dicuntur. Quid eos autem,

---

einkunft mit Pompeius. — *πολ. opus* i. e. rei publicae utile, Etwas der Republik nützliches. — *illum*, Caesarem. — *auctorem fore*, er wolle zum Frieden rathen.

3. *Crassipes*, Cicero's ehemaliger Schwiegersohn. — *pridie Non. Mart.*, am 6. März. — *VIII. Id.* Mart., am 8. März. — *illa vero.* Sch. in ed. min. coni. *illos.* Hoc tamen vix corruptum esset. *illic* autem mox videbimus depravatum. *OR.* — *qui prudentia potius attendere.* Haec foede corrupta. Sic Md. Cett. Codd. noti, Asc. 1. Crat. Vict. 1. Item Bos. Graev. Ern., sed e Bos. coni., qua nihil invamur: *potis.* Item Manut. Lamb. Vict. 2. Sed: *potuit* Graevius coni. Lall. *qua prudentia, potes attendere* Sch. coni. *quae portenta putas ostendere? portenta* non displicet: sed tum usitatum est: *portenta loqui* vel quod in *POTIUSATTENDERE* latere potest: *effundere. ORELLI.* Dann fallen die Zeichen der Parenthese weg und Alles hängt von *putas* ab. Vielleicht ist *attenditur* zu lesen und die Stelle so zu fassen: *illa* scil. sermones minaces etc. *vero omnes, in quibus etiam Crassipes — qui prudentiâ* i. e. ob prudentiam *potius attenditur*, nuntiabant. „Alle aber, unter ihnen auch Crassipes, auf den ich wegen seiner Einsicht (weil er es am Besten weis) lieber mein Ohr richte, sprechen von den Drohungen, die man dort ausstiesse, von grosser Erbitterung auf die zurückgebliebenen Optimaten, von Grimm auf die Municipalstädte; kurz dass daselbst von Nichts als von Aechtungen die Rede sei und dass man lauter Sulla's dort zu hören und zu sehen vermeine. Man vgl. Cic. Orat. III, 50: versus attenditur; Philipp. II, 12: stuporem hominis attendite; Sull. 11: me attendite. — *loqui* scil. nuntiabant! aus welchem Tone liessen sie den Lucceius, Alles, was von Griechen um Pompeius ist, besonders aber den Theophanes sprechen! Ueber *Lucceius* s. zu ep. CCCXLI, 3; so auch über *Theophanes* das.

4. *in illis*, auf solchen Leuten. — *excubo animo*, ich sinne Tag und Nacht. — *et* tamen. — *has pestes*, quae a Caesarianis impendent. *SCH.* — *dissim. nostri*, Pompeianis. — *Scipionem* Pompeii socerum. — *Faustum*, Sullae dictatoris filium, qui erat in Pompeianis praesidiis. *MANUT.* cfr. ep. 341, 4. — *Libonem*

quum vicerint, in cives effecturos? Quam vero *μακροψυχίαν* Cnaei nostri esse? Nuntiant Aegyptum et Arabiam *εὐδαίμονα* et *Μεσοποταμίαν* cogitare, Hispaniam abiecisse. Monstra narrant; quae falsa esse possunt. Sed certe et haec perdita sunt et illa non salutaria. Tuas literas iam desidero. Post fugam nostram nunquam iam nostrum earum intervallum fuit. Misi ad te exemplum literarum mearum ad Caesarem; quibus me aliquid profecturum puto.

A.

Scr. XIV. Kal. Apr. in Formiano.

CICERO IMP. S. D. CAESARI IMP.

Ut legi tuas literas, quas a Furnio nostro acceperam, quibus mecum agebas, ut ad urbem essem; te velle uti

---

socerum Sex. Pompeii, Pompeii Cn. Magni filii. — *convenire in urbe* (zusammentreten, Concurs), ut eorum bona vendant. Scipionis alienum aes memorat etiam ipse Caesar de B. Civ. I, 4. *SCH.* — *effecturos*, ausführen. *facturos* volebat Ern. Sed cfr. Beier ad *Laelium* §. 41. Necessarium non puto, ut corrigatur: *in civibus.* Etsi sic solet alibi Cic. *ORELLI.* — *μακροψυχίαν.* „Vastum animum (Hochfahrt), longinqua spectantem." Vid. Lib. 8, Ep. 11., ubi Pompeius dicitur *a primo cogitasse omnes terras, omnia maria movere, reges barbaros incitare.* His *μικροψυχία*, quam vocem nonnulli mallent, non convenit." Lall. Scil. *μικροψυχίαν* Asc. sec. Crat. Magnolus apud Manut. Sch. Lün. (*vero putas μακρ.* Lamb.) *ORELLI.* — *Nuntiant* illi, in quibus Crassipes. „Denn iene berichten." — *cogitare* Pompeium, seine Anschläge gingen auf Aegypten u. s. w. — *Monstra* = tolles Zeug, Wunderdinge. — *quae* tamen. — *Sed ... non salutaria*, aber so Viel ist gewiss, die Anschläge der Einen (der Cäsarianer) führen uns in's Verderben, die Massregeln der Andern (des Pompeius und seiner Umgebung) helfen uns nicht. — *intervallum.* Haec corrupta. *nostrum* del. censebat Ern. *nullum* pro *nunquam* Helmst., unde Graevius volebat: *nostram nullum quam iam earum interv.* (Oxon. 1.) Lamb. Oliv. *nunquam iam nostrarum interv.* Sch. coni. Lün. *nunquam diei nostrarum interv.* Deberet esse: *unius diei.* - *nunquam tam longum earum interv.* Vir D. in marg. Lamb. meae. *nunquam iam tantum earum interv.* Mureti susp. omnium optima. *ORELLI.* „Nimirum Cicero idem h. l. dicit, quod ep. 309 his verbis expressit: *ut ab urbe discessi, nullum adhuc intermisi diem, quin aliquid ad te literarum darem. SCH.*"

1. *ut legi tuas literas.* Harum exemplum una cum ep. 347 (Anlage A.) ad Atticum miserat. Acceperat autem hanc Caesaris epistolam circa IV. Id. Mart. Respondit circa XII. Kal. April. Magna vero est inter hanc epistolam ad Caesarem scriptam et eam, quam circa XIII. Kal. Mart. scripserat, ut ex ep. 325. intelligitur, quamque Atticus pervulgatam esse scripserat (cfr. ep. 332.), argumenti similitudo, ut partim iisdem etiam verbis hic utatur, quibus in illa superiore usus fuerat. Quae duarum ad Caesarem episto-

consilio et dignitate mea, minus sum admiratus: de gratia et de ope quid significares, mecum ipse quaerebam: spe tamen deducebar ad eam cogitationem, ut te pro tua admirabili ac singulari sapientia de otio, de pace, de concordia civium agi velle arbitrarer: et ad eam rationem existimabam satis aptam esse et naturam et personam meam.
Quod si ita est et si qua de Pompeio nostro tuendo et tibi 2
ac rei publicae reconciliando cura te attingit, magis idoneum, quam ego sum, ad eam causam profecto reperies neminem: qui et illi semper et senatui, quum primum potui, pacis auctor fui; nec, sumptis armis, belli ullam partem attigi; iudicavique eo bello te violari, contra cuius honorem populi Romani beneficio concessum inimici atque invidi niterentur. Sed ut eo tempore non modo ipse fautor dignitatis tuae fui, verum etiam ceteris auctor ad te adiuvandum, sic me nunc Pompeii dignitas vehementer movet. Aliquot enim sunt anni, quum vos duo delegi, quos praecipue colerem et quibus essem, sicut sum, amicissimus.
Quamobrem a te peto vel potius omnibus precibus te oro et 3
obtestor, ut in tuis maximis curis aliquid impertias temporis huic quoque cogitationi, ut tuo beneficio bonus vir, gratus, pius denique esse in maximi beneficii memoria possim. Quae si tantum ad me ipsum pertinerent, sperarem me a te tamen impetraturum: sed, ut arbitror, et ad tuam

---

larum tam inusitata similitudo si cui forte suspecta fuerit, scrupulum sibi hac ratione evellere possit, ut epistolae 332 (s. ad Attic. VIII, 9) initium a verbis: *epistolam meam quam pervulgatam scribis esse* usque ad verba: *Quae vero ... proposueram* male cum sequentibus: *Ego Arpini volo esse, pridie Kal.* coaluisse dicat eamque totam partem separatam epistolam constituere, quam Cicero inter ep. 356 et 357 ad Atticum rescripserit, quum hic ei significasset, illam ipsam ad Caesarem epistolam epistolae 352. annexam pervulgatam esse. *SCH.* — *de gratia ... quaerebam*, Was Du aber mit dem Zusatze von m e i n e m C r e d i t u n d B e i s t a n d sagen wolltest, das konnt' ich mir nicht recht klar machen. — *de concordia civ.* scil. restituenda. — *ad eam rationem*, zu einem Geschäfte der Art. — *nat.*, Gemüthsart. — *pers.*, meine bisherige Rolle im Staate.

2. *de Pomp. n. tuendo*, den Pompeius in seinen Würden zu erhalten. — *potui* d. i. sogleich nach Zurückkunft aus meiner Statthalterschaft in Cilicien. — *iudicavi q u e*, wo *que* nach *nec .. ullam* = sed. — *contra cuius* st. quum contra tuum oder contra honorem tibi. S. Ramsh. §. 194, 2. 159, 3, a.

3. *in tuis max. cur.*, unter, bei den wichtigsten Sorgen, die Deinen Geist beschäftigen. — *impertias* tamen. — *pius* (meine Pflicht erfüllen) in Pompeium. — *in m. benef. mem.*, „wie es das Andenken an eine empfangene sehr grosse Wohlthat von mir fordert." Pompeius vorzüglich hatte ihn aus dem Exsil gerettet. — *Quae* i. e. Si ea, quae a te peto, *tantum ad me ipsum pert.* — *ad*

fidem et ad rem publicam pertinet, me e paucis et ad utriusque vestrûm et ad civium concordiam per te quam accomodatissimum conservari. Ego, quum antea tibi de Lentulo gratias egissem, quum ei saluti, qui mihi fuerat, fuisses: tamen lectis eius literis, quas ad me gratissimo animo de tua liberalitate beneficioque misit, eandem me salutem a te accepisse putavi quam ille: in quem si me intelligis esse gratum, cura, obsecro, ut etiam in Pompeium esse possim.

EPISTOLA CCCLIII. (ad Att. IX. 12.)

Scr. in Formiano a. d. XII. Kal. Apr. A. U. C. 705. (a. C. 49.)

Queritur se ob Pompeii pericula, quem Brundisii a Caesare circumvallatum esse acceperat, animo torqueri et, quid consilii capiat, nescire. 1—4.

CICERO ATTICO S.

Legebam tuas literas XIII. Kalend., quum mihi epistola affertur a Lepta, circumvallatum esse Pompeium, ratibus etiam exitus portus teneri. Non medius fidius prae lacrimis possum reliqua nec cogitare nec scribere. Misi ad te exemplum. Miseros nos! cur non omnes fatum illius una exsecuti sumus? Ecce autem a Matio et Trebatio eadem: quibus Minturnis obvii Caesaris tabellarii. Torqueor infelix, ut iam illum Mucianum exitum exoptem. At quam honesta,

---

2. *quo* pergere *placet*, wohin unser freier Wille uns ruft. — *una fuissemus*, als wenn wir immer bei ihm gewesen wären. *fugissemus* I. F. Gronovii susp. Sed haud nimis bene coit cum seqq. *tum eramus in maxima spe.* In m. 1584. coni. *ivissemus.* — *hunc inimicum* Caesarem. — *hoc facio*, nempe Italia cedo. — *qui me levavit iis incomm.* i. e. exsilio, der mir die Lasten wieder abnahm. — *affec.*, mir aufgelegt hatte; insofern Pompeius ihn dagegen nicht geschützt hatte. S. ep. CCCLIV, 3. — *videre*, mit ansehen. — *in Volcatii sent.*, nach dem Antrage des Volcatius: „ut de pace

immitissimus Servius, qui filium misit ad effligendum Cn. Pompeium aut certe capiendum, cum Pontio Titiniano. Etsi hic quidem timoris causa; ille vero? Sed stomachari desinamus et aliquando sentiamus nihil nobis nisi id, quod
3 minime vellem, spiritum reliquum esse. Nos, quoniam superum mare obsidetur, infero navigabimus; et, si Puteolis erit difficile, Crotonem petemus aut Thurios; et boni cives, amantes patriae, mare infestum habebimus. Aliam rationem huius belli gerendi nullam video. In Aegyptum nos abdemus. Exercitu pares esse non possumus: pacis fides
4 nulla est. Sed haec satis deplorata sunt. Tu velim literas Cephalioni des de omnibus rebus actis, denique etiam de sermonibus hominum; nisi plane obmutuerunt. Ego tuis

---

legati mitterentur." Er war ietzt der älteste Consular in Rom, ein redlicher Patriot und Cicero's trauter Freund. S. zu ep. CCCXXV, 3. CCCXXXIX, 2. CCCLI, 7. — *immitissimus*, der abgeneigteste. Sic Md. a sec. m. Vict. Man. Bos. *eriti mitissimus* Md. a pr. manu. *erit iniustissimus* Margo Md. Oxon. 1. 2. Asc. 1. Crat. Lamb. Graev. Ern. Sch. Lün. *OR.* — *Servius.* S. ep. CCCLIX, 2. — *effligendum* est plus quam *affligendum.* Nempe perdendum, interficiendum. Sic *efflictim amare* pro *perdite* dicitur, eumque sensum requirit sequens: *aut certe capiendum. ERNESTI.* Sic Md. Cdd. Malasp. Ball. Lamb. Vict. 2. Bos. Sqq. *affligendum* Asc. 1. Crat. Vict. 1. *OR.* — *Pontio Titiniano.* S. ep. CCCXLVII, 6. CCCLIX, 2. — *Etsi hic* nempe *Titinius*, was aus dem Adiect. *Titiniano* statt *Titinii* scil. filio per Synesin zu entlehnen ist. S. Ramsh. §. 203, II, b, 2. 206, A. 4. Doch kann *hic* auch auf den Sohn bezogen werden; obgleich der Gegensatz *ille vero* nämlich Servius misit filium sich dagegen sträubt. — *ille vero* scil. quam potest causam habere nisi turpem et improbam? *SCH.* Zu diesem harten Urtheile reisst unsern Cicero der Unwille über das unerwartete und unwürdige Benehmen des Consularen und Optimaten Servius hin, dessen Beispiel zu Viel schaden konnte. Bisher hatte er mit ihm in dem freundschaftlichsten Verhältnisse gestanden. — *et aliq. sentiamus ... reliq. esse.* Sic pulcherrime h. l. restituit I. F. Gronovius: h. e. intelligamus tandem et profiteamur, nihil nobis superesse praeter vitam, qua ipsa etiam ut careremus optandum erat. Omnia alia et ornamenta et instrumenta amisimus; quid igitur stomachamur? Vana est sine viribus ira. Vulgo legebatur: *et aliquando sententiam, ut nihil novi, nisi id quod minimum vellem, spiritum reliquum esse. SCH.*

3. *obsidetur* a Caesarianis. — *mare infestum habebimus*; non, infestum nobis erit; sed infestum reddemus (wir wollen es unsicher machen), ut commeatu Italia intercludatur. *ERNESTI.* Eine bittere Ironie, als ob dem Pompeius, der im Besitze aller Schiffe der Republik war, sonst Nichts übrig wäre, als die Hauptstadt und ganz Italien auszuhungern. — *rat. huius.* Md. Vict. 1. 2. *rat. non huius.* Fortasse: *rat. enim h. ORELLI.* — *Exercitu* = im Felde. — *pacis ... est*, auf den Frieden ist nicht zu rechnen. „Alii: *paci f. n.*; alii: *pacis spes nulla.*" Var. Lectt. Graevii. *OR.*

4. *Cephalioni*, der vermuthlich ein Läufer (tabellarius) des Attikus war. — *usus sum*, ich habe befolgt. — *maximeque* in eo,

consiliis usus sum, maximeque, quod et gravitatem in congressu nostro tenui, quam debui, et, ad urbem ut non accederem, perseveravi. Quod superest, scribe, quaeso, quam accuratissime — iam enim extrema sunt — quid placeat, quid censeas: etsi iam nulla dubitatio est. Tamen, si quid vel potius quidquid veniet in mentem, scribas velim.

EPISTOLA CCCLXI. (ad Att. X. 1.)

Scr. in Laterio Q. Fratris a. d. III. Non. Apr. A. U. C. 705. (a. C. 49.)

Laetatur firmitudinem suam in congressu cum Caesare probari Attico et Sexto Peducaeo; ceterum incertum esse, an Caesar se ad consilia de pace attracturus sit; omnino autem se in magna sollicitudine esse fatetur. 1—4.

CICERO ATTICO S.

Tertio Nonas quum in Laterium fratris venissem, accepi literas, et paullum lectis respiravi: quod post has ruinas mihi non acciderat. Per enim magni aestimo tibi firmitudinem animi nostri et factum nostrum probari. Sexto enim nostro quod scribis probari, ita laetor, ut me quasi patris eius, cui semper uni plurimum tribui, iudicio comprobari putem: qui mihi, quod saepe soleo recordari, dixit olim, Nonis illis, illis Decembribus, quum ego, „Sexte, quidnam ergo?"

Μὴ μὰν, inquit ille, *ἀσπουδί γε καὶ ἀκλειῶς ἀπολοίμην·*
Ἀλλὰ μέγα ῥέξας τι καὶ ἐσσομένοισι πυθέσθαι.

---

quod. — *gravit. in congressu nostro*, bei meiner Zusammenkunft mit Cäsar. S. ep. CCCL, 2: Illud me praeclare admones, quum illum (Caesarem) videro, ne nimis *indulgenter*, *et* ut *cum gravitate* potius loquar. Vgl. ep. CCCLIX im Anf. CCCLIII, 1. CCCXLII, 1. CCCXXXIX, 1. — *perseveravi* in eo, *ut*, und darauf bestanden bin, dass. S. ep. 359. — *iam enim extrema sunt*, denn ich habe ietzt meine letzten Massregeln zu treffen. — *etsi dub. . . est*, wiewohl kein langes Bedenken mehr Statt findet.

1. *III. Non.* April., am 3. April. — *Laterium*, Quinti Ciceronis fundum in Arpinati. *MANUT.* Vid. ep. CX. — *lectis respiravi.* Sic Cdd. Decurt. Crusell. Tornaes., quorum consensus sequendus erat. Sed excidisse videtur *iis* post *lectis. OR.* — *post h. ruinas* i. e. pestiferi belli civilis initium. — *Per . . magni.* Figura Tmesis. S. Ramsh. §. 206, B, 2. Grotef. §. 486. 493, 6. — *factum nostrum*, mein ganzes Benehmen; nempe quod in congressu cum Caesare constanter Romam venire recusaverit, nisi libere sententiam in senatu dicere posset. *SCH.* S. vorig. Br. §. 4. — *Sexto* Peducaeo, wie ep. CCCLIV, 6. CCCXLVIII, 2 u. s. f. — *patris*, qui iam mortem obierat. Vid. ad Atticum 1. ep. IV, ep. IX. hui. editionis. — *plur. tribui*, der sehr hoch in meiner Achtung stand. — *Nonis illis*, *illis Dec.*, „an ienem 5., dem 5. Dec. mein ich."

Eius igitur mihi vivit auctoritas: et simillimus eius filius eodem est apud me pondere, quo fuit ille: quem salvere
2 velim iubeas plurimum. Tu tuum consilium etsi non in longinquum tempus differs, — iam enim illum emptum pacificatorem perorasse puto, iam actum aliquid esse in consessu senatorum: — senatum enim non puto; — tamen suspensum me tenes, sed eo minus, quod non dubito, quid nobis agendum putes. Quid enim Flavio legionem et Siciliam dari scribas et id iam fieri? quae tu scelera partim parari iam et cogitari, partim ex tempore futura censes? — Ego vero Solonis, popularis tui, ut puto, etiam mei,

---

Das war der glorreichste Tag seines Consulats, wo er die Catilinarische Verschwörung im Augenblicke ihres Ausbruchs erstickte. — *quum ego, „Sexte, quidnam ergo"* dixissem, als ich zu ihm sagte: „Nun, Sextus, Was ist zu thun?" Der Senat will, dass ich die Verschwornen hinrichten lasse. Thu' ich Das, so werden mich die Uebelgesinnten einer rechtswidrigen Handlung anschuldigen und mich verfolgen. Was thu' ich daher, mein Sextus? — *inquit ille*, aus dem Homer antwortete; nämlich mit dem 304. u. 305. Verse des XXII. Buchs der Iliade. Man übersehe die Epanalepsis nicht, da er schon vorher *qui mihi .. dixit olim* geschrieben hat. S. Ramsh. §. 206, B, 6. Voss übersetzt: „Dass nicht arbeitslos in den Staub ich sinke und ruhmlos, Nein, erst Grosses vollendend, wovon auch Künftige hören" — *vivit*, lebt noch in meinem Angedenken. *auctoritas*, dieser Zuruf. — *simillimus* doctrina, probitate, iustitia. S. de Finibb. II, 18.

2. *differs.* Nempe Atticus scripserat se consilium daturum, si sciret, quid, postquam Caesar ad urbem venisset, in senatu actum esset. *SCH.* — *pacificatorem* vel C. Curionem (Vellei. II, 48.) vel Volcatium (ep. 360 h. ed.) *ERN.* Utique Curio significatur magna pecunia a Caesare corruptus. *SCH.* S. ep. CCCLIV, Anlage A. CCCLV, 2. CCCLVI, 2. 4. — *tenes*, so hältst Du mich doch gewisser Massen in der Schwebe. *me detines* Asc. 1. Crat. Lamb. Alibi tamen h. v. vix utitur Cicero. Fortasse: *me valde tenes*; *sed* (tamen) *eo minus. OR.* scil. suspensum. Sens.: sed propterea minus suspensus sum. *SCH.* — *quod non dubito*, weil ich darüber nicht mehr in Zweifel sein kann. — *Quid enim Flavio* cet. „Denn wozu hättest Du mir geschrieben, Cäsar gäbe die Statthalterschaft von Sicilien dem L. Flavius und es werde dazu bereits Anstalt gemacht? eine Ungerechtigkeit, dergleichen Deiner Meinung nach theils schon betrieben und beabsichtigt würden, theils künftig nach Zeit und Gelegenheit noch mehre dürften verübt werden." Man denke hinzu: wenn es dem Cäsar mit dem Frieden ein Ernst wäre, so sendete er den Flavius nicht nach Sicilien ab, um den Cato, der diese Insel im Namen des Pompeius und der Republik behauptete, daraus zu vertreiben. Die Absendung des Flavius war iedoch ein blosses Gerücht; denn Cäsar schickte den C. Curio nach Sicilien, wie er selbst de B. Civ. 1, 30 erzählt. Ueb. C. Flav. s. ep. XXIII. XXIV. XCVII. Im I. 695 war er unter Cäsars Consulate Prätor designatus. *Quid enim? Flavio* Sch. Sed sic demum fit manca oratio. Sane enim deberet esse, ut Sch. dedit in Ed. mai.: *Quid enim? quum Flavio . . . futura censes?* — *popularis tui*, weil Attikus in Athen eingebürgert war. — *etiam*

legem negligam, qui capite sanxit, si qui in seditione non alterius utrius partis fuisset — nisi si tu aliter censes — et hinc abero et filii. Sed alterum mihi est certius: nec praecipiam tamen; exspectabo tuum consilium et eas literas, nisi alias iam dedisti, quas, scripsi, ut Cephalioni dares.
Quod scribis, non quo alicunde audieris, sed te ipsum 3
putare me attractum iri, si de pace agatur, mihi omnino non venit in mentem, quae possit actio esse de pace, quum illi certissimum sit, si possit, exspoliare exercitu et provincia Pompeium: nisi forte iste nummarius ei potest persuadere, ut, dum oratores eant [et] redeant, quiescat. Nihil video, quod sperem aut quod iam putem fieri posse.

---

mei. Cicero enim videbatur Athenas concessurus. *iam iam mei* de I. F. Gronov. susp. Cicero war iedoch daselbst gewesen und hatte sogar ein Denkmahl erbauen wollen. S. ep. 196 ff. 282 ff. Schon als Gelehrter und Staatsmann konnte er *etiam mei* schreiben. — *qui cap. sanxit*, der die Todesstrafe darauf setzte, wenn ein Bürger bei einem Aufstande sich nicht für eine von beiden Parteien erklärte. S. darüber Gellius Noct. Attic. II, 12. Meiners II, 25 bis 86. Sam. Petiti Legg. Atticc. — *nisi si . . . censes*, Deine Genehmigung vorausgesetzt. — *et hinc abero et filii.* Hoc mihi quidem videtur corruptum. Cur enim *filios* dumtaxat memoret, fratrem non? Nec alibi memini eum dicere *filios*; sed *Cicerones*, *iuvenes*, *pueros nostros* (ex gr. ep. CCCXV, 1. CCCXVIII, 2. CCCXXVII, 1. CCCXLVII, 4.) Denique deberet esse: *et ego hinc abero et filii.* Legend. censeo: *et hinc abero et illinc* i. e. ab utraque parte remotus ero. Saepe hoc *illinc* corruptum est. *ORELLI.* Allein wie bleibt dann *Sed alterum* zu erklären? was sich doch auf *hinc abero et filii* oder auf seine und seiner Söhne gänzliche Entfernung von Italien (S. Ende des Briefs) bezieht, dagegen das andere *alterum* auf *Solonis legem negligam* hindeutet. Man müsste sonst *Sed alterum* auf *hinc abero* oder Cäsars Partei beziehen in dem Sinne: „Doch ist das Erstere, es mit Cäsar nicht zu halten, Das, worüber ich am gewissesten bin." Wie hier durch *hinc* Cäsars, durch *illinc* Pompeius Partei bezeichnet wird; so in den vorigen Briefen Cäsar meistens durch *hic*, Pompeius durch *ille.* — *praecipiam*, wie ep. CCCLVIII, 1: praecipio, gleichwohl werde ich nicht vorgreifen, mich nicht übereilen." De Man. susp. Lamb. Sch. Lün. *praeripiam* Cett. cum Md. *OR.* — *scripsi*, *ut*, den ich Dich bat dem Cephalion mitzugeben. Ueber *ut* nach *scripsi* vgl. Ramsh. §. 193, 1, 1. Grotef. §. 397, b; über *Cephalion* den §. 4. des vorig. Briefs.

3. *non quo* = nicht als ob. — *me attractum iri* Romam, ut in senatum veniam. *SCH.* Vor *si de pace ag.* suppl. scito. — *non venit in mentem*, ich kann mir nicht vorstellen. — *quum illi*, Caesari. — *exercitu et provincia*, eine Hysterologie statt provincia Hispania et exercitu, quem ibi habet. S. Ramsh. §. 206, B, 3. — *iste nummarius* = emptus pacificator h. e. C. Curio. Vid. §. 2 initio. — *ei*, Caesari. — *oratores*, legati, die Friedensunterhändler. — [*et*] videtur delendum cum Cd. Ursini, qui habebat: *eant*, *redeant. ORELLI.* „hin und her gehen." — *fieri posse*, in Bezug

Sed tamen hominis hoc ipsum probi est: magnum est [*et*] *τῶν πολιτικωτάτων σκεμμάτων*, veniendumne sit in consilium tyranni, si is aliqua de re bona deliberaturus sit. — Quare, si quid eiusmodi evenerit, ut arcessamur: — quod equidem non curo: quid enim essem de pace dicturus, dixi; ipse valde repudiavit: — sed tamen, si quid acciderit, quid censeas mihi faciendum, utique scribito. Nihil enim mihi adhuc accidit, quod maioris consilii esset. Trebatii, boni viri et civis, verbis te gaudeo delectatum: tuaque ista crebra *ἐκφώνησις*, *ὑπέρευ*, me sola adhuc delectavit. Literas tuas vehementer exspecto, quas quidem credo iam
4 datas esse. Tu cum Sexto servasti gravitatem eandem, quam mihi praecipis. Celer tuus dissertus magis est, quam sapiens. De iuvenibus, quae ex Tullia audisti, vera sunt. M. Antonii istud, quod scribis, non mihi videtur tam re

---

auf einen gütlichen Vergleich. — *σκεμμάτων*. Sic nunc constituendus videbatur locus difficillimus, proxime ad lect. Md. Nimirum verba: *Sed tamen hominis hoc ipsum probi est* scil. actionem de pace suscipere, continent veluti obiectionem, cui respondent sequentia: (At) *magnum* (difficilis res) *est* [*et*] (unum) *τῶν πολιτ. σκ. . . .* Ceterum *πολιτικωτάτων*, quod maiorem habet auctoritatem, praefero positivo *πολιτικῶν*. *ORELLI.* *πολιτ. σκ.* i. e. quaestionum maxime ad rem publicam pertinentium, eine der grössten politischen Fragen, Aufgaben. — *curo* = opto. — *dixi* Caesari; id quod narravit supra ep. 359. — *ipse*, Caesar. — *sed tamen*, was nach der Parenthese von *magnum est* bis *repudiavit* auf *Sed tamen* im Anf. des Satzes oder doch auf *si quid eiusmodi evenerit* zurückweiset, kündigt hier die Figura Epanalepsis an, worüber s. Ramsh. §. 206, B, 6. Der Verlauf des Hauptgedankens wäre also der: „Indessen ist grade diess, zur Herstellung des Friedens beizutragen, die Pflicht eines braven Staatsbürgers . . . Darum (Quare), sollte der Fall eintreten, dass ich desshalb nach Rom berufen würde . . . ich sage (sed tamen = inquam), sollte ich nach Rom berufen werden, so schreibe mir doch ia u. s. w. — *Nihil . . . maioris consilii esset*, denn bis ietzt hab' ich mich noch in keinem bedenklicheren Falle befunden. — *verbis* = sermone, colloquio. — *tuaque . . . delectavit.* Tua exclamatio, qua saepius usus eras in literis, *ὑπέρευ*, *perbene!* ut meum consilium tibi perplacere significares, unice me delectavit. *SCH.* Attikus spickte sein Latein gerne mit Griech. Wörtern; desshalb auch Cic. in Br. an ihn.

4. *cum Sexto* Peducaeo, als beide dem Cäsar zu Rom ihre Aufwartung machten. — *praecipis.* S. ep. CCCL, 2 u. CCCLX, 4. — *Celer tuus*, amicus vel libertus Attici, qui negotia eius procurabat. *SCH.* — *De iuvenibus* Ciceronibus. — *M. Antonii* omnino est ex arbitraria et fallaci correctione. Vide ne Marcus h. l. significarit Quintum fratrem, de quo item *αἰνιγματώδη* quaedam sunt infra Ep. 11 initio. *ORELLI.* Er hatte sich vielleicht mit seiner Gemahlin, der Schwester des Attikus, wieder überworfen, und die iungen Cicerone waren zur Aussöhnung abermals behülflich gewesen. Wahrscheinlicher ist es iedoch, dass sich diese Stelle auf den Vorfall bezieht, der ep. CCCLXVI, 5 am Ende erwähnt wird;

esse triste quam verbo. Haec est ἄλη, in qua nunc sumus, mortis instar. Aut enim mihi libere inter malos πολιτευτέον fuit aut vel periculose cum bonis: aut nos temeritatem bonorum sequamur: aut audaciam improborum insectemur. Utrumque periculosum est. At hoc, quod agimus, et turpe nec tamen tutum. Istum, qui filium Brundisium de pace misit, — de pace idem sentio, quod tu; simulationem esse apertam, parari autem bellum acerrime: — me legatum iri non arbitror; cuius adhuc, ut optavi, mentio facta nulla sit. Eo minus habeo necesse scribere, aut etiam cogitare, quid sim facturus, si acciderit, ut leger.

---

wesshalb statt *M. Antonii* wol *Marci et Quinti*, puerorum Ciceronum, zu lesen sein möchte. Vgl. ep. 369, 2. 376, 6. Tunstall. p. 80 corrigit: *ἄκρον istud*, ultimum istud epistolae tuae. Nam in Codd. legitur vel *Macum* vel *Maconi*. Unde Popma susp. leg.: *Μακρὸν illud* i. e. longum tempus abesse a patria et re publica non tam re (im Grunde) quam verbo (als es klingt) triste est. Non ideo angor. Sed hic est error mentis (ἄλη) et animi mei sollicitudo, quod cet. — ἄλη = anxietas et sollicitudo mentis nunquam conquiescentis. „Die Todesangst meines Geistes rührt daher." — *Aut enim* = nämlich. *mihi* u. *fuit* hat Sch. Lün. getilgt. Sinn: ich muss nämlich entweder mitten unter den Feinden der Republik frei reden dürfen oder unter ihren Freunden sogar in steter Gefahr meine öffentliche Rolle spielen: entweder müsst' ich also dann das unbesonnene Wagestück der Patrioten (des Pompeius) mitspielen oder der Frechheit der Staatsfeinde mich entgegen stellen. — *quod agimus*, was ich zu thun gedenke, gesonnen bin. — *et* . . *nec* = einer Seits . . anderer Seits nicht. Ita volebat I. F. Gronovius. Recte. Nam Ciceroni non videbatur satis honestum, quietum et neutri parti addictum in Italia manere, aitque, etiamsi hoc quod turpe esset sequeretur, idem tamen ne tutum quidem esse. Sch. Sic etiam Manut. Lamb. *nec turpe* Cett. c. Cdd. notis. *OR.* Er gedachte, bis die Sachen eine bessere Wendung nehmen möchten, sich in irgend einen ruhigen Ort in Griechenland zurückzuziehen. (S. ep. CCCLIX, 3.) Da war es denn freilich auch nicht ganz sicher, weil der Krieg dahin gespielt zu werden schien. — *istum qui fil. . . . misit*, Servium Sulpicium. cfr. ep. 360. 364. etsi utroque loco eum non de pace sed ad circumsedendum Pompeium missum esse dicat. Verum haec inter se non pugnarent. Nam, etiamsi in Caesaris castris esset Servii filius, poterat tamen etiam ad Pompeium de pace mitti. Manutius tamen Cornelium Balbum intelligit *SCH.* *de pace* ist Ironie! Vielleicht sprach so dessen Vater zur Beschönigung. Aber wie? wenn man läse: *Brundisium misit*, *de pace - de pace* cet. vgl. ep. CCCLXIV am Ende. — *simul.*, Heuchelei. — *me legatum iri.* Sententia haec est: „Cornelium Balbum de pace legatum iri arbitror, non me; quum mei, ut optavi, adhuc mentio nulla facta sit." *nulla sit* potest defendi: quamquam fuit fortasse: *nullast.* — *ut leger*, dass ich zur Unterhandlung des Friedens abgeordnet würde. Da hier *acciderit* das praeteritum futuri offenbar ist, so folgt sehr richtig *leger*, wie Corrad. und Malasp. vermutheten; nicht so *legerer* der Cdd. Md. Oxon. 1. 2. Vict., noch *legarer* der Asc. 1. Crat. Bos. Ern.

EPISTOLA CCCLXII. (ad Att. X. 2.)

Scr. in Arcano Q. Fratris Non. Apr. A. U. C. 705. (a. C. 49.)

Rogat Atticum, ut se consiliis iuvet; Dionysiumque se videre nolle significat. 1—2.

CICERO ATTICO S.

Ego quum accepissem tuas literas Nonis April., quas Cephalio attulerat, essemque Minturnis postridie mansurus, et inde protinus; sustinui me in Arcano fratris, ut, dum aliquid certius afferretur, occultiore in loco essemus agerenturque nihilo minus, quae sine nobis agi possunt. *Λαλαγεῦσα* iam adest et animus ardet; neque est quidquam, quo
2 et qua. Sed haec nostra erit cura et peritorum. Tu tamen, quoad poteris, ut adhuc fecisti, nos consiliis iuvabis. Res sunt inexplicabiles. Fortunae sunt committenda omnia. Sine spe conamur ulla. Melius si quid acciderit, mirabimur. Dionysium nolim ad me profectum: de quo ad me Tullia mea scripsit. Sed et tempus alienum est et homini non amico nostra incommoda, tanta praesertim, spectaculo esse nolim: cui te meo nomine inimicum esse volo.

---

1. *Non. Apr.*, am 5. April. — *Cephalio.* S. ep. CCCLX, 4. CCCLXI, 2. — *et inde protinus* ad mare ut abirem Italia. *ERNESTI.* — *sustinui me*, hielt ich an, blieb ich. — *Λαλαγεῦσα.* S. zu ep. CCCLIX, 3. — *animus ardet* navigandi cupiditate. — *neque* (Sic Md. = *nec* Cett.) *est quidquam* i. e. nec videmus, quae loca petamus aut qua via. *MANUT.*

2. *quod poteris.* S. Grotef. §. 393. — *Res . . inexplicabiles*, doch schwerlich ist ein Ausweg aus dem Labyrinthe zu finden. — *Fortunae . . . omnia*, auf gutes Glück muss Alles geschehen; man muss Alles auf's Spiel des ungewissen Erfolges setzen. — *conamur* omnia, unternehmen wir Alles. Suspectum est mihi apud Cic. v. *conamur* sine accusativo vel infinitivo. Fuitne?: *Fortunae sunt committenda omnia. Omnia sine spe conamur ulla. ORELLI.* — *mirabimur*, so würden wir uns wundern müssen. — *Dionysium.* S. ep. CCCLVI, 5. — *nolim ad me profectum*, ich möchte nicht gerne, dass Dionysius mich besuchte. S. Ramsh. §. 171, II, A, 2. Grotef. §. 324. — *de quo* = wie. — *alienum*, ungünstig dazu. — *spectaculo esse*, zum Spectakel dienen d. i. dass er den Verfall meiner Glücksumstände mit ansieht und sich vielleicht daran weidet. — *meo nomine*, meinetwegen. — *volo.* Sic Md. a sec. m.; ut solebat semper mirari, cur Atticus istum hominem defenderet. *nolo* Md. a pr. m. Edd. meae omnes: quod cur diceret Attico, Dionysii fautori, nulla causa erat. *ORELLI.* Vgl. ep. CCCLIII, 3: *Odi hominem* cet.

EPISTOLA CCCLXIII. (ad Att. X. 3.)

Scr. in Arcano VII. Id. Apr. A. U. C. 705. (a. C. 49.)

Petit, ut sibi, quid Caesar egerit, nûntiet.

CICERO ATTICO S.

Quum, quod scriberem, plane nihil haberem, haec autem reliqua essent, quae scire cuperem: profectusne esset; quo in statu urbem reliquisset; in ipsa Italia quem cuique regioni aut negotio praefecisset; ecqui essent ad Pompeium et ad consules ex senatus consulto de pace legati: ut igitur haec scirem, dedita opera has ad te literas misi. Feceris igitur commode mihique gratum, si me de his rebus et si quid erit aliud, quod scire opus sit, feceris certiorem. Ego in Arcano opperior, dum ista cognosco.

EPISTOLA CCCLXIV. (ad Att. X. 3 extr.)

Scr. in Arcano VII. Id. Apr. A. U. C. 705. (a. C. 49.)

Literas Attici exspectat et, quid sibi Caesar scripserit, refert. 1—2.

CICERO ATTICO S.

A. d. VII. Id. alteram tibi eodem die hanc epistolam dictavi; et pridie dederam mea manu longiorem. Visum te aiunt in regia; nec reprehendo: quippe quum ipse istam reprehensionem non fugerim. Sed exspecto tuas literas: neque iam sane video, quid exspectem: sed tamen, etiam si nihil erit, id ipsum ad me velim scribas. Caesar mihi 2
ignoscit per literas, quod non venerim; seseque in optimam partem id accipere dicit. Facile patior, quod scribit, secum Tullum et Servium questos esse, quia non idem sibi,

---

1. *profectusne esset* Caesar in Hispanias. — *dedita opera*, geflissentlich, absichtlich. — *et si quid . . . opus sit* st. *et de aliis rebus*, quae fortasse acciderint et quas scire opus sit.

1. *A d. VII. Id.* April., am 7. April. Novae hinc Epistolae initium fecit Sch.: superiore enim epistola diserte enumerarat Cicero, quae sibi ab Attico scribi vellet; hîc autem ait: *si nihil erit, id ipsum ad me velim scribas*: quod profecto in eadem illa epistola scribere non potuit. — *mea manu*, eigenhändig; im Gegens. von *dictavi*. — *longiorem*, quae intercidit. Nam epistola 361. non est pridie sed III. Non. April. scripta. *SCH.* — *in regia* i. e. Caesari apparuisse, cuius domum, quasi iam rex esset, invidiose *regiam* vocat. *SCH.* Es war ein öffentliches Gebäude an der via sacra, wo die Pontifices ihre Zusammenkünfte hielten und Cäsar als Pontifex Maximus sich damals häufig sehen und die Cour machen liess. *WIEL.* — *non fugerim*, denn auch er hatte zu Formiae dem Cäsar die Aufwartung gemacht. S. ep. CCCLIX.

2. *in opt. part. accip.*, er nehme Das von der besten Seite. — *Tullum* Volcatium *et Servium* Sulpicium. Ueber Ersteren s. ep.

quod mihi, remisisset. Homines ridiculos! qui, quum filios misissent ad Cn. Pompeium circumsidendum, ipsi in senatum venire dubitarent. Sed tamen exemplum misi ad te Caesaris literarum.

EPISTOLA CCCLXV. (ad Div. IV. 1.)

Scr. circa Id. Apr. in Formiano vel alia villa A. U. C. 705. (a. C. 49.)

Sulpicio secum de re publica communicari cupienti scribit se, quamquam nihil ei opitulari posse videatur, tamen non nolle cum eo colloqui, nisi malit aliquem ad se mittere, ne aut ipsi exire ex urbe necesse sit, aut sibi propius accedere. 1—2.

M. CICERO S. D. SER. SULPICIO.

C. Trebatius, familiaris meus, ad me scripsit te ex se quaesisse, quibus in locis essem, molesteque te ferre, quod me propter valetudinem tuam, quum ad urbem accessissem, non vidisses: et hoc tempore velle te mecum, si propius accessissem, de officio utriusque nostrûm commu-

---

CCCLX, 2. CCCXXXIX, 2. CCCLI, 7. CCCXXIV, 3. — *quum filios misissent.* Hoc nihil ad Volcatium pertinebat, sed tantum ad Servium. Loquitur autem quasi universe. Ac Volcatius tamen aliis modis iam satis ostenderat se a Caesaris partibus stare. *SCH.* Statt *Tullum* ist *Titinium* zu lesen S. ep. CCCXLVII, 6. CCCXLIX, 2. CCCLX, 2. CCCLXI, 4. — *exemplum*, Abschrift. Leider ist dieser Brief des Cäsars nicht mehr vorhanden.

SER. SULPICIO. Servius Sulpicius Rufus aus der Tribus Lemonia war 703 mit M. Claudius Marcellus zugleich Consul gewesen. Als dieser den Senatsschluss durchsetzen wollte, dass dem Cäsar Provinz und Armee noch vor Ablauf des ihm verwilligten zweiten Quinquennii sollte genommen werden, sprach iener dawider und ganz für Cäsar. S. Sueton. Caes. c. 29. Man glaubte desshalb, er oder seine Gemahlinn Postumia sei von Cäsar bestochen. S. das. c. 50. Cälius ad Divers. VIII, 10 nennt ihn in seinem Consulate einen Cunctator. Beim Ausbruche des Bürgerkrieges liess er seinen Sohn unter Cäsar Dienste nehmen. S. ad Attic. IX, 19. Nach der pharsalischen Schlacht setzte ihn Cäsar über die Provinz Achaia mit dem Titel eines Proconsuls. Dahin sind die meisten von den 18 Briefen Cicero's an ihn und von da seine beiden Briefe an Cicero geschrieben. Nach Cäsars Tode wollte Antonius noch viele angeblich unter Cäsars Papieren gefundene Decrete gültig machen: aber Sulpicius stimmte dahin: ne qua tabula post idus Martias ullius decreti Caesaris aut beneficii figeretur. S. Philipp. I, 1. Als hierauf im folgenden Iahre der Senat wider Cicero's Willen beschloss, Gesandte wegen des Friedens an den Antonius in's Lager vor Mutina zu senden, ging Sulpicius mit L. Philippus und L. Piso dahin; starb aber während der fruchtlosen Unterhandlungen im Lager daselbst. S. Philipp. IX, 1. *SCHMIEDER.*

1. *C. Trebatius.* S. ep. CCCLXI, 3. — *moleste .. te ferre,* und es thäte Dir sehr leid. — *quum ad urbem access.*, post reditum e Cilicia. Vid. ep. CCCI, 2. — *de off. utr. n. comm.*, über

nicare. Utinam, Servi, salvis rebus — sic enim est dicendum — colloqui potuissemus inter nos! profecto aliquid opis occidenti rei publicae tulissemus. Cognoram enim iam absens te haec mala multo ante providentem defensorem pacis et in consulatu tuo et post consulatum fuisse. Ego autem, quum consilium tuum probarem et idem ipse sentirem, nihil proficiebam. Sero enim veneram: solus eram: rudis esse videbar in causa: incideram in hominum pugnandi cupidorum insanias. Nunc, quoniam nihil iam videmur opitulari posse rei publicae, si quid est, in quo nobismet ipsis consulere possimus, non ut aliquid ex pristino statu nostro retineamus, sed ut quam honestissime lugeamus, nemo est omnium, quicum potius mihi, quam tecum, communicandum putem. Nec enim clarissimorum virorum, quorum similes esse debemus, exempla neque doctissimorum, quos semper coluisti, praecepta te fugiunt. Atque ipse antea ad te scripsissem te frustra in senatum sive potius in conventum senatorum esse venturum, ni veritus essem, ne eius animum offenderem, qui a me, ut te imitarer, petebat. Cui quidem ego, me quum rogaret, ut adessem in senatu, eadem omnia, quae a te de pace et de Hispaniis dicta sunt, ostendi me esse dicturum. Res vides quomodo 2
se habeat: orbem terrarum, imperiis distributis, ardere bello: urbem sine legibus, sine iudiciis, sine iure, sine fide relictam direptioni et incendiis. Itaque mihi venire

---

Das, was uns beiden zu thun obliege, mit mir berathen. — *salvis* = integris *rebus*, da noch Nichts verloren war. In *est* liegt der Begriff *nunc.* — *provid.*, Margo Crat. *praevidentem.* — *Sero,* zu spät. — *rudis . . . in causa,* man glaubte, ich sei wegen meiner bisherigen Abwesenheit nicht genugsam von der Sache unterrichtet. — *retinere,* retten. — *lugeamus* amissa. — *communicare,* seine Gedanken mit Iemandem über Etwas austauschen. — *Nec . . . te fugiunt,* auch sind Dir weder . . . noch . . . unbekannt. — *frustra.* ohne Etwas auszurichten, ohne Frucht und Nutzen. — *in convent, senat.,* in den Conventikel einiger von Cäsar zusammengetriebener Senatoren. Nam plenus senatus dici non poterat, consulibus ac tot aliis magistratibus absentibus. *SCH.* Vgl. ep. 361. 2. — *eius* i. e. Caesaris *animum.* — *ostendi.* S. ep. 359. — *de Hisp.*, über seinen beabsichtigten Heerzug nach Spanien. — *dicta sunt* in senatu.

2. *habeant* Ern. Bened. Mart.-Lag. Sch. Pluralis minime necessarius. cfr. Ep. seq. §. 3: *quem in locum res deducta sit, vides.* Initio paragraphi *rem* Cdd. aliq. Vict. 2. Beng. Lall. contra Md. *OR.* Letzteres wäre Attraction des Hellenismus, wie er sich bei Cicero nicht selten findet. S. Grotef. §. 440. — *imperiis distributis,* seitdem od. indem zwei einander bekämpfende Imperatoren sich in das Römerreich getheilt haben. — *sine iudiciis, sine iure* i. e. sine iudiciis publicis ac iurisdictione privata. *SCH.* *sine fide.* Recte Manutius hoc ad creditas pecunias pertinere monuit, comparato loco Caes. de B. Civ. III, 1: *quum fides tota Italia esset angustior neque*

in mentem nihil potest, non modo quid sperem, sed vix iam quid audeam optare. Sin autem tibi, homini prudentissimo, videtur utile esse nos colloqui; quamquam longius etiam cogitabam ab urbe discedere, — cuius iam etiam nomen invitus audio — tamen propius accedam: Trebatioque mandavi, ut, si quid tu eum velles ad me mittere, ne recusaret; idque ut facias, velim: aut, si quem tuorum fidelium voles, ad me mittas: ne aut tibi exire ex urbe necesse sit aut mihi accedere. Ego tantum tibi tribuo, quantum mihi fortasse arrogo: ut exploratum habeam,' quidquid nos de communi sententia statuerimus, id omnes homines probaturos. Vale.

EPISTOLA CCCLXVI. (ad Att. X. 4.)

Scr. in Cumano postridie Idus Apr. A. U. C. 705. (a. C. 49.)

Scribit in tantis rei publicae calamitatibus se praeclara conscientia sustentari; graviter autem tulisse literas a Quinto fratris filio ad Caesarem scriptas. 1—6. levatum tamen aliquantum esse colloquiis cum Curione habitis. 7—12.

CICERO ATTICO S.

Multas a te accepi epistolas eodem die, omnes diligenter scriptas; eam vero, quae voluminis instar erat, saepe legendam, sicuti facio: in qua non frustra laborem suscepisti; mihi quidem pergratum fecisti. Quare, ut id, quoad licebit, id est, quoad scies ubi simus, quam saepissime facias, te vehementer rogo. Ac deplorandi quidem, quod quotidie facimus, sit iam nobis aut finis omnino, si potest, aut moderatio quaedam, quod profecto potest. Non enim

---

creditae pecuniae solverentur. SCH. — *relictam*, preisgegeben. Vgl. ep. 348, 5. — *si quid .. ad me mittere*, wenn er mir in Deinem Namen Etwas bekannt machen sollte. — *accedere* ad urbem, mich der Stadt zu nähern, um an einem dritten Orte zusammen zu kommen. — *Ego t. tibi tribuo*, ich habe von Dir eine so grosse Meinung, als vielleicht von mir selbst eine eben so grosse Einbildung. *tantum* pro *quantum* coni. Beng. Mart.-Lag. Sch. Lün. — *arrogo*, fortasse enim mihi assentor, quum mihi tantundem quantum tibi tribuo. *Arrogare* dicimur nobis ea, quae nostra non sunt. *MANUT.* — *ut expl. hab.*, dass ich es für Etwas ausgemachtes halte. — *de comm. sent.*, nach gemeinschaftlicher Berathung; ihr gemäss. S. Zumpt §. 308. — *omnes homines.* Mirum hoc. Poteratne id sibi polliceri Cicero etiam ab improbis et ab iniquis suis? An scripsit: *omnes bonos?* Sed fortasse nimis rem ad vivum resecamus. *ORELLI.*

1—2. *voluminis instar*, so gross wie ein Buch. — *legend.* = lectione dignam. — *in qua . . . suscepisti*, worauf Du . . . Fleiss verwandt und wodurch Du mich wenigstens sehr verpflichtet hast. — *ut id* bezieht sich auf *pergratum*, diese Freude, einen Brief

iam, quam dignitatem, quos honores, quem vitae statum amiserim, cogito, sed quid consecutus sim, quid praestiterim, qua in laude vixerim: his denique in malis, quid intersit inter me et istos, quos propter omnia amisimus. Hi sunt, qui, nisi me civitate expulissent, obtinere se non posse putaverunt licentiam cupiditatum suarum: quorum societatis et sceleratae consensionis fides quo eruperit, vides. Alter ardet furore et scelere, nec remittit aliquid, sed in 2
dies ingravescit: modo Italia expulit: nunc alia ex parte persequi, ex alia, provincia exspoliare conatur: nec iam recusat, sed quodam modo postulat, ut, quemadmodum est, sic etiam appelletur tyrannus. Alter, is, qui nos sibi 3
quondam ad pedes stratos ne sublevabat quidem, qui se nihil contra huius voluntatem aiebat facere posse, elapsus e soceri manibus ac ferro, bellum terra et mari comparat, non iniustum ille quidem, sed quum pium tum etiam necessarium, suis tamen civibus exitiabile, nisi vicerit: calamitosum etiam, si vicerit. Horum ego summorum impera- 4
torum non modo res gestas non antepono meis, sed ne fortunam quidem ipsam, qua illi florentissima, nos duriore conflictati videmur. Quis enim potest aut deserta per se patria aut oppressa beatus esse? Et si, ut nos a te admonemur, recte in illis libris diximus, nihil esse bonum nisi quod honestum; nihil malum nisi quod turpe sit, certe uterque istorum est miserrimus; quorum utrique semper patriae salus et dignitas posterior sua dominatione et dome-

von Attikus zu erhalten. — *vitae statum*, Wohlstand. — *his . . in malis* = hoc tempore, in dieser unseligen Zeit. — *quorum . . eruperit*, wohinaus deren treu gemeinte und feste Verbindung und verbrecherische Eintracht nun durchgebrochen sei d. i. welches Ziel sie verfolge. — *Alter* (Caesar) *ardet fur. et scelere*, „der Eine brennt vor Ungeduld, seine rasende Herrschsucht selbst durch Verbrechen zu befriedigen." Eine Hendiadys st. scelerato furore, insania s. insana regnandi cupiditate. — *remittit*, er lässt darin nach. — *ingrav.*, er wird schlimmer. — *modo* = so eben, kaum. — *expulit* Pompeium. — *persequi* Pompeium. — *ex alia*, *prov.* Sic distinxit Lamb., ut sit: „*ex alia* parte *provincia* cet." *provincia*, Hispaniis et exercitu. — *recusat*, er sträubt sich.

3—4. *Alter*, Pompeius. — *huius*, Caesaris. — *posse* scil. quum ab eo adversus Clodii impetus auxilium petebam. — *non iniustum ille.* S. Ramsh. §. 158, 2, e u. g. — *sed ne fortunam quidem* eorum meae antepono. — *qua illi florent.* Videtur hic aliquid deesse, ut *usi*; sed id intelligi potest e *conflictati* et fortasse consulto uno hoc verbo usus est, ut eo ipso illud *florentissima* debilitaretur. *ERNESTI.* Ueber diese Figura συνεζευγμένον s. Ramsh. §. 206, C, 3. b, 2. — *admonemur*, daran erinnert werden. — *in illis libris* de re publica. — *posterior* i. e. quorum uterque semper patriae salutem et dignitatem suae dominationis cupiditati et domesticis commodis posthabuit.

5 sticis commodis fuit. Praeclara igitur conscientia sustentor, quum cogito me de re publica aut meruisse optime, quum potuerim, aut certe nunquam nisi divine cogitasse; eaque ipsa tempestate eversam esse rem publicam, quam ego XIV. annis ante prospexerim. Hac igitur conscientia comite proficiscar, magno equidem cum dolore, nec tam id propter me aut propter fratrem meum, quorum *est* iam acta aetas; quam propter pueros, quibus interdum videmur praestare etiam rem publicam debuisse: quorum quidem alter non tam, quia maiore pietate est, me mirabiliter excruciat; alter, — o rem miseram! nihil enim mihi accidit in omni vita acerbius — indulgentia videlicet nostra depravatus, eo progressus est, quo non audeo dicere. Et exspecto tuas

---

5. *nunquam nisi divine cogitasse* i. e. praescientia futurorum, „oder dass ich wenigstens nie ohne ahnenden Blick in die Zukunft auf das Wohl des Staats bedacht gewesen bin." Diess passt zu dem folg. *prospexerim.* Schütz erklärt *divine* durch praeclare, optime; wie bei Quinctil. 1, 10: *quae Cicero in oratore divine omnia exsequitur* und hier ep. 116, wo er sagt: senatum *divinum* fuisse in supplicatione Gabinio deneganda. Auch Ernesti erklärt: Bene se sensisse, animatum fuisse in rem publicam dicere vult. *ORELLI*: Sic Edd. meae praeter Asc. sec. et Crat. *divine* si a Cic. manu est, aliter explicari nequit, quam cum Graevio: *praescientia. numquam infidie cogitasse*; sed *i* puncto notatur, ut sit: *infide.* Oxon. 1. *nunquam nisi die* Cod. Tornaes. Oxon. 2. *pie* Bos. susp. *digne* Ern. *nisi de ea divine cog.* Asc. 2. Crat. Praeterea Beier adnotavit: „*cogito me . . . cogitasse*, non placet." At quid alteri utri substituamus? Ferenda erit igitur ista, si tamen est, negligentia. — *prospexerim*, quum ipse consul essem. Vidit enim coniuratis favere multos nobiles et in iis Caesarem ipsum. *MANUT.* Simul significat, se illi tempestati, quibus modis potuerit, occurrere eamque a communi peste depellere voluisse. *SCH.* — *praestare . . rem publ.*, den Freistaat und mithin den Weg, darin zu Wohlfahrt und Ehrenstellen zu gelangen, hätten wir — so dünkt mir zuweilen — unsern Kindern wie ein wohl erworbenes Eigenthum verbürgt und unverletzt überliefern müssen. — *alter*, Marci filius. — *non tam* scil. quam alter, Quinti filius. *non tam quia filius, quam quia mai. p. est* de Malaspin. susp. Lamb. Placet. *ORELLI.* — *alter*, Quinti filius, Attici nepos (Neffe). — *eo progressus est, quo* progressum esse *non audeo dicere*, sich so vergangen hat, dass mein Herz mir versagt es auszusprechen. Quintus enim Quinti Ciceronis filius patre et patruo inscientibus ad Caesarem literas miserat, quibus eum rogarat, ut, quocumque modo posset, patruum et patrem a consilio Italiam relinquendi revocaret. Quumque ob id inceptum a patre et patruo gravissime esset increpitus, quasi expiaturus hanc temeritatem suam et imprudentiam Romam profectus est. Inde Ciceroni nuntiatum est eum cum Hirtio collocutum; neque tamen, cuiusmodi sermones fuissent, compertum habebat. *SCH.* Cicero's eigener Sohn scheint auch darum gewusst zu haben; aber er verging sich nicht so weit, als der Sohn des Quintus. Daher *non tam . . . me . . excruciat.* Vgl. ep. CCCLXI, 4. *de iuvenibus.* Celer, der Libertus des Attikus, hatte wol durch unverständiges Geschwätz

literas. Scripsisti enim, te scripturum esse plurima, quum ipsum vidisses. Omne meum obsequium in illum fuit cum 6
multa severitate: neque unum eius nec parvum, sed multa magna delicta compressi. Patris autem lenitas amanda potius ab illo quam tam crudeliter negligenda. Nam literas eius ad Caesarem missas ita graviter tulimus, ut te quidem celaremus, sed ipsius videremur vitam insuavem reddidisse. Hoc vero eius iter simulatioque pietatis qualis fuerit, non audeo dicere. Tantum scio, post Hirtium conventum, arcessitum ab Caesare: cum eo de meo animo ab suis rationibus alienissimo et consilio relinquendi Italiam: et haec ipsa timide. Sed nulla nostra culpa est: natura metuenda est. Haec Curionem, haec Hortensii filium, non patrum culpa, corrupit. Iacet in maerore meus frater neque tam de sua vita quam de mea metuit. Huic tu, huic tu malo

---

die iungen Leute auf eine solche Idee gebracht. — *et*, de Malasp. susp. Lamb. *sed.* Placet. *ORELLI.* — *plurima*, möglichst umständlich. An *plura?* quae perpetua est confusio. *ORELLI.* — *ipsum*, Quinti filium.

6. *obsequium*, Nachgiebigkeit, Willfährigkeit. — *cum .. sever.* coniunctum. — *multa et magna* de Malasp. susp. Lamb. *OR.* — *crudeliter.* An excidit *erat* post syllabam *ter? OR.* — *negligenda*, gering zu schätzen, zu missbrauchen. — *celaremus.* Daher schrieb er ep. 361, 4. non mihi videtur tam re esse triste quam verbo. — *sed ipsius videremur.* Sic Madvig. 1. p. 53. Malim praeterea: *sed ipsi ut videremur vitam insuavem r.* - *videmus* Cett. praeter Schütz. cum Cdd. notis. („mon frère en est inconsolable." Mongault.) *Videmur* Sch. coni. *ORELLI.* Sensus est: videmur severa obiurgatione nostra hoc effecisse, ut Quintum filium paene vitae poeniteret. *SCH.* — *iter* Romam ad Caesarem. — *simulatio pietatis*, das heuchlerische Vorgeben, es geschehe aus Liebe zu uns. Nempe Quintus filius, qui hoc iter patrem et patruum celaverat, epistola relicta significasse videtur se Romam non alia causa profectum, quam ut pietatis officium faceret et peccatum illud literarum ad Caesarem missarum, quo modo posset, expiaret. *SCH.* — *tantum scio;* neque tamen certa et explorata haec erant, id quod intelligitur ex iis, quae paulo post scribit: *maxime quidem illam* cet. — *SCH.* — *Hirtium conventum*, dass er mit dem Hirtius zusammen gekommen sei; ienem Anhänger Cäsars, einem äusserst liederlichen Weichlinge (s. ad Div. XVI, 27), der iedoch 711 Consul ward. — *cum eo* collocutum esse. — *ab suis rat.* vel intellige Caesaris vel Quinti filii; ut hic ostenderet se ipsum multo Caesarem quam Pompeium sequi malle. *SCH.* — *timide* scribo, quia nondum plane certa sunt, et mallem falsa esse. *SCH.* warum nicht voller Angst, weil er uns durch unvorsichtiges Ausreden beim Caesar viel Unglück kann bereitet haben? Denn es folgt *fr. neque tam de sua vita quam de mea metuit.* — *natura*, das Naturel, der Naturhang des iungen Quintus. — C. Scribonium *Curionem.* Vid. ep. CLXVI init. Q. *Hortensii* oratoris filium. Vid. ad Attic. VI, 3. (CCLXIV, 9). X, 16, 5. 18, 1. Praetor Macedoniae M. Brutum iuvat. Vid. Phil. X, 5. 6. — *Huic*, fratri. — *huic tu malo* st. hoc in malo.

affer consolationes, si ullas potes; maxime quidem illam velim: ea, quae ad nos delata sint, aut falsa esse aut minora. Quae si vera sint, quid futurum sit in hac vita et fuga, nescio. Nam si haberemus rem publicam, consilium mihi non deesset nec ad severitatem nec ad indulgentiam! Haec sive iracundia sive dolore sive metu permotus gravius scripsi, quam aut tuus in illum amor aut meus postulabat. Si vera sunt, ignosces: si falsa, me libente eripies mihi hunc errorem. Quoquo modo vero se res habebit, nihil
7 assignabis nec patruo nec patri. Quum haec scripsissem, a Curione mihi nuntiatum est eum ad me venire. Venerat enim is in Cumanum vesperi pridie, id est, Idibus. Si quid eius igitur sermo eiusmodi attulerit, quod ad te scri-
8 bendum sit, id in literis adiungam. Praeteriit villam meam Curio iussitque mihi nuntiari mox se venturum: cucurritque Puteolos, ut ibi concionaretur. Concionatus est: rediit: fuit apud me sane diu. O rem foedam! Nosti hominem: nihil occultavit; in primis nihil esse certius, quam ut omnes, qui lege Pompeia condemnati essent, restituerentur;

„Alterum *huic tu* cum Cdd. Regg. delevit Lall. *OR.*" — *aut minora* vero, oder doch wenigstens vergrössert. — *quid fut. sit in h. v. et f.*, was sich aus diesem Betragen und aus der Entweichung des iungen Menschen noch anspinnen könne. — *consilium* cet, an Rath, an Mitteln, ihn mit Strenge und Nachsicht wieder zurück zu bringen. Sic Oxon., si fides collatori. Man. Lamb. Graev. i. e. „iustum modum servabo et in severitate et in indulgentia." Certissima videtur emendatio. Etiam alibi haec voc. vidi confusa v. c. Libr. 12, 22. *diligentiam* Cett. cum Mdd. *ORELLI.* — *iracundia* ob Quinti filii scelus; *dolore*, quo me afficit eius quem amavi et amo ingratus animus; *metu*, quod vereor, ne Caesar id quod Quintus ei prodidit in malam partem accipiat. *SCH.* *dolore* auch in Hinsicht seines Bruders, der sich grämte. — *gravius*, heftiger. — *me libente*, zu meinem innigen Vergnügen. — *nihil assignabis*, wirst Du weder .. noch ... irgend Etwas zur Last legen, ihnen die Schuld davon beimessen. Ueber *nihil* .. *nec* s. Ramsh. §. 173, 3, Not.

7. *in Cumanum* fundum Ciceronis Cumano vicinum, qui vel ipsius Curionis esset, vel amici cuiusdam. Prius tamen verisimilius. *SCH.* — *id in literis adiungam.* Vict. 2., nec ulla varietas notatur in Md. *id his literis adiungam* Sch. coni. (Nempe reliquam epistolae partem Cicero tum demum adiecit, quum Curio Puteolis redux ad se venisset. *SCH.*) Videndum tamen, ne vulgata significet *in proximis*, *in aliis literis adiungam* vel exciderit *aliis* ante *literis*; ita ut a vv. *Praeteriit* novae Ep. initium sit faciendum. Sane ista scribi commode poterant inter XVIII. Kal. Maias, quo die data sunt priora, et Ep. 5. a. d. XV. Kal. Maias. *ORELLI.*

8. *villam meam* Cumanam. — *concion.*, um in Cäsars Namen eine Rede an das Volk zu halten. — *sane diu*, ziemlich lange. — *O rem foedam!* o! der schändlichen Dinge, die ich von ihm erfahren habe. — *condemnati essent* i. e. exsules, qui legibus Pompeii de ambitu et de vi, quas ille tertium consul tulerat, con-

itaque se in Sicilia eorum opera usurum. De Hispaniis, non dubitabat, quin Caesaris essent: inde ipsum cum exercitu, ubicunque Pompeius esset: eius interitu finem belli fore; plane iracundia elatum voluisse Caesarem occidi Metellum tribunum pl.: propius factum esse nihil; quod si esset factum, caedem magnam futuram fuisse; permultos hortatores esse caedis; ipsum autem non voluntate aut natura non esse crudelem, sed quod putaret popularem esse clementiam: quod si populi studium amisisset, crudelem fore: eumque perturbatum, quod intelligeret, se apud ipsam plebem offendisse de aerario: itaque ei quum certissimum fuisset, antequam proficisceretur, concionem habere, ausum non esse vehementerque animo perturbato profectum. Quum 9
autem ex eo quaererem, quid videret? quod exemplum? quam rem publicam? plane fatebatur nullam spem reliquam; Pompeii classem timebat: quae si esset, se de Si-

demnati esset. — *in Sicilia*, wohin er als Statthalter mit drei Legionen gegen Cato abgeschickt war. — *De Hisp.*, was beide Spanien betrifft. — *quin eae* (Hispaniae) *Caesaris essent* i. e. in Caesaris potestatem brevi venirent. — *inde ipsum cum exer.* scil. Pompeium persecuturum esse. — *eius* (Pompeii) *interitu finem belli* scil. gerendi vel armorum Caesari *fore*. — *Plane .. pl.* i. e. parum abfuisse, quin Metellus a Caesare occideretur, quum aerarii fores complexus hunc ingredi vetaret. *SCH.* Pompeius hatte die Schlüssel zum Staatsschatze mitgenommen und Metell wollte nicht zulassen, dass von Cäsar die Thüren mit Gewalt aufgebrochen würden. — *prop. f. esse n.*, inzwischen sei ihm Nichts zu nahe geschehen. — *natura*, aus Gutmüthigkeit. — *popul. esse*, werde ihm die Liebe des Volks verschaffen. — *perturbatum esse*, er sei sehr unruhig. — *de aerario*, wegen seines gewaltsamen Verfahrens mit der Schatzkammer. — *quum*, obgleich. — *ausum non esse* concionem habere, *vehementerque* = sed. — *profectum* esse Roma.

9. *quam rem publicam.* Sic Edd. ante Schuetzium. Sed vulgatam lectionem ex interiore Latini sermonis scientia iamdudum explicaverat Gronovius in *Diatr.* p. 300. *Hand*: „*quid sentiret, prospiceret, praesagiret: quomodo interpretaretur istud exemplum et rem publicam, in qua tale quid admitteretur.*" Attamen exemplum ita potius accipio: „cuiusmodi exempla saevitiae editum iri a victoribus prospiceret, et quemnam postea statum rei publicae fore crederet?" cfr. Ep. 7, §. 1.: *Sullano more exemploque vincet.* Et saepius sic v. *exemplum* usurpatur de omni re insigni etiam in malam partem. Sic non prorsus necesse erit cum Tunstallo et Sch. rescribere *speciem* pro *spem*; etsi speciosa est coniectura. *ORELLI.* Graevius sic explicabat: „quod simile, quid tale umquam visum aut auditum fuerit in re publica Romana, quale modo Caesar in se admiserit, quum effregerit aerarium solus, sine auctoritate senatus et populi iussu contra intercessionem tribuni plebis." *quaererem, quid videret?* (in urbe) Tunstall. p. 15: *quod exemplum, inquam, rei publicae?* Sch. *quaererem, ecquod videret exemplum*, om. *inquam.* Sic pro Sext. c. 8. *exemplum imperii veteris et imaginem antiquitatis.* — *quae si esset.* Tunst. *isset* prob. Ern. Sed est

cilia abiturum. Quid isti, inquam, sex tui fasces? si ab senatu, cur laureati? si ab ipso, cur sex? „Cupivi, inquit, ex senatus consulto surrepto: nam aliter non poterat. At ille impendio nunc magis odit senatum. Ad senatum a me, inquit, omnia proficiscentur." Cur autem sex? „Quia duodecim nolui: nam licebat." Tum ego, quam vellem, inquam, petisse ab eo, quod audio Philippum impetrasse! sed veritus sum, quia ille a me nihil impetrabat. „Libenter, inquit, tibi concessisset. Verum puta te impetrasse: ego enim ad eum scribam, ut tu ipse voles, de ea re nos inter nos locutos. Quid autem illius interest, quoniam in senatum non venis, ubi sis? Quin nunc ipsum minime offendisses eius causam, si in Italia non fuisses." Ad quae ego, me recessum et solitudinem quaerere, maxime quod

---

„quod si Pompeius re vera classem confecisset cum eaque Italiae oris appropinquaret." Idem est atque Ep. 7, §. 2.: *si Pompeius navigare coepisset. ORELLI.* — *sex tui fasces.* Caesar Curioni Siciliam provinciam assignaverat, quam propraetor administraret, ideoque et fasces ut imperium habenti dederat. *MANUT.* — *cur laureati?* Neque enim laureatis utebantur nisi post victoriam de hostibus partam. At Curio neque adhuc victoriam ullam erat assecutus et bellum cum civibus gerebat. *MANUT.* — *cur sex?* Nam duodecim extra ordinem et Paulus Aemilius ad bellum Ibericum proficiscens usus est, quod in urbe consulibus tantum, extra urbem proconsulibus licebat. *MANUT.* — *Cupivi*, egi cum Caesare de senatus consulto ab amicis et familiaribus occulte faciendo, quo mihi Siciliam provinciam cum imperio et fascibus datam constaret; at ille, qui nunc senatui est maxime infensus, ita respondit: *Senatum contemne; a me omnia proficiscentur. MANUT.* — *surrepto.* Nam si palam ageretur, Pompeianus aliquis tribunus pl. senatus consulto intercessisset, ut L. Metellus, qui omnia, quaecunque Caesar agere instituit, intercessione impedivit. cfr. ep. 367. et Caes. de B. Civ. 1, 33. *MANUT.* *surreptum* SCtum est malis artibns ac dolis quaesitum, non legitime factum. *SCH.* — *impendio* = multo *magis*, wie bei Terent. Eun. III, 5, 39. Plaut. Aul. Prolog. 18. Gellius XI, 18. XVIII, 12. S. Ramsh. §. 143, 3, c. 155, 6, b. — *Ad senatum a me.* Sic Md. a pr. m. Cod. Tornaes. Lamb. Recte. Hoc dicit: „ex hoc tempore omnia, quae Caesar a senatu petet, per me transigentur; ipse enim odio incitatus cum senatu nihil acturus est." *senatum; a senatu a me* Md. a sec. m. Oxon. 1. 2. *senatum; a me* Cett. Edd.; quod nimium est, quum significet: „omnino omnia Caesaris consilia a me proficiscentur ac regentur." *ORELLI.*

10. L. Marcium *Philippum*, qui Atiam Iulia Caesaris sorore natam habebat in matrimonio post Octavii, prioris viri, obitum. Vitricus igitur Octavii, qui post Augustus. *MANUT.* Dieser Philipp, Consul des Iahrs 698, erbat sich und erhielt von Cäsar die Erlaubniss in Italien neutral zu bleiben. — *sed veritus sum*, ne scil. a Caesare non impetrarem, quod ille, id quod maxime cupiebat, ut Romam irem et in senatum venirem, non impetrabat. *SCH.* — *puta*, überzeuge Dich, dass es so gut sei, als hättest Du es wirklich schon erhalten. — *in senatum non venis.* Vgl. ep. 359, 1. — *nunc ipsum* i. e. hoc ipso tempore. —

lictores haberem. Laudavit consilium. Quid ergo? inquam: nam mihi cursus in Graeciam per tuam provinciam est: quoniam ad mare superum milites sunt? „Quid mihi, inquit, optatius?" Hoc loco multa perliberaliter. Ergo hoc quidem est profectum, ut non modo tuto, verum etiam palam navigaremus. Reliqua in posterum diem distulit: ex quibus 11
scribam ad te, si quid erit epistola dignum. Sunt autem, quae praeterii: interregnumne esset exspectaturus; an, quo modo dixerit ille quidem, ad se deferri consulatum, sed se nolle in proximum annum. Et alia sunt, quae exquiram. Iurabat ad summam, quod nullo negotio faceret, amicissimum mihi Caesarem esse debere. „Quid enim, inquit, scripsit ad me Dolabella?" — Dic, quid? Affirmabat eum scripsisse, quod me cuperet ad urbem venire, illum quidem gratias agere maximas et non modo probare, sed etiam gaudere? Quid quaeris? Acquievi. Levata est enim suspicio illa domestici mali et sermonis Hirtiani. Quam

---

lictores haberem mecum. Weil er das Aufsehen, das sie machten, vermeiden und sie doch aus mehren politischen Rücksichten nicht entlassen wollte. — *consilium*, diese Vorsicht. — *nam mihi.* Sch. Lün. *num* haud memores, ad hoc Curionem responsurum fuisse: „Non est." Sententia est: „quid ergo faciam? Possumne per tuam provinciam in Graeciam proficisci? nam" cett. *ORELLI.* Utique enim id Curio prohibere poterat. — *perliberaliter* dixit, bei der Gelegenheit sagte er mir hierüber eine Menge sehr verbindlicher Dinge. — *est profectum*, richtete ich wenigstens Das aus.

11. *Sunt autem*, ich habe auch noch verschiedene Fragen. — *exspectaturus* Caesar, um sich vom Interrex zum Dictator ernennen zu lassen? Denn diess Interregnum musste der Verfassung gemäss erfolgen, wenn in diesem Iahre keine Consuln für das Iahr 706 erwählt wurden. — *quomodo dixerit ille* (Caesar) *quidem*, wie seine Aeusserung zu verstehen sei. — *deferri* a Pompeianis, angeboten würde. — *Iurabat* Curio. — *quod nullo negotio † faceret*, was ihm freilich ein leichtes ist, da er Alles, was er sagt, Wahres und Unwahres mit einem Schwure zu bekräftigen pflegt. *fecerit* Graevii susp. *facit* coni. Sch. Malim: *facere solet.* Hand. *Tursell.* 1. p. 131 distinguit: *Iurabat, ad summam quod. OR.* — *Dolabella.* Sic proxime ad Cdd. (Med.) Vict. et Graevii coni. constitui locum. Handio debetur *Dic* pro *dico. Quid enim . . . Dolabella?* verba sunt Curionis; ut vidit Graevius. *Dic, quid?* Ciceronis: tum: „Curio affirmabat Dolabellam scripsisse, quod is (Dolabella) cuperet Ciceronem ad urbem venire, Caesarem Dolabellae gratias agere maximas et Ciceronis reditum in urbem non modo probare cett. *ORELLI.* — *Quid quaeris? Acquievi.* Attikus, Was soll ich Dir mehr sagen? Ich beruhigte mich (nämlich durch diese Reden des Curio). — *Levata est* cett. Denn diese ganze Unterredung mit Curio benimmt mir die Besorgniss, was für Folgen der unglückliche Schritt unseres Neffen Quintus haben könnte. S. §. 6. — *domestici mali* ex Quinti filii vel imprudentia vel malitia metuendi. — *et sermonis Hirtiani.* Non enim iam suspicor Quintum filium eiusmodi sermones cum Hirtio habuisse, qui mihi periculum

cupio illum dignum esse nobis et quam ipse me invito, † quae pro illo sit suspicandum! Sed opus fuit Hirtio convento. Est profecto nescio quid: sed velim quam minimo. Et tamen eum nondum redisse miramur. Sed haec
12 videbimus. Tu Oppios Terentiae dabis. Iam enim urbis unum periculum est. Me tamen consilio iuva, pedibusne Rhegium, an hinc statim in navem † et cetera, quoniam commoror. Ego ad te statim habebo quod scribam, simul et videro Curionem. De Tirone cura, quaeso, quod facis, ut sciam, quid is agat.

---

afferre possint. *SCH.* — *Quam cupio illum*, Quintum filium. — *invito*, † *quae pro illo sit suspicandum.* Locus corruptus. Sch. coni. Lün. *ipse me invito* (i. e. exhortor), *ne quid putem de illo suspicandum* (ne quid illum impie adversus me dixisse aut fecisse suspicandum putem). Ad sententiam recte; sed haud probabiliter. Malim: *ipse me invito ad* (ea) *quae pro illo sint, suspicandum.* *ORELLI.* S. Ramsh. §. 159, 3, b, Not. — *Sed opus.* delev. *sed* Sch. ed. min. Mallem: *Opus quid fuit H. convento? quid* facile excidere poterat ante simile v. *fuit. ORELLI.* „Aber was hatte er nöthig mit Hirtius zusammen zu kommen?" S. Ramsh. §. 144, 2, Not. 3. Grotef. §. 257, 3. — *Est prof. .. quid* cet., Etwas, was es auch sei, steckt dahinter; — *quam minimum*, möcht' es nur Etwas ganz unbedeutendes sein. *quam minimo.* Supplent: scil. malo defungi (möchten wir nur möglichst wohlfeil od. ohne Schaden dabei wegkommen). *minimum* Lamb. Rursus Sch. coni. Lün. *OR.* — *eum*, Quinti filium.

12. *Oppios*, de quibus ep. 330, 3, Terentiae conciliabis, ut illi praesto sint, si quid ei opus sit. *SCH.* „Gib der Terentia eine Anweisung auf od. an die Gebrüder Oppius zu Velia." Auf die Wechsler zu Rom glaubte Cicero in einem so gefährlichen Zeitpuncte nicht rechnen zu dürfen. Sic Vict. coni. Sqq. *optimos* Md. Oxon. 1, 2. Asc. 1. Crat. Magis placeret: *Oppii nummos* quam *Oppios* ipsos *Terentiae dabis.* Mira saltem est formula. *ORELLI.* — *Iam enim .. per. est.* Nam cavendum est illi tantum ab urbis periculo, quod unum iam videtur incommodum superesse. Nam illud de turpitudine quod me antea movebat, si eo loco feminae Romae manerent, reliquis abeuntibus, iam facessit, quum nobiles feminae in urbem omnes iam redierint. *MANUT.* *vanum* vel *nullum* pro *unum* I. F. Gronovii suspicio. Placet *nullum. ORELLI.* ut Cicero hoc dicat: Putabant enim Caesarem urbem diripiendam militibus daturum; is metus nunc cessat. Itaque tuto ibi manere Terentiam putavi, modo habeat in sumptum. *SCH.* S. ep. 307, 3. 308, 3. 320, 2. — *hinc*, von seinem Gute zu Cumae. — *in navem* † *et cetera, quoniam.* Sic corrupte Md. Oxon. 1. 2. Asc. utraq. Crat. Legendum puto: *navem et rectâ. Quo iam commoror?* Nam falsus sententiarum nexus est in vulgata. *OR.* — *simul et.* Sic Md. a pr. m. et e Codd. suis Bos., ut est saepe in Cdd. et Edd. v. c. Ep. 16. *simul et in C. veni.* Md. a sec. m. Edd. cett. *simul ut.* del. *ut* d. I. F. Gronovii sententia Sch., sine ulla tamen necessitate. *ORELLI.* Ueber *simul et* s. Ramsh. §. 179, B, a, 4. N. 2. Grotef. §. 423. Anm. 2. — *De Tirone.* S. ep. 358, 2. — *quod facis*, eine dem Cicero sehr geläufige Römische Höflichkeitsformel.

EPISTOLA CCCLXVII. (ad Div. VIII. 16.)

Scr. mense Aprili A. U. C. 705. (a. C. 49.)

Pulso ex Italia Pompeio rogat Ciceronem Caelius, ut saluti suae consulat neve afflictam fortunam sequatur, suadetque, ut se in aliquam nrbem bello vacuam recipiat. 1—5.

CAELIUS CICERONI S.

Exanimatus [sum] tuis literis; quibus te nihil nisi triste cogitare ostendisti neque, id quid esset, perscripsisti neque non tamen, quale esset, quod cogitares, aperuisti: has ad te illico literas scripsi. Per fortunas tuas, Cicero, per liberos oro, obsecro, ne quid gravius de salute et incolumitate tua consulas. Nam deos hominesque amicitiamque nostram testificor me tibi praedixisse neque temere monuisse: sed, postquam Caesarem convenerim sententiamque eius, qualis futura esset partâ victoriâ, cognoverim, te certiorem fecisse. Si existimas eandem rationem fore Caesari in dimittendis adversariis et conditionibus ferendis, erras. Nihil nisi atrox et saevum cogitat atque etiam loquitur. Iratus senatui exiit: his intercessionibus plane incitatus est: non, mehercule, erit deprecationi locus. Quare, si tibi tu, si 2
filius unicus, si domus, si spes tuae reliquae tibi carae sunt; si aliquid apud te nos, si vir optimus, gener tuus, valet: quorum fortunam non debes velle conturbare, ut eam causam, in cuius victoria salus nostra est, odisse aut

---

CAELIUS. S. zu ep. CXCII im Anf.

1. [*sum*] Alterum exemplum harum literarum est ad Atticum X, 9 (CCCLXXV). om. *sum* Asc. 1. Lamb. Lall. *ORELLI.* — *neque* tamen . . . *perscripsisti*, deutlich, vollständig geschrieben hast. — *neque non*, und in der That. S. Ramsh. §. 173, 3, a. Grotef. §. 337. 338, 3. — *oro*, *obsecro*. Cd. Petrarchae Att. Lamb. *liberos te oro et obsecro.* Fuitne ex consuetudine Latina: *Per te fortunas* cet.? *ORELLI.* *obsecro*, beschwör' ich Dich bei Allem, was heilig ist. — *ne . . . consulas*, ergreif keine Maasregel, wodurch Dein Bürgerheil und Deine Wohlfahrt könnte befährdet werden. — *praedixisse* omnia. — *temere*, ohne Grund. — *sententiamque* statt *sententiaque eius qualis* cet., Was er zu thun gedenke. Ein Hellenismus. S. Ramsh. §. 206, A, 5. — *eandem rationem fore Caesari* i. e. Erras, si putas Caesarem post Pompeium plane devictum cum adversariis sic acturum, ut cum Domitio, Lentulo aliisque, ut eos incolumes dimittat et mites illis conditiones ferat. *SCH.* — *exiit* Roma, er hat Rom verlassen. Vgl. §. 8 u. 9 des vorig. Br. — *intercessionibus*, Einsprüche, Metelli praesertim tribuni plebis. — *non . . . deprec. locus*, und alles Abbitten wird dann kein Gehör finden.

2. *si aliquid apud te nos* valemus aus *valet*, wofür *valemus* Cd. Petr. Att. Lün. S. Ramsh. §. 96, 3. Grotef. §. 194, 1. — *quorum fortunam.* Attic. Edd. pleraeque, Lamb. Lün. *eorum*, sed conf. Rostii *Spec.* 1. p. 16. *fortunam.* Sic Md. Vict. 1. Bened. Lünem.

relinquere cogamur aut impiam cupiditatem contra salutem tuam habeamus. Denique illud cogita: quod offensae fuerit in ista cunctatione, te subisse: nunc te contra victorem facere, quem dubiis rebus laedere noluisti, et ad eos fugatos accedere, quos resistentes sequi nolueris, summae stultitiae est. Vide, ne, dum pudet te parum optimatem esse,
3 parum diligenter, quid optimum sit, eligas. Quod si totum tibi persuadere non possum: saltem, dum, quid de Hispaniis agamus, scitur, exspecta; quas tibi nuntio adventu Caesaris fore nostras. Quam isti spem habeant amissis Hispaniis, nescio. Quod porro tuum consilium sit ad despe-
4 ratos accedere, non medius fidius reperio. Hoc, quod tu non dicendo mihi significasti, Caesar audierat, ac, simulatque, have, mihi dixit, statim, quid de te audisset, exposuit. Negavi me scire: sed tamen ab eo petii, ut ad te literas mitteret, quibus maxime ad remanendum commoveri posses. Me secum in Hispaniam ducit. Nam, nisi ita faceret, ego prius, quam ad urbem accederem, ubicunque esses, ad te percurrissem et hoc a te praesens contendis-
5 sem atque omni vi te retinuissem. Etiam atque etiam,

(ut est Attic. cfr. *ad Attic.* 11, 9: *fortuna omni spoliatam*). *fortunas* Crat. Vict. 2. Lamb. Graev. Ern. Sch. ed. min. *ORELLI.* — *impiam cupid.*, oder für das Gelingen dieser Sache einen gottlosen Wunsch zu thun, weil dessen Erfüllung Dein Untergang wäre. Nam, si cupimus eam victoriam, in qua salus nostra posita est, simul perniciem cupimus eorum, qui Pompeium sequuntur; quorum in numero si fueris, cogemur impie cupere contra salutem tuam. *MANUT.* — *quod offensae* (apud Pompeium) *fuerit . . . subisse*, dass Du, Was für Beleidigung des Pompeius in Deinem bisherigen Zögern liegen musste, Dir nun einmal zugezogen hast. — *τὸ contra victorem* Caesarem *facere . . . summae stultitiae est*, wenn Du ietzt gegen den Sieger handeln . . . wolltest, so wäre Das die grösste Thorheit. Ueber die Subiectsinfin. s. Ramsh. §. 168, A. 108, 3. Grotef. §. 304 u. 236, Zusatz. — *dubiis rebus* st. quum eius res adhuc dubiae essent, als seine Sachen noch zweifelhaft standen. — *laedere* = offendere. — *fugatos* Pompeianos. — *resistentes* = quum adhuc resistere possent. — *Vide, ne.* S. Ramsh. §. 193, 1, 3. Grotef. §. 402. — *te parum optimatem esse*, bei der Partei, die sich die beste nennt, zu fehlen. — *dilig.*, behutsam. — *optimum*, Lamb. *optimatum.*

3. *fore nostras*, in unsern Händen sein werden. S. Ramsh. §. 158, 4, a. — *isti*, Pompeiani. — *quod . . . consilium*, was für eine Klugheit Du dadurch bewiesest, wenn Du Dich zu der hoffnungslosen Partei gesellen wolltest.

4. *have*, guten Morgen! — *sed tamen.* Att. om. *sed.* — *literas mitteret.* Hae sunt, quarum exemplum una cum epistola ad Atticum misit. *SCH.* S. ep. CCCLXXIV, Anlage B. — *et hoc . . contendissem*, und hätte Dir mündlich Deine Einwilligung in meinen Wunsch abzunöthigen gesucht.

Cicero, cogita, ne te tuosque omnes funditus evertas: ne te sciens prudensque eo demittas, unde exitum vides nullum esse. Quod si te aut voces optimatium commovent aut nonnullorum hominum insolentiam et iactationem ferre non potes: eligas censeo aliquod oppidum vacuum a bello, dum haec decernuntur, quae iam erunt confecta. Id si feceris, et ego te sapienter fecisse iudicabo et Caesarem non offendes.

EPISTOLA CCCLXVIII. (ad Att. X. 5.)

Scr. in Cumano a. d. XV. Kal. Mai. A. U. C. 705. (a. C. 49.)

De die itineris nondum se constituisse. 1. de altero cum Curione colloquio; de Q. filio regendo. 2. de epistola ad Vestorium missa; tum de negotio empti diversorii a Vectieno curato; denique de Attici itinere. 3.

CICERO ATTICO S.

De tota mea cogitatione scripsi ad te antea satis, ut mihi visus sum, diligenter. De die nihil sane potest scribi
certi praeter hoc: non ante lunam novam. Curionis sermo 2
postridie eandem habuit fere summam, nisi quod apertius significavit se harum rerum exitum non videre. Quod mihi mandas de Quinto regendo, Ἀρκαδίαν. Tamen nihil praetermittam. Atque utinam tu! Sed molestior non ero. Epi-

---

5. *cogita* = cave. — *ne te sciens . . . eo demittas*, dass Du Dich nicht mit Wissen und Willen in eine Grube herablassest. *nec* Att. — *Quod si . . . commovent*, wirken aber gleichwohl die Reden der Optimaten so stark auf Dein Gemüth. — *nonnullorum*, gewisser Leute. — *dum . . . decernuntur*, während od. solange über diese Händel gefochten wird, die sicher bald abgemacht sind. Der CCCLXXII Brief ist die Antwort auf diesen Brief des Cälius.

1. *De . . mea cogit.*, über mein Vorhaben. — *de die* profectionis meae in Graeciam.

2. *eandem . . . summam*, quam prior, denselben Inhalt, wie unser erstes Gespräch. S. ep. CCCLXVI, 8 ff. — *apertius*, noch offener. — *har. rer. exit.*, keinen Ausgang aus unserm gegenwärtigen Zustande. — *de Quinto* fratris filio *regendo*, quem mox ad patrem et patruum rediturum esse Atticus nuntiaverat. *SCH.* — Ἀρκαδίαν, „das heisst mehr von mir verlangt, als ich Dir zu leisten vermag." Hexameter integer sic se habet: *Ἀρκαδίαν μ' αἰτεῖς, μέγα μ' αἰτεῖς, οὔτοι δώσω*, *Arcadiam me poscis, rem magnam me poscis, nequaquam dabo.* Proverbium, quum quis petit, quod fieri non potest aut difficillimum est. Is versus oraculo editus est, de quo Herodotus 1, 66. *ERNESTI.* Notandum vero ex hoc versiculo Ciceronem priora tantum verba *Ἀρκ. . . . μ' αἰτεῖς* Attici petitioni de Quinto opponere. *SCH.* Zur Sache vgl. ep. CCCLXVI, 5 ff. — *praeterm.*, negligam. — *utinam tu* ipse eum regere posses. — *molestior.* Sic Vict. 2. *modestior* Cett. Illud *Manutius* interpretatur:

stolam ad Vestorium statim detuli, ac valde requirere solebat.
3 Commodius tecum Vectienus est locutus, quam ad me scripserat. Sed mirari satis hominis negligentiam non queo. Quum enim mihi Philotimus dixisset [se] HS L. emere de Canuleio deversorium illud posse, minoris etiam empturum, si Vectienum rogassem; rogavi, ut, si quid posset, ex ea summa detraheret: promisit: ad me nuper, se HS XXX. emisse: ut scriberem, cui vellem addici: diem pecuniae Id. Novembr. esse. Rescripsi ei stomachosius cum ioco tamen familiari. Nunc, quoniam agit liberaliter, nihil accuso hominem, scripsique ad eum me a te certiorem esse factum.

---

haud minus severa utar disciplina, quod infra ep. 378 his verbis significat: *Quintum filium severius cohibebo*; *Ernestius* autem: nolo molestus esse Attico, ut Quinti regendi onus ei imponam. Si *modestior* legas, sensus sit: „lenior non ero." Nam modestus est, qui modum facit severitati et irae. — *ad* C. Vestorium Puteolanum argentarium. Vid. ep. CIX. CXXXVII. CXLIX. CLVI. CLXXXV, CCLVI. — *detuli*, ich habe bringen lassen. De Graevii susp. Sch. Lün. *deculi* Ball. *detulit* Helmst. *de Tullia* Cett. cum Md. ut videtur. Defendit hoc Ern. *ORELLI.* — *ac v. requir. solebat* illam epistolam h. e. quaerere, an nondum esset ad Ciceronem perlata.

3. *Commodius*, gefälliger, gelegener. Nimirum Vectienus s. Vettienus deversorium illud (das Absteigequartier in einem Städtchen zwischen zweien weiter als eine Tagereise von einander entfernten Landgütern des Cicero. Vgl. ep. 124: *ista quidem summa nae ego multo libentius emerim deversorium Terracinae, ne semper hospiti molestus sim.*), quo de agitur, Ciceroni emerat ac diem pecuniae solvendae Id. Novembr. dixerat. Hic dies Ciceroni incommodus erat, utpote in hac nummorum difficultate nimis propinquus. Cum Attico deinde sic locutus est Vectienus, ut vel differri posse illum diem diceret, vel se pecuniam a d. Id. Nov. soluturum promitteret, quam Cicero sibi, ubi commodum esset, redderet. *SCH.* — *Vectienus*, amicus Ciceronis, Monetalis appellatus, argentarius aut fenerator fuisse videtur. Vid. ad Attic. V, 11. XII, 3. XV, 13. — *Philotimus*, Ciceronis libertus. — [*se*] Sic e vestigiis Codd. Infra *se*, quod aeque abest a Md. et Vict. 2., Cett. tolerant: neque video, quae h. l. insit elegantia in omisso pronomine, quod requiri videtur a praeced. *mihi*. *OR.* — *HS. L.* = 5,000 Flor. — *hominis* i. e. Vectieni negligentiam, qui tam negligenter cum Canuleio de die solutionis egisset. Longiorem enim fuisset impetraturus, si contendisset. *MANUT.* — *Canuleio*, quem aliunde non novimus. In Brut. c. 92 M. Canuleius memoratur. — *ad me nuper* scripsit, misit, *se* (om. Md. Vict. 1. 2.). — *HS.* XXX = 3,000 Flr. — *ut scriberem.* delend. *ut* censebat Ern. Quamquam item est alibi, v. c. Ep. 15: *adscripsit, ut Gallio . . darem. ORELLI.* — *cui vellem addici*, Wem es sollte übergeben werden. — *diem pec.*, der Zahlungstag sei der 13. November. — *stomachosius*, ein wenig ärgerlich. Sic Man. Lamb. Vict. 2. Seqq. Et sic est Ep. 11 (377) *θυμικώτερον eram locutus.* Ep. 16: *asperius ad te de eo scribere solebam.* Et *stomachose* Ciceroni tribuit Charis. p. 193. P. *OR.* — *cum ioco t. fam.*, doch in dem Tone, worin gute Freunde mit

Tu, de tuo itinere quid et quando cogites, velim me certiorem facias. A. d. xv. Kal. Maias.

EPISTOLA CCCLXIX. (ad Att. X. 6.)

Scr. in Cumano circa X. Kal. Mai. A. U. C. 705. (a. C. 49.)

De itinere suo. 1. de Q. F. regendo. 2. de nuntio, quem pro certo habeat, Pompeium in Galliam proficisci. 3.

CICERO ATTICO S.

Me adhuc nihil praeter tempestatem moratur. Astute nihil sum acturus: fiat in Hispania quidlibet: et tamen retice. Meas cogitationes omnes explicavi tibi superioribus literis. Quocirca hae sunt breves: † et tamen, quia festinabam eramque occupatior. De Quinto filio, *fit a me* qui- 2
dem *sedulo:* sed nosti reliqua. Quod dein me mones, et amice et prudenter mones: sed erunt omnia facilia, si ab uno illo cavero. Magnum opus est: mirabilia multa: nihil simplex, nihil sincerum. Vellem, suscepisses iuvenem regendum. Pater enim nimis indulgens, quidquid ego adstrinxi, relaxat. Si sine illo possem, regerem: quod tu potes. Sed ignosco: magnum, inquam, opus est. Pompeium 3

---

einander scherzen. — *liberaliter*, commodius. — *itinere* in Epirum.

1. *Astute*, hinterlistig. — *fiat in H. quidlibet*, wie es auch in Spanien ausfallen mag; seu vincant Pompeiani seu vincantur. S. ep. 367, 3. — *retice*, doch lass Dich Nichts merken. — † *et tamen.* Hoc corruptum. *breves*, etiam de Malasp. susp. Lamb. Possis etiam: *breves; ita tamen* scil. sunt breves. *ORELLI.*

2. *De Quinto filio*, was Deinen Auftrag wegen des iungen Q, betrifft. S. vorig. Br. — *fit a me . . sedulo*, aus Terent. Adelphis Act. III, sc. IV, 50 ed. Bipont. Cicero hatte genug daran, nur auf die ersten Worte dieser Stelle hinzuweisen; desshalb setzt er hinzu *sed nosti reliqua.* Doch will er vielleicht damit die dem Attikus wohl bekannten Hindernisse andeuten, welche der Zügelung des iungen Q. im Wege standen. — *me mones* scil. ut mihi caveam, ne in Caesaris odium incurram. — *ab uno illo* scil. Quinti filio eiusque vel imprudentia vel malitia. *SCH.* — *mirabilia multa* facit, alle Augenblicke macht er wunderliche Streiche, setzt er in Verlegenheit. — *nihil . . . sincerum* in illo Quinti filio inest. — *sine illo*, patre. — *Sed ignosco* scil. tibi, quod onus illud regendi Quinti filii tibi non vis imponi. *SCH.* An *ignosce?* „tibi quoque id erit difficillimum." *OR.* — *inquam.* Fort.: *magnum, magnum inquam* ex usu Cic. *ORELLI.*

3. *in Galliam*, um seiner Provinz Spanien zu Hülfe zu eilen. Das glaubten damals Viele; aber Pompeius hatte einen ganz an-

pro certo habemus per Illyricum proficisci in Galliam. Ego nunc qua et quo videbo.

EPISTOLA CCCLXX. (ad Att. X. 7.)

Scr. in Cumano circa V. Kal. Mai. A. U. C. 705. (a. C. 49.)

Attici consilium probat, suum defendit suasque rationes cum illius causa comparat. 1. Ser. Sulpicium se convenire velle. 2. et Curionem secum vixisse nuntiat; Quintum filium se obiurgasse scribit; de Oppiis ut videat, rogat praediisque Attici usurum se esse ut suis, si in Epirum venerit, ostendit. 3.

CICERO ATTICO S.

Ego vero Apuliam et Sipontum et tergiversationem istam probo: nec tuam rationem eandem esse duco quam meam; non quin in re publica rectum idem sit utrique nostrûm: sed ea non agitur. Regnandi contentio est; in qua pulsus est modestior rex et probior et integrior et is, qui nisi vincit, nomen populi Romani deleatur necesse est: sin autem vincit, Sullano more exemploque vincet. Ergo hac in contentione neutrum tibi palam sentiendum et tempori serviendum est. Mea causa autem alia est, quod beneficio vinctus ingratus esse non possum: nec tamen in acie, sed Melitae aut alio in loco simili oppidulo futurum puto. Nihil, inquies, iuvas eum, in quem ingratus esse non vis?

---

deren Plan. — *videbo*, auf den Fall hätt' ich meine Fragen: wohin? und auf welchem Wege? (ich ihm folgen sollte) danach zu entscheiden.

1. *Apuliam.* Probo consilium et rationem discessus tui ex Italia, quod quasi tergiversans proficiscaris ad exsequenda negotia tua in Apuliam, Sipontum et alia loca, ne suspicio sit te Caesaris imperium fugere. *POPMA.* — *Sipontum*, eine ansehnliche Stadt an der Küste von Apulien, von welcher noch ietzt Trümmern bei Manfredonia zu sehen sind. — *rationem*, Deine Verhältnisse. — *non quin*, nicht als ob nicht. — *sed ea* (res publica) *non agitur*, aber um diese ist est nicht zu thun; der Streit ist, Wer von beiden König sein soll. — *pulsus est* ex Italia, Pompeius. — *Sullano more* d. i. er wird die Gegenpartei gänzlich vertilgen. — *neutrum .. sentiendum et* = sed *temp. serv. est*, brauchst Du Dich für Keinen von beiden öffentlich zu erklären, sondern Dich in die Zeit zu schicken. Fort.: *sentiendum est? tempori serviendum est. ORELLI.* — *in acie* Pompeii. — *sed Melitae aut alio in loco simili oppidulo* me *futurum* esse *puto.* Sic Md. Cdd. Bosii. Oxon. 1. 2. Iens. Vict. 2. Bos. Graev. Ern. (qui tamen *loco* [ ] del. Sch. Lün.). Recte, ni fallor, Bos. explicat: „in loco, qui similis sit Melitae, quod ad oppidum attinet." Nos diceremus: „alio in loco cum simili oppidulo." *aliquo in loco sive oppidulo* Ball. Helmst. *aliquo* saltem in talibus est plane Tullianum pro *alio aliquo. ORELLI.* S. Ramsh. §. 160, 2, N. 5, a, *. — *iuvas* = iuvare vis. — *Immo ... voluisset*, o! vielleicht hätt' er mit noch Wenigerem fürlieb genom-

Immo minus fortasse voluisset. Sed de hoc videbimus. Exeamus modo: quod ut meliore tempore possimus, facit Adriano mari Dolabella, Fretensi Curio. Iniecta autem 2
mihi spes quaedam est, velle mecum Ser. Sulpicium colloqui. Ad eum misi Philotimum libertum cum literis; si vir esse volet, praeclara *συνοδία:* sin autem .... erimus nos, qui
solemus. Curio mecum vixit, iacere Caesarem putans offen- 3
sione populari, Siciliaeque diffidens, si Pompeius navigare coepisset. Quintum puerum accepi vehementer. Avaritiam video fuisse et spem magni congiarii. Magnum hoc malum est. Sed scelus illud, quod timueramus, spero nullum fuisse. Hoc autem vitium puto te existimare non a nostra indulgentia, sed a natura profectum: quem tamen nos disciplina regimus. De Oppiis Veliensibus quid placeat, cum Philotimo videbis. Epirum nostram putabimus: sed alios cursus videbamur habituri.

---

men. — *exeamus* ex Italia. — *meliori tempore*, bei besserer Iahrszeit. — *Dolabella* .. *Curio*, Brachylogie statt: dazu verhilft uns der Umstand, dass Dolabella am Adriatischen Meere; Curio am Sicilischen die Oberaufsicht führt, die mich fortlassen werden. *Fretensi*, freto Siculo. *freto Siciliensi* Vict. coni. Lamb. cfr. Wolf ad *Suet. Tib.* 2. *OR.*

2. *Ser. Sulpicium* Q. F. Rufum. S. zu ep. 365 im Anf. — *συνοδία*, congressus, welch' ein trefflicher Reisegefährte wäre er dann! — *sin autem* .... Aposiopesis. Cicero behält in der Feder: eine Memme ist. Ueber *sin autem* s. Grotef. §. 405; Anm. 2. — *erimus*, manebimus, *qui* esse *solemus*.

3. *mec. vixit*, diu apud me fuit. S. ep. 366, 8. — *iacere*, sei in der Volksgunst gänzlich gesunken. — *offens. pop.*, weil er das Volk durch sein gewaltthätiges Benehmen in der Schatzkammer beleidigt hat. S. ep. CCCLXVI, 8 ff. — *Siciliae diffidens*, und auf Sicilien machte er sich wenig Rechnung. Vgl. ep. CCCLXVI, 9: Pompeii classem timebat (Curio): quae si esset, se de Sicilia abiturum. — *vehementer accepi*, hab' ich heftig angefahren, als er sich wieder sehen liess. S. ep. CCCLXVIII u. CCCLXIX, 2. — *spem magni congiarii* i. e. praemii a Caesare consequendi causam fuisse, cur ad eum profectus sit. — *vitium* avaritiae. — *quem* ... *regimus*, wir halten ihn iedoch in guter Zucht. *quam* ... *regemus* Ern. susp. *quam* .. *recep.* Sch. Lün. *quod tamen* Asc. pr. *OR.* — *Oppiis*. S. zu ep. CCCLXVI, 12. — *videbis* = deliberabis. — *Epirum*. Intellige Attici in Epiro praedia, quibus usurus erat pro suis, ut eo diverteret, quum placeret. *ERNESTI.*

EPISTOLA CCCLXXI. (ad Div. IV. 2.)

Scr. in Cumano exeunte Aprili A. U. C. 705. (a. C. 49.)

Quaerenti Sulpicio, quid faciendum sit, respondet cum laude eius, si recta sequenda, certam rationem esse; non item, si utilia, quia Caesaris causa firmior, honestior Pompeii. Longius ergo discedendum ab urbe, in qua quae fiant turpe sit probare: non probare, periculosum. Sed, quo eundum, difficilem esse deliberationem. Qua de re si colloqui velit, quam primum, rogat, adveniat. 1—4.

M. CICERO S. D. SER. SULPICIO.

A. d. III. Kal. Maias quum essem in Cumano, accepi tuas literas: quibus lectis cognovi non satis prudenter fecisse Philotimum; qui, quum abs te mandata haberet, ut scribis, de omnibus rebus, ipse ad me non venisset, literas tuas misisset: quas intellexi breviores fuisse, quod eum perlaturum putasses. Sed tamen, postquam tuas literas legi, Postumia tua me convenit et Servius noster. His placuit, ut tu in Cumanum venires: quod etiam mecum,
2 ut ad te scriberem, egerunt. Quod meum consilium exquiris, id est tale, ut capere facilius ipse possim, quam alteri dare. Quid enim est, quod audeam suadere tibi, homini summa auctoritate summaque prudentia? Si, quid rectissimum sit, quaerimus, perspicuum est: si, quid maxime expediat, obscurum: sin ii sumus, qui profecto esse debemus, ut nihil arbitremur expedire, nisi quod rectum honestumque sit, non potest esse dubium, quid faciendum
3 nobis sit. Quod existimas meam causam coniunctam esse cum tua: certe similis in utroque nostrûm, quum optime sentiremus, error fuit. Nam omnia utriusque consilia ad concordiam spectaverunt: qua quum ipsi Caesari nihil esset utilius, gratiam quoque nos inire ab eo defendenda pace

SER. SULPICIO. S. zu ep. CCCLXV im Anf. Man beachte die Feinheit, womit Cicero ihn behandelt.

1. *III. Kal. Mai.*, am 29. April. — *Philotimum; qui* = ut is, quippe qui. — *de omnibus rebus*, de quibus mecum deliberaturus esses. — *eum* ipsum. — *Postumia*, uxor Ser. Sulpicii. — *Servius*, Ser. Sulpicii filius. — *noster*, Ausdruck Römischer Etiquette.

2. *Quod ... exquiris*, in Betreff dessen, dass Du meinen Rath verlangst, antworte ich u. s. w. — *capere* consilium, einen guten Rath, Entschluss für mich fassen, mir selbst geben od. = accipere ab alio, einen guten Rath von einem Andern gebrauchen. — *perspic. est*, Das liegt am Tage. — *sin ii* = tales im Gegens. von *qui* = quales. *hi* Neap. Asc. Crat. Lamb.

3. *certe*, so gestehe ich wenigstens u. s. w. — *utriusque nostrûm* Mart.-Lag. Lün. contra Md. *ORELLI.* — *gratiam ... arbitr.*, so glaubten wir durch Vertheidigung des Friedens noch Dank bei

arbitrabamur. Quantum nos fefellerit et quem in locum res deducta sit, vides. Neque solum ea perspicis, quae geruntur quaeque iam gesta sunt: sed etiam qui cursus rerum, qui exitus futurus sit. Ergo aut probare oportet ea, quae fiunt, aut interesse, etiam si non probes: quorum altera mihi turpis, altera etiam periculosa ratio videtur. Restat, ut discedendum putem. In quo reliqua videtur esse 4
deliberatio, quod consilium in discessu, quae loca sequamur. Omnino quum miserior res nunquam accidit, tum ne deliberatio quidem difficilior: nihil enim constitui potest, quod non incurrat in magnam aliquam difficultatem. Tu, si videbitur, ita censeo facias, ut, si habes iam statutum, quid tibi agendum putes, in quo non sit coniunctum consilium tuum cum meo, supersedeas hoc labore itineris: sin autem est, quod mecum communicare velis, ego te exspectabo. Tu, quod tuo commodo fiat, quam primum velim venias, sicut intellexi et Servio et Postumiae placere. Vale.

EPISTOLA CCCLXXII. (ad Div. II. 16.)

Scr. in Cumano exeunte Aprili A. U. C. 705. (a. C. 49.)

Respondet Caelii epistolae (h. ed. 367) negatque se castra Pompeii ad bellum contra Caesarem secuturum; se potius nihil ait magis fugere, quam arma civilia, nec quicquam turbulenter aut temere facturum. 1—7.

M. CICERO IMP. S. D. M. CAELIO.

Magno dolore me affecissent tuae literae, nisi iam et ratio ipsa depulisset omnes molestias et diuturna desperatione rerum obduruisset animus ad dolorem novum. Sed tamen, quare acciderit, ut ex meis superioribus literis id

---

ihm zu verdienen. — (At) *Quantum . . fefellerit* scil. res. Immo Caesar. — *interesse* iis, quae fiunt, Theil daran nehmen. — *quorum* refertur ad voc. *probare*, *interesse*. *OR.*

4. *disced.*, man müsse auswandern. — *In quo*, in diesem Falle. — *consilium*, Absicht, Zweck. — *incurrat in*, stiesse auf. — *si habes iam statutum*, wenn Du einen Beschluss schon in Bereitschaft hast, bei Dir im Busen trägst. S. Ramsh. §. 171, II, A. 2. Grotef. §. 324. — *non sit coniunctum cum meo*, mit dem meinigen (Plane) nicht zusammenträfe. — *supersedeas h. l. it.*, so erspartest Du Dir lieber die Mühe einer Reise zu mir, einer Hieherreise. — *mec. commun.*, mit mir berathen. — *quod tuo comm. fiat*, sofern es mit Deiner Bequemlichkeit geschehen könnte. Ueber *quod* s. Ramsh. §. 182, N. 1. Grotef. §. 393.

M. CAELIO. S. ep. CXCII im Anf.

1. *ratio*, die Vernunft. — *desper. rer.*, Verzweifelung am Staate. — *ex meis sup. lit.*, quae non exstant. — *sollicit. habe-*

suspicarere, quod scribis, nescio. Quid enim in illis fuit praeter quaerelam temporum, quae non meum animum magis sollicitum haberent, quam tuum? Nam non eam cognovi aciem ingenii tui, quod ipse videam, te id ut non putem videre. Illud miror, adduci potuisse te, qui me penitus nosse deberes, ut existimares aut me tam improvidum, qui ab excitata fortuna ad inclinatam et prope iacentem desciscerem: aut tam inconstantem, ut collectam gratiam florentissimi hominis effunderem a meque ipse deficerem et, quod
2 initio semperque fugi, civili bello interessem. Quod est igitur meum „triste consilium?" ut discederem fortasse in aliquas solitudines? Nosti enim non modo stomachi mei, cuius tu similem quondam habebas, sed etiam oculorum in hominum insolentium indignitate fastidium. Accedit etiam molesta haec pompa lictorum meorum nomenque imperii, quo appellor. Eo si onere carerem, quamvis parvis Italiae latebris contentus essem. Sed incurrit haec nostra laurus non solum in oculos, sed iam etiam in voculas malevolorum. Quod quum ita esset, nihil tamen unquam de profectione, nisi vobis approbantibus, cogitavi. Sed mea praediola tibi nota sunt: in his mihi necesse est esse, ne amicis molestus sim. Quod autem in maritimis sum, facillime moveo nonnullis suspicionem velle me navigare: quod tamen fortasse non nollem, si possem ad otium. Nam ad bellum quidem quî convenit? praesertim contra eum, cui spero me satis-

---

rent, beängstigen mussten. Sic Ciz. Neap. Asc. 1. Vict. 2. Lamb. Mart.-Lag. prob. Daehnio. *haberet* Md. Crat. Vict. 1. Graev. Ern. Bened. Sch. *ORELLI*. — *qui* = quum tu *me penitus* cet. — *ab excitata* Caesaris *fortuna ad inclinatam* Pompeii, von dem steigenden Glücke des Caesars zu dem sinkenden Glücke des Pompeius. — *ut coll. gr. flor. hominis* i. e. Caesaris *effunderem*, dass ich die sorgfältig erworbene Zuneigung eines Mannes verscherzte, dessen Glück in höchster Blüthe steht.

2. *triste consilium*, mein trübseliges Vorhaben. — *cuius tu simil.* Significat illud tempus, quo Caelius contra cives improbos pro re publica senserat. Vid. Brut. c. 79. — *in hom. insol. ind. fastid.*, Ekel, Verdruss bei dem unwürdigen Betragen übermüthiger Leute. Vgl. ep. CCCLXVII, 5. — *pompa lictor. meor.*, das Gepränge meiner Lictoren. S. ep. CCCLXVI, 10. — *quamvis* = quantumvis, wenn auch noch so. — *laurus* = fasces laureati. Vgl. ep. CCCLXVI, 9. Abstr. pro concreto. — *in voculas malev.*, geben sie Anlass zu manchen Spässen der gegen mich Uebelgesinnten. — *Quod quum ita esset* = dessungeachtet. — *facillime moveo.* Sic Md. a sec. m. Neap. *sum facillime* i. e. libentissime: *moveo* Cdd. aliq. Mart.-Lag. Sch. Lün. *OR.* — *si possem ad otium*, wenn ich zur See gehen könnte, um einen ruhigen Aufenthalt zu suchen. — *ad bellum* me navigaturum esse, *quî convenit*, wie reimte sich Das, wie liesse sich Das denken? — *contra eum*, Caesarem ..., *ab eo* (zu Dem, zu dessen Partei), Pompeio = et in

fecisse, ab eo, cui iam satisfieri nullo modo potest? Deinde 3
sententiam meam tu facillime perspicere potuisti iam ab illo tempore, quum in Cumanum mihi obviam venisti. Non enim te celavi sermonem T. Ampii: vidisti, quam abhorrerem ab urbe relinquenda. Quum audissem, nonne tibi affirmavi quidvis me potius perpessurum, quam ex Italia ad bellum civile me exiturum? Quid ergo accidit, cur consilium mutarem? Nonne omnia potius, ut in sententia permanerem? Credas hoc mihi velim, quod puto te existimare, me ex his miseriis nihil aliud quaerere, nisi ut homines aliquando intelligant me nihil maluisse quam pacem: ea desperata, nihil tam fugisse quam arma civilia. Huius me constantiae puto fore ut nunquam poeniteat. Etenim memini in hoc genere gloriari solitum esse familiarem nostrum, Q. Hortensium, quod nunquam bello civili interfuisset. Hoc nostra laus erit illustrior, quod illi tribuebatur ignaviae: de nobis id existimari posse non arbitror.
Nec me ista terrent, quae mihi a te ad timorem fidelissime 4
atque amantissime proponuntur. Nulla est enim acerbitas, quae non omnibus hac orbis terrarum perturbatione impendere videatur: quam quidem ego a re publica meis privatis et domesticis incommodis libentissime vel istis ipsis, quae
tu me mones ut caveam, redemissem. Filio meo, quem 5

---

quo standum mihi esset ab eo vel ab eius partibus, nempe Pompeio, apud quem tamen veniendo nullam gratiam inibo, quia serius veni. *GRONOV*. ap. Graev. et Rost *Spec.* 1, p. 9. Zur Sache vgl. ep. CCCLXVII, 2 in med.

3. *in Cumanum mihi* e Cilicia redeunti. — *T. Ampii* Balbi, ad quem scribit Lib. VI, ep. 12 haud dubie minacem et immoderatum de bello utique gerendo. Unde Caesariani hunc T. Ampium tubam belli civilis post victoriam appellabant. *GRONOV*. Ueber diesen Pompeianer, 691 Trib. Pleb., 696 Prätor, s. ad Quint. Frtr. I, 3. ad Famil. I, 3. VI, 12 (514 h. ed.) VIII, 11. XIII, 70. — *ad urb. relinq.*, was Pompeius damals schon Willens war. — *Quum audissem* scil. hoc factum esse a Pompeio ceterisque eius asseclis. „Sic Md. Graev. Ern. Bened. *Quod quum audissem* Ald. Vict. 1. 2, Lamb. Mart.-Lag. Sch. Lün. Sed quid tandem tunc audierat Cicero? Malum est supplementum. Fuitne: *quum audisses*, vel *eum* (sermonem) *quum audisses?* Facile *eum* excidere poterat ante *cum*. *ORELLI*." - *omnia potius* ita acciderunt, *ut* (Lamb. *cur*). — *quod illi* (*in illo* Ern. susp.) *trib. ignaviae*, weil es ienem zur Gleichgültigkeit oder als Hang zur Unthätigkeit ausgelegt wurde.

4. *fidelissime.* cfr. *Lib.* 2. *Ep.* 1. §. 2. *fidelissimis atque amantissimis consiliis*, aus der redlichsten und liebevollesten Absicht. — *ad timorem*, um mich bange zu machen. — *quam quidem . . . redemissem*, die ich wenigstens gerne mit Aufopferung meines persönlichen und häuslichen Wohlstandes, ia selbst mit dem Aergsten, was Du mich zu verhüten ermahnst, abgekauft und vom Staate abgewandt hätte.

tibi carum esse gaudeo, si erit ulla res publica, satis amplum patrimonium relinquam in memoria nominis mei. Sin autem nulla erit, nihil accidet ei separatim a reliquis civibus. Nam quod rogas, ut respiciam generum meum, adolescentem optimum mihique carissimum: an dubitas, quum scias, quanti quum illum, tum vero Tulliam meam faciam, quin ea me cura vehementissime sollicitet? et eo magis, quod in communibus miseriis hac tamen oblectabar specula, Dolabellam meum vel potius nostrum fore ab iis molestiis, quas liberalitate sua contraxerat, liberum. Velim quaeras, quos ille dies sustinuerit, in urbe dum fuit: quam acerbos
6 sibi, quam mihimet ipsi socero non honestos. Itaque neque ego hunc Hispaniensem casum exspecto, de quo mihi exploratum est ita esse, ut tu scribis, neque quidquam astute cogito. Si quando erit civitas, erit profecto nobis locus: sin autem non erit, in easdem solitudines tu ipse, ut arbitror, venies, in quibus nos consedisse audies. Sed ego fortasse vaticinor et haec omnia meliores habebunt exitus. Recordor enim desperationes eorum, qui senes erant, adolescente me: eos ego fortasse nunc imitor et utor aetatis
7 vitio. Velim ita sit. Sed tamen! .... Togam praetextam texi Oppio puto te audisse. Nam Curtius noster dibaphum

---

5. *in memoria.* Asc. Ald. *in memoriam.* Crat. Mart.-Lag. Sch. Lün. *memoriam. OR.* — *quod rogas*, was Deine Bitte betrifft. — *specula*, Deminut. von *spes*, die freilich geringe Hoffnung. Sie ward wirklich zu Wasser. — *ab iis* (*his* Md. Vict. 2.) *molestiis*, ab aere alieno; cuius causa ut creari tribunus plebis posset, plebeius postea factus est legemque de tabulis novis promulgavit, de quo queritur Cicero ad Attic. Lib. XI, ep. 23. *SCH.* — *liberalitate.* Immoderatus sumptus generi honesto nomine appellat. Multa multis largiendo aes alienum vel confieri vel certe augeri potest. Ceterum Dolabellae prodigalitas per *ὑποκορισμὸν liberalitas* appellatur. Cicero autem speraverat Dolabellam Caesaris donis ac muneribus sublevatum iri. — *quos .. dies*, Zahlungstage, Zahlungstermine. — *mihimet ipsi.* Sic emendavi corruptam Md. scripturam: *mihi fuit ipsi.* Cett. *mihi ipsi* praeter Mart.-Lag. Sch. Lün. qui: *ipsi mihi. OR.* — *sustinuerit* a creditoribus vexatus.

6. *neque ego hunc Hisp. cas. exsp.* h. e. neque exspecto, an forte Pompeii legati Petreius et Afranius vincant; utpote qui potius, ut tu scribis, Caesarem victorem fore praevideam. *SCH.* — *neque .. cogito* scil. de partibus Pompeii aut Caesaris amplectendis, prout res in Hispania ceciderit. *ERNESTI.* „noch brüte ich über irgend einen hinterlistigen Gedanken." — *civitas*, res publica. — *vaticinor*, hariolor. „doch ich schwärme vielleicht, mache den Weissager." — *desperat.*, die Hoffnungslosigkeit. — *utor aet. vitio*, und verfalle in diese Altersschwachheit. — *Sed tamen* .... Aposiopesis.

7. *praetextam texi* h. e. magistratum aliquem a Caesare destinari. Ceterum hic rumor incertus fuit. Certe non constat Oppium

cogitat: sed eum infector moratur. Hoc adspersi, ut scires me tamen in stomacho solere ridere. *De* Dolabella, quod scripsi, suadeo videas, tamquam si tua res agatur. Extremum illud erit: nos nihil turbulenter, nihil temere faciemus. Te tamen oramus, quibuscunque erimus in terris, ut nos liberosque nostros ita tueare, ut amicitia nostra et tua fides postulabit.

EPISTOLA CCCLXXIII. (ad Div. V. 19.)

Scr. in Cumano exeunte Aprili A. U. C. 705. (a. C. 49.)

Pompeio Italia pulso, L. Mescinius Rufus, Ciceronis antea quaestor in provincia, in illius, tamquam rei publicae, castra transire non plane certus cogitabat, quem Cicero corfirmat et, ut maneat in sententia, suadet. 1—2.

CICERO RUFO.

Etsi mihi nunquam dubium fuit, quin tibi essem carissimus, tamen quotidie magis id perspicio: exstatque id, quod mihi ostenderas quibusdam literis, hoc te studiosiorem in me colendo fore, quam in provincia fuisses, — etsi, meo iudicio, nihil ad tuum provinciale officium addi potest — quo liberius iudicium esse posset tuum. Itaque me et superiores literae tuae admodum delectaverunt, quibus et exspectatum meum adventum abs te amanter videbam et, quum aliter res cecidisset ac putasses, te meo consilio

---

magistratum anno proximo vel deinceps gessisse. *SCH.* Ueber *Oppius* s. ad Attic. V, 1. ad Q. Fr. III, 1. — M. *Curtius* Postumus. S. ad Q. Fr. II, 15. 16. III, 1. ad Attic. X, 13. IX, 2 (343, 3). XII, 49. XIV, 9. — *dibaphum cogitat* i. e. augur fieri cupit. Augures enim purpura bis tincta utebantur. Manutius comparavit locum ad Attic. II, 9 (ep. h. ed. 35.): *Vatinii strumam sacerdotii διβάφῳ vestiant. SCH.* — *infector*, der Färber hält ihn noch auf. Nämlich Cäsar. — *adspersi*, obiter adieci. — *in stomacho*, selbst bei übler Laune. — *ridere*, scherzen. — *suadeo videas.* Velim cures praeberi vel dari nummorum quod scripsi; nam his sine dubio egebat. Terent. Heautont. III, 1, 50: *aliud lenius, scribes, vide.* ad Attic. V, 1 (h. ed. 184.): *ut prandium nobis videret. GRONOV.*

RUFO. S. ep. CCCII im Anf. CXCVIII, 4 und zu ep. CCCVI am Ende.

1. *exstatque*, und es springt in die Augen. — *etsi .. nihil ... addi potest*, obgleich . . . man von Dir nicht Mehr verlangen kann, als Was Du in Deinem damaligen Dienstverhältnisse zu mir geleistet d. i. obgleich Du alle Pflichten desselben erfüllt hast. — *quo liberius . . . tuum*, „ie mehr es ietzt die freie Wirkung Deines unbefangenen Urtheils sein könne." Der wortreiche, künstlichperiodische Stil verräth, dass dieser Brief ein Complimentenbrief ist. — *adventum*, meine Gegenwart in Rom. — *meo consilio*, über die

magno opere esse laetatum: et his proximis literis magnum cepi fructum et iudicii et officii tui; iudicii, quod intelligo te, id quod omnes fortes ac boni viri facere debent, nihil putare utile esse, nisi quod rectum honestumque sit; officii, quod te mecum, quodcunque cepissem consilii, polliceris fore: quo neque mihi gratius neque, ut ego arbitror, tibi
2 honestius esse quidquam potest. Mihi consilium captum iamdiu est: de quo ad te, non quo celandus esses, nihil scripsi antea, sed quia communicatio consilii tali tempore quasi quaedam admonitio videtur esse officii vel potius efflagitatio ad coëundam societatem vel periculi vel laboris. Quum vero ea tua sit voluntas, humanitas, benevolentia erga me, libenter amplector talem animum: sed ita — non enim dimittam pudorem in rogando meum — si feceris id, quod ostendis, magnam habebo gratiam: si non feceris, ignoscam: et alterum timori, alterum mihi te negare non potuisse arbitrabor. Est enim res profecto maxima. Quid rectum sit, apparet: quid expediat, obscurum est: ita tamen, ut, si nos ii sumus, qui esse debemus, id est, studio digni ac literis nostris, dubitare non possimus, quin ea maxime conducant, quae sunt rectissima. Quare tu, si simul placebit, statim ad me venies. † Sin idem placebit atque eodem, nec continuo poterit, omnia tibi ut nota sint,

---

von mir ergriffene und befolgte Massregel. — *et his*, Mart.-Lag. Sch. *et ex his.* — *fructum et iudicii et officii tui*, wie auch dieser letzte Brief mir einen grossen Genuss gewährt hat wegen Deiner darin wahrgenommenen richtigen Denkart und Ergebenheit gegen mich. — *quodc. cep. consil.* cet., was für eine Partei ich auch ergreifen möchte, Dich an mich anzuschliessen." Man beachte Cicero's Behutsamkeit, der weder den Cäsar noch den Pompeius im ganzen Briefe nennt.

2. *non quo celandus esses*, nicht als ob ich geglaubt hätte, Dir diesen Entschluss verbergen zu müssen. S. Ramsh. §. 131, 1. Grotef. §. 221. — *efflag. ad coëundam soc. v. per. v. lab.*, wie eine Aufforderung aussieht, Gefahr und Arbeit mit mir zu theilen. *videtur*, weil Cicero hier allgemein spricht. Ernesti wollte wegen *scripsi* gerne *videbatur* lesen. — *humanitas*, edle Gesinnung. — *lib. ampl. tal. anim.*, so komme ich einem solchen Gemüthe mit Freuden entgegen. — *alterum timori tribuam* ex interpolatione Mart.-Lag. Lün. Pendet ex v. *negare. ORELLI.* — *nos ii sumus*, Md. Vict. 1. 2. Beng. *simus.* Vgl. die ähnliche Stelle in ep. CCCLXXI, 2. — *studio digni ac literis nostris*, wenn „Wir uns'rer durch Philosophie und Literatur erhaltenen Bildung Ehre machen wollen. *ac* Md. Vict. 1. 2. Mart.-Lag. *et* Cett. *OR.* — *max. conduc.*, „das Vortheilhafteste sei." Niemand wusste besser als Cicero dass Uneigennützigkeit nicht eben die hervorstechendste Tugend des Rufus sei. — *si simul* i. e. mecum ire placebit, wenn Du gesonnen bist, wohin ich gehe, mit mir zugleich zu gehen. *tu, simul placebit* Asc. 1. Mart.-Lag. Sch. *OR.* — † *Sin* . . .

faciam. Quidquid statueris, te mihi amicum; sin id quod opto, etiam amicissimum iudicabo.

EPISTOLA CCCLXXIV. (ad Att. X. 8.)

Scr. in Cumano a. d. VI. Non. Mai. A. U. C. 705. (a. C. 49.)

Causas exponit, cur sibi non videatur exspectandum, quem exitum res in Hispaniis agendae habiturae sint. Addit alia quaedam subiungitque literarum ab Antonio et a Caesare acceptarum exempla. 1—10.

CICERO ATTICO S.

Et res ipsa monebat et tu ostenderas et ego videbam, de iis rebus, quas intercipi periculosum esset, finem inter nos scribendi fieri tempus esse. Sed, quum ad me saepe mea Tullia scribat, orans, ut, quid in Hispania geratur, exspectem, et semper adscribat idem videri tibi; idque ipse etiam ex tuis literis intellexerim, non puto esse alienum me ad te, quid de ea re sentiam, scribere. Consilium 2
istud tunc esset prudens, ut mihi videtur, si nostras rationes ad Hispaniensem casum accommodaturi essemus; quod fieri [*dicitis oportere*]. Necesse est enim aut, id quod maxime velim, pelli istum ab Hispania; aut trahi id bellum; aut istum, ut confidere videtur, apprehendere Hispanias. Si pelletur, quam gratus aut quam honestus tum erit ad

---

continuo poterit. Haec leviter corrupta. Cum Vict. 1. Beng. retinui Md. *poterit*: „i. e. *fieri poterit*" Beng. *poteris* scripserunt cum prioribus Crat. Vict. 2. Lamb. Graev. Ern. Bened. Videndum etiam atque etiam, ne pro more Md. in *eodem* lateat nomen proprium: *sin idem placebit*, *atque* (amico, cuius nomen obliteratum est:) *nec continuo* (is) *poterit.* Sed hoc quoque incertum. *ORELLI.* „Wenn Dir freilich dieselbe Partei mit mir zu ergreifen und eben dahin, wohin ich gehe, zu gehen gefällt, (*nec* tamen) diess iedoch sich nicht sogleich von Dir ausführen lässt; so will ich dafür sorgen, dass Du alle nöthigen Weisungen erhaltest." — *sin* statueris *id quod opto.*

1. *de iis*, Asc. 1. Crat. Lamb. *his.* — *quas intercipi peric. esset*, die sehr gefährliche Folgen haben könnten, wenn die Briefe aufgefangen würden. *quas* kurz statt *de quibus literas.*

2. *Consilium istud*, quid in Hispania geratur, exspectandi. — *si n. rat. . . . essemus*, wenn ich mein Verhalten nach der Wendung, welche die Sachen in Spanien nehmen werden, einzurichten gedächte. — [*dicitis oportere*]. Ex meis Edd. prima habet hoc supplementum Iuntina, ita ut ab Aldo profectum videatur. Tum Asc. sec. Seqq. praeter Iunianam. Iunius cum C2d. et Asc. pr. supplevit: *fieri non debet.* Md. Oxon. 1. 2. Ball. Helmst. *fieri. Necesse est* cet. Eratne potius supplendum?: *quod fieri non necesse est. Necesse est enim* cet. *ORELLI.* — *pelli istum*, Caesarem. — *apprehendere*, in seine Hände bekommen. — *Si pelletur* Caesar. *quam gratus . . . honestus.* Utrumque ironice. — *si vincimur* i. e.

Pompeium noster adventus, quum ipsum Curionem ad eum transiturum putem? Sin trahitur bellum, quid exspectem aut quam diu? Relinquitur, ut, si vincimur in Hispania, quiescamus. Id ego contra puto: istum enim victorem magis relinquendum puto quam victum, et dubitantem magis quam fidentem suis rebus. Nam caedem video, si vicerit, et impetum in privatorum pecunias et exsulum reditum et tabulas novas et turpissimorum honores et regnum non modo Romano homini, sed ne Persae quidem cuiquam tolerabile.
3 Tacita esse poterit indignitas nostra? pati poterunt oculi me cum Gabinio sententiam dicere? et quidem illum rogari prius? praesto esse clientem tuum Clodium? C. Ateii Plaguleium? ceteros? Sed cur inimicos colligo? qui meos necessarios a me defensos nec videre in curia sine dolore nec versari inter eos sine dedecore potero. Quid? si ne id quidem est exploratum, fore, ut mihi liceat; — scribunt enim ad me amici eius me illi nullo modo satisfecisse, quod in senatum non venerim; — tamenne dubitemus, an ei nos etiam cum periculo venditemus, quicum coniuncti

---

si Pompeii legati in Hispania a Caesare vincentur, et hic, ut antea dixit, Hispanias apprehendet. *SCH.* — *Id ego contra puto*, Das ist aber grade das Gegentheil von meiner Meinung. — *victorem* und *quam victum* kurz statt si vicit und si victus est; so wie *dubitantem . . . fidentem* statt quum adhuc dubitat . . . fidit. Lamb. 1566 coni. *et fidentem magis quam diffidentem*; in m. 1584. *et confidentem magis quam diffid.* Vid. Ernesti. *caedem* eorum, qui contra eum stetere. — *reditum*, Zurückberufung. — *tabulas novas*, Herabsetzung oder Vernichtung der Schuldbücher, Schulden. — *regnum*, ein Königthum. — *Persae* d. i. dem gebornen Sklaven eines unumschränkten Herrschers, Machtherrn.

3. *Tacita . . nostra?* Ich selbst, wie könnte ich mich zu einer unwürdigen Rolle herabgesetzt sehen und schweigen? — *cum Gabinio*, im Senate an der Seite eines Gabinius; qui Caesaris amicus ab exsilio restitutus sententiam dicet in senatu et quidem ante me rogatus. Vid. Dio. libr. XXXIX. *MANUT.* Man erinnert sich noch aus den Briefen der Iahre 695 u. 696, dass er, mit L. Piso Consul, ein eben so warmer Freund des berüchtigten Clodius als erklärter Feind Cicero's war. — *Clodium.* Est Sext. Clodius tum exsul et, ut olim P. Clodius, Attici familiaris. — *Caii Ateii* Capitonis iurisconsulti, qui Ser. Sulpicii discipulus erat, vel patris cliens fuerit *Plaguleius*, homo ignobilis. — *ceteros*, und die Anderen ihresgleichen? Ruchlose Satelliten des Clodius, welche sich dem Cäsar als Leute empfohlen hatten, die sich zu Allem gebrauchen liessen. — *colligo*, zähl' ich auf? — *a me defensos*, non modo inimicos sed nec meos necessarios (clientes), qui me defendente condemnati in exsilium abierunt, restitutos a Caesare videre in senatu sine dolore potero, quia legibus condemnatos, armis restitutos videbo. *MANUT.* — *ut mihi liceat* in senatum venire. — *non venerim* a Caesare invitatus. — *an ei*, Caesari. — *cum praemio*, commodo, emolumento, lucro. Opponitur *cum periculo*.

ne cum praemio quidem voluimus esse? Deinde hoc vide, 4
non esse iudicium de tota contentione in Hispaniis: nisi forte, iis amissis, arma Pompeium abiecturum putas: cuius omne consilium Themistocleum est. Existimat enim, qui mare teneat, eum necesse [*esse*] rerum potiri. Itaque nunquam id egit, ut Hispaniae per se tenerentur; navalis apparatus ei semper antiquissima cura fuit. Navigabit igitur, quum erit tempus, maximis classibus et ad Italiam accedet: in qua nos sedentes quid erimus? Nam medios esse iam non licebit. Classibus adversabimur igitur? quod malum maius seu tantum denique? quid turpius? An † ni valde hinc abcentis solus tuti scelus? eiusdem, cum Pompeio et cum reliquis principibus non feram? Quod si iam, 5
misso officio, periculi ratio habenda est: ab illis est periculum, si peccaro, ab hoc, si recte fecero; nec ullum in his malis consilium periculo vacuum inveniri potest; ut

---

4. *vide*, bedenke. — *non esse iudic.* cet., dass der ganze Streit ia nicht in Spanien entschieden wird. — *iis*, Asc. 1. Crat. Vict. 1. Lamb. *his*. — *consilium Themist. est*, dessen ganzer Plan mit dem Plane des Themistokles derselbe ist. Cogitat, quod olim Themistocles contra Persas, classe bellum gerere. *SCH.* Vgl. ep. CCCIV, 3. — [*esse*] Inserui *esse* cum Lamb. om. Cett. cum Cdd. *OR.* — *per se tener.*, ut ipse Hispaniam provinciam suam praesens obtineret. Nam semper per legatos administraverat. *ERNESTI.* — *navalis appar.*, ausgerüstete Seemacht. — *medios esse*, neutral zu bleiben. — *Classibus* i. e. Pompeio del. de Manut. sententia Sch. Lün. — *seu tantum denique.* Sic Rom. Lamb. Ern. Non placet istud *seu*. Deberet esse *aut*. Sed inter ceteras praestat haec lectio, quod ad sententiam pertinet. Pro *seu* alii *scilicet*. De Graevii sentent. Sch. Lün. *quod malum maius? denique. ORELLI.* — *quid turpius?* nämlich als solch' eine Undankbarkeit gegen Pompeius. — *An † ni valde hinc abcentis solus tuti scelus.* Locus foede corruptus. Haec est scriptura Cd. Decurt. *OR.* Ich möchte vorschlagen: An, qui valide hinc absens et solus huius tuli scelus, eiusdem cum P . . . . non feram? „oder sollte ich, der ich von hier verbannt und verlassen des Cäsars Frevel (d. i. das durch ihn hauptsächlich erwirkte Exsil) mannig ertrug, desselben Frevel ietzt nicht noch lieber an der Seite des Pompeius und der übrigen Staatchefs tragen d. i. bekämpfen wollen?" Diess, deucht mir, passt gut zum Vorhergehenden und Folgenden. Zur Sache vgl. ep. 366, 2 u. 3. 356, 3. Asc. 1. Crat. geben *in absentia* (Pompeii?). I. F. Gronov. lies't: *An invalidi et absentis solus tuli scelus.* Hand. Tursell. 1. p. 350: *Anne valide hoc absentis solus.* de Muret. susp. Lall. *An qui eius absentis solus tuli scelus.* cfr. Madvig. 1. p. 44.

5. *misso officio*, wenn ich nun, ohne Rücksicht auf Pflicht, bloss meine Gefahr in Anschlag bringen soll. — *ab illis* = a Caesaris partibus, so lauf' ich bei Cäsars Partei oder dessen Partei nehmend Gefahr, indem ich eine Sünde zugleich dadurch begehe. Vgl. *ab eo* in ep. CCCLXXII, 2. — *ab hoc*, bei diesem d. i. wenn ich die Partei des Pompeius ergreife, lauf' ich gleichfalls Gefahr; aber ich handle doch recht. — *nec ullum . . . cum salute*,

non sit dubium, quin turpiter facere cum periculo fugiamus, quod fugeremus etiam cum salute. Non simul cum Pompeio mare transierimus? Omnino non potuimus. Exstat ratio dierum. Sed tamen — fateamur enim, quod est; ne condimus quidem, ut possumus; — fefellit ea me res, quae fortasse non debuit, sed fefellit: pacem putavi fore: quae si esset, iratum mihi Caesarem esse, quum idem amicus esset Pompeio, nolui. Senseram enim, quam iidem essent. Hoc verens in hanc tarditatem incidi. Sed asse-
6 quor omnia, si propero; si cunctor, amitto. Et tamen, mi Attice, auguria quoque me incitant quadam spe non dubia, non haec collegii nostri ab Attio, sed illa Platonis de tyrannis. Nullo enim modo posse video stare istum diutius, quin ipse per se, etiam languentibus nobis, concidat; quippe qui florentissimus ac novus, VI., VII. diebus ipsi illi egenti ac perditae multitudini in odium acerbissimum venerit: qui duarum rerum simulationem tam cito amiserit,

---

und in dieser unserer unglücklichen Lage ist schlechterdings keine Massregel zu erfinden, die ohne alle Gefahr wäre; so dass ich folglich keinen Anstand nehme, selbst auf meine Gefahr eine entehrende Handlung zu fliehen, die ich sogar fliehen würde, wenn ich auch den grössten Vortheil davon zu erwarten hätte. — *Non simul . . . transierimus?* Hätt' ich denn aber bei dieser Gesinnung nicht sogleich mit Pomp. über das Meer gehen sollen? — *non pot.* Omisso *non* esset interrogative accipiendum. *ORELLI.* — *Exstat rat. dier.*, die Nachrechnung der Tage fällt in's Auge d. i. beweiset, dass ich es nicht konnte. — *quod est*, die Wahrheit. — *ne*, Ern. *nec* tacite. *condimus.* Sic Md. Margo Crat. a v. *condire*; „mitigamus, lenimus" (beschönigen, verzuckern). Possis etiam: *condiamus.* Cett. *condamus. ORELLI.* — *pacem* nimirum *putavi.* — *quae si esset*, diess vorausgesetzt. — *iidem*, die vorigen, die alten. Cicero hatte sich vor 10 Iahren bei ihrer Eintracht schlecht genug befunden! — *tardit.*, Zaudern, cunctationem. — *assequor*, ich hole Alles ein, mache Alles wieder gut. Sic (Oxon. 2.) Margo 1584. Bos. Seqq. *assequar* Priores cum Md. *OR.*

6. *Et tamen* = überdiess. — *collegii nostri*, weil auch er ein Augur war. — *ab Attio.* Sic de certissima Manutii coni. Lamb. Vict. 2. Bos. Est: „collegii Augurum ab Attio Naevio constituti." *Attico* Cdd. noti, Asc. 1. Crat. *Appio* Vict. 1. coni. ab ipso postea repudiatâ Graev. Ern. Sch. Lün. *OR.* Et Appius scripserat libros de disciplina augurum ad Ciceronem. Vid. ep. 194, 1. 249, 3. 265, 4. De Attio Naevio, augure, qui tentatur a Tarquinio prisco, vid. de Divin. 1, 17. Liv. 1, 36. — *de tyrannis*, im 8. Buche de re publica. — *stare* (im Gegens. v. iacere.) — *istum*, Caesarem. — *quin* = ohne dass. — *languent. nob.*, selbst wenn wir die Hände in den Schoss legen, keine Kraftanstrengungen wider ihn machen. — *ac novus*, und da er für das Volk in Rom nach vieliähriger Abwesenheit wieder Etwas neues war. — *egenti*, bettelhaften; so dass man, weil es auf Cäsars milde Hand rechnete, sicher hätte erwarten sollen, es würde sich von ihm Alles gefallen

mansuetudinis in Metello, divitiarum in aerario. Iam, quibus utatur vel sociis vel ministris, si ii provincias, si rem publicam regent, quorum nemo duo menses potuit patrimonium suum gubernare? Non sunt omnia colligenda, quae 7
tu acutissime perspicis: sed tamen ea pone ante oculos; iam intelliges, id regnum vix semestre esse posse. Quod si me fefellerit, feram, sicut multi clarissimi homines in re publica excellentes tulerunt: nisi forte me Sardanapali vicem in meo lectulo mori malle censueris quam exilio Themistocleo: qui quum fuisset, ut ait Thucydides, *τῶν μὲν παρόντων δι' ἐλαχίστης βουλῆς κράτιστος γνώμων, τῶν δὲ μελλόντων ἐπὶ πλεῖστον τοῦ γενησομένου ἄριστος εἰκαστής*, tamen incidit in eos casus, quos vitasset, si eum nihil fefellisset. Etsi is erat, ut ait idem, qui *τὸ ἄμεινον καὶ τὸ χεῖρον ἐν τῷ ἀφανεῖ ἔτι προεώρα μάλιστα*, tamen non vidit,

---

lassen. — *qui* = quippe qui vel quum is ... *in aerario* effracto et pecuniis inde ablatis, quod opus non fuisset, si divitiis abundasset, „und sowohl durch Misshandlung des Tribunen Metellus als durch Plünderung der Staatsschatzkammer den erheuchelten Schein zweier hochgefeierten Eigenschaften eingebüsst hat, den Schein der Milde und des Reichthums." Man sah, dass diess Alles Verstellung und Kunstgriff war. S. oben ep. CCCLXVI, 8, 9. — *patr. s. gubernare.* Nam et Antonius et Curio et Dolabella plurimique Caesaris socii magno omnes aere alieno oppressi fuere. *MANUT.*

7. *Non sunt omn. collig., quae*, ich brauche hier nicht Alles aufzuführen, weil es Deinem eigenen Scharfblick nicht entgeht. — *iam*, sofort. — *regnum*, Königthum des Cäsars. — *Quod si me fef.*, sollte mich mein Vorgefühl darin täuschen. — *Sardanap. vicem* = nach Weise des Sardanapalus. S. Ramsh. §. 132, 5. Grotef. §. 224. Ueber den Weichling Sardanap., der sich bei der Empörung der Grossen des Reichs auf einem Scheiterhaufen verbrannte, s. Iustin. I, 3. Vellei. I, 6. Cic. Tuscul. V, 35. Iuven. X, 362. Ovid. in Ibin. 312. Martial. XI, 12, 6. — *in meo lectulo*, auf meinem Faulbette. Errat Ernest., quum dicit in hac formula omitti a Cic. pronomen possess. Immo ubique id inseritur. cfr. infra Ep. 14.: *multo se in suo lectulo malle.* Catil. 1, §. 9. de Finibb. 2, 30: *philosophi autem suis in lectulis plerumque moriuntur.* Iam acriter me nonnullos reprehensuros esse praevideo, quod Lambini iudicium secutus cum Corrado audacter *suo* in *meo* mutaverim. Sed *suo* inde fluxit, quod Md. Oxon. 2. (1.) cet. pessime habent *censuerunt* s. *censuerint. OR.* — *quam exilio Them.*, als im Elende, wie Themistokles. — *τῶν μὲν παρόντων.* Ita v. Thucydidea (I, 138) e suis Cdd. dedit Bos. Seqq. Nescimus utrum Cicero ea memoriter dumtaxat laudans ipse nonnulla immutarit, an librarii ea a veritate deflexerint. *ORELLI.* „mittelst der kürzesten und schnellsten Berathung oder nach schnellster Besinnung der beste Beurtheiler Dessen, was im gegenwärtigen Augenblicke zu thun sei, aber auch meistens der zuverlässigste Errather Dessen, was von zukünftigen Dingen wirklich eintreffen werde. — *qui τὸ ἄμ. ... μάλιστα*, der das Bessere und Schlimmere (wie Thucydides sagt), was noch im Dunkel lag, am Besten voraussah. — *non ... nec.* S. Ramsh.

nec quo modo Lacedaemoniorum nec quo modo suorum civium invidiam effugeret nec quid Artaxerxi polliceretur. Non fuisset illa nox tam acerba Africano, sapientissimo viro, non tam dirus ille dies Sullanus callidissimo viro C. Mario, si nihil utrumque eorum fefellisset. Nos tamen hoc confirmamus illo augurio, quo diximus; nec nos fallit nec
8 aliter accidet. Corruat iste necesse est aut per adversarios aut ipse per se, qui quidem sibi est adversarius unus acerrimus. Id spero vivis nobis fore. Quamquam tempus est nos de illa perpetua iam, non de hac exigua vita cogitare. Sin quid acciderit maturius, haud sane mea multum interfuerit, utrum factum videam, an futurum esse multo ante viderim. Quae quum ita sint, non est committendum, ut iis pareamus, quos contra me senatus, ne quid res publica
9 detrimenti acciperet, armavit. Tibi sunt omnia commendata; quae commendationis meae pro tuo in nos amore non indigent. Ne hercule ego quidem reperio, quid scribam. Sedeo enim πλουδοκῶν. Etsi nihil unquam tam fuit scribendum, quam nihil mihi unquam ex plurimis tuis iucunditatibus gratius accidisse, quam quod meam Tulliam suavissime diligentissimeque coluisti. Valde eo ipsa delectata est: ego autem non minus; cuius quidem virtus mirifica. Quo modo illa fert publicam cladem! quo modo domesticas

---

§. 173, 3, Not. — *quid Artax. pollic.*, dem Könige der Perser, in dessen Schutz und Dienste er sich begab, als ihn die undankbaren Athener verbannten. Er sollte ihm versprochen haben, Griechenland zu unteriochen. Als er aber die Unmöglichkeit davon eingesehen, habe er sich vergiftet. S. Cornel. II, 10, 5. Plutarch in Cimon. c. 18. Themist. c. 31. Scholiast. zu Aristoph. Equit. v. 83. Cic. Brut. 10, 41. 11, 43. de Amic. c. 12. — *Africano minori*, qui mane in cubiculo suo mortuus repertus putatur suorum scelere sublatus. *MANUT.* S. Liv. XXXVIII, c. 54 et 56. — *C. Mario*, qui cum L. Sulla nunquam profecto contentionem suscepisset, si diem illum, quo urbe pulsus est, mentis acie providisset. *MANUT.* S. Plutarch. Appian. I, 55 ff. Vellei. II, 17. Liv. Epit. 77 u. s. w. — *quo diximus.* S. Ramsh. §. 159, 2, f. Grotef. §. 372 über diese Griech.. Attraction. Sic Md. Asc. pr. Vict. 2. Bos. Seqq. *quod* Asc. sec. Crat. Lamb. *OR.*

8. *non est comm.*, *ut* cet., so darf ich die Schuld nicht auf mich laden, Dem mich zu unterwerfen, gegen welchen. — *armavit* senatusconsulto, *ne quid* cet. „durch den Auftrag dahin zu sehen, dass die Republik nicht Schaden leide." S. ep. CCCI, 3. Dieser Auftrag war an die Consuln und an Alle, qui cum imperio erant, und folglich auch an ihn gerichtet. Eben desshalb entliess er auch seine lictores nicht.

9. *πλουδοκῶν*, auf günstigen Wind, günstige Fahrt harrend. — *Etsi . . . scrib.*, gleichwol hab' ich Dir nie Etwas so angelegentliches zu schreiben gehabt. — *iucund.*, Freundlichkeiten, Gefälligkeiten, Höflichkeiten. — *cuius* scil. Tulliae *virtus*. — *tricas*,

tricas! quantus autem animus in discessu nostro! Sit στοργὴ licet summa σύντηξις, tamen nos recte facere et bene audire vult. Sed hac super re nimis; ne meam ipse συμπάθειαν iam evocem. Tu, si quid de Hispaniis certius et si quid aliud, dum adsumus, scribes et ego fortasse discedens dabo ad te aliquid; eo etiam magis, quod Tullia te non putabat hoc tempore ex Italia. Cum Antonio item est agendum, ut cum Curione, Melitae me velle esse; huic bello nolle interesse. Eo velim tam facili uti possem et tam bono in me quam Curione. Is ad Misenum VI. Nonas venturus dicebatur, id est, hodie: sed praemisit mihi odiosas literas hoc exemplo:

A.

ANTONIUS TRIB. PL. PRO PR. CICERONI IMP. S.

Nisi te valde amarem, et multo quidem plus, quam tu putas, non extimuissem rumorem, qui de te prolatus est, quum praesertim falsum esse existimarem. Sed quia te nimio plus diligo, non possum dissimulare mihi famam quoque, quamvis sit falsa, magni esse. Te iturum trans

---

Neckereien. — *Sit στοργῆς licet summa σύντηξις*, etsi inter me et Tulliam arctissima pietatis coniunctio sit, obgleich unter uns die innigste Verschmelzung der Liebe Statt findet.

10. *Sed . . . nimis*, doch ich halte mich schon zu lange hiebei auf; ich muss mich hüten, mein Mitgefühl mit ihr in meiner Seele ietzt aufzuregen. — *si quid* = εἴ τι scil. habes, Was Du etwa sicheres über Spanien oder anderes erfährst. — *dum adsumus*, während ich noch hier bin. — *te non* abiturum esse. — *Antonio*, dem nachherigen Triumvir. „gegen Antonius muss ich gleichfalls sprechen, wie gegen Curio." — *me velle*. Sic scripsi coni. *vellet* Md. *velit* Cett. Satis inepte, quum requireretur, „ut permittat, concedat:" ac tum necessario in seqq. esse deberet *me nolle interesse. ORELLI.* — *VI. Nonas* Mai., am 2. Mai. *Misenum*, ein Vorgebirge zwischen Cumae und Pozzuolo. Hier besass Antonius eine Villa. — *hoc exemplo*, wovon ich Dir hiemit eine Abschrift sende.

ANTONIUS. Marcus Antonius, der grosse Redner, welcher bei den Unruhen des Marius umkam, hinterliess zwei Söhne, den M. Antonius Creticus, so genannt, weil er auf einem Feldzuge in Creta sein Leben verlor, und den C. Antonius, Cicero's Collegen im Consulate. M. Antonius Creticus aber hinterliess drei Söhne, den *M. Antonius*, der vorliegenden Brief an Cicero geschrieben hat, welchen er als Triumvir ermorden liess; den C. Antonius, dem sein Bruder Marcus nach Cäsars Tode Macedonien als Provinz zuwandte, wo auch sein Oheim C. Antonius Proconsul gewesen war (s. Ep. XVII und Orat. Philipp. III, 10), und den L. Antonius, welchen Cicero in Philipp. V, 7 gladiatorem Asiaticum nennt.

1. *non extim. rum.*, so hätte ich durch das Gerücht, das über Dich verbreitet ist, mich nicht erschrecken lassen. — *prolatus*. Forte *perlatus*. *ORELLI.* — *mihi . . . magni esse*, von Bedeutung

mare, credere non possum, quum tanti facias Dolabellam et Tulliam tuam, feminam lectissimam, tantique ab omnibus nobis fias; quibus mehercule dignitas amplitudoque tua paene carior est quam tibi ipsi. Sed tamen non sum arbitratus esse amici non commoveri etiam improborum sermone: atque eo feci studiosius, quod iudicabam duriores partes mihi impositas esse ab offensione nostra, quae magis a ζηλοτυπίᾳ mea quam ab iniuria tua nata est. Sic enim volo te tibi persuadere, mihi neminem esse cariorem te, excepto Caesare meo, meque illud una iudicare, Caesarem
2 *maxime in suis M. Ciceronem reponere. Quare, mi Cicero, te rogo, ut tibi omnia integra serves, eius fidem improbes, qui tibi, ut beneficium daret, prius iniuriam fecit: contra ne profugias, qui te, etsi non amabit, — quod accidere non potest — tamen salvum amplissimumque esse cupiet. Dedita opera ad te Calpurnium, familiarissimum meum, misi; ut mihi magnae curae tuam vitam ac dignitatem esse scires.*

---

für mich ist. — *non commov. . . . improb. serm.*, selbst bei dem Gerede schlecht denkender Leute gleichgültig zu bleiben. — *atque eo feci studios.* cet., „und ich fand mich um so mehr dazu angetrieben, weil ich dafür hielt, dass mir von dem zwischen uns obgewalteten Missverständniss, welches mehr aus meiner Eifersucht als aus einer mir von Dir zugefügten Beleidigung entsprungen war, desto strengere Verbindlichkeiten auferlegt seien." Antonius hatte sich vor zwei bis drei Iahren neben Cicero um das Augurat beworben, aber diesem, wie billig, nachstehen müssen. — *una* sic usurpatum suspicionem movebit. Ego tamen in hoc Antonii stilum agnosco. *OR.* — *in suis . . . rep.*, unter die ihm theuern und werthen Freunde rechne.

2. *ut . . . serves*, Dich von allen Seiten frei zu erhalten. — *eius*, Pompeii, *fidem impr.*, Dein Vertrauen nicht auf den Mann zu setzen. — *prius iniur. fecit.* Pompeius Ciceronis exsilium iuverat Clodii adoptionem permittendo et reliqua; *beneficium* ei *dederat* reditu iuvando. *ERNESTI.* — *contra ne profugias* eum, „hingegen den Mann nicht zu fliehen." Er meint den Cäsar. *contra eum ne* Asc. 1. Crat. Man. Graev. Sch. Lün. contra Md. Oxon. 2. Ball. Helmst. Videtur habere Oxon. 1. *contra ab eo ne* Lamb. 1566. *contra ne ab eo* Lamb. in m. 1584. *OR.* — *quod accid. n. pot.*, was nicht mehr möglich ist. — *ampliss.*, im Genuss aller Dir zukommenden Auszeichnung. Wie doch Antonius in diesem Liebesbriefe Hoffnung und Drohung spielen lässt! — *Calpurnium.* Est L. Calpurnius Piso, familiarissimus Antonii. Qui nominatur pro Caec. 12, nescio an idem sit. *ERN.* — *tuam vitam ac dign.* statt conservationem tuae vitae ac dignitatis. Harte Drohung! — *Philotimus literas* (Md.?) Asc. 1. Crat. Lamb. Vict. 2. contra Cdd. Bosii, Oxon. 2. Ball. (*Philotimus etiam att.* Helmst. prob. Graevio) Voc. *literas* sane saepe, ut supra (in fin. ep. 374.) Oxon. 2., male omittunt Cdd. *ORELLI.*

Eodem die a Caesare Philotimus attulit hoc exemplo:

B.

CAESAR IMP. CICERONI IMP. S.

Etsi te nihil temere, nihil imprudenter facturum iudicaram, tamen permotus hominum fama scribendum ad te existimavi et pro nostra benevolentia petendum, ne quo progredereris proclinata iam re, quo integra etiam progrediendum tibi non existimasses. Namque et amicitiae graviorem iniuriam feceris et tibi minus commode consulueris, si non fortunae obsecutus videbere — omnia enim secundissima nobis, adversissima illis accidisse videntur — nec causam secutus, — eadem enim tum fuit, quum ab eorum consiliis abesse iudicasti, — sed meum aliquod factum condemnavisse: quo mihi gravius abs te nil accidere potest. Quod ne facias, pro iure nostrae amicitiae a te peto.
Postremo, quid viro bono et quieto et bono civi magis 2
convenit quam abesse a civilibus controversiis? Quod nonnulli quum probarent, periculi causa sequi non potuerunt. Tu, explorato et vitae meae testimonio et amicitiae iudicio, neque tutius neque honestius reperies quidquam quam ab omni contentione abesse. XV. Kal. Mai. ex itinere.

---

1. *ne quo . . . exist.*, dass Du in einem Zeitpunkte, wo die Sache sich bereits zum Ausschlage neigt, keinen Schritt thun möchtest, den Du zu thun Bedenken trugest, da sie noch im Gleichgewichte stand. *proclinata.* Sic Md. Oxon. 1. Iens. Vict. 1. 2. Graev. Ern. Sch. Lün. *inclinata* Oxon. 2. Ball. Helmst. Rom. Asc. 1. Crat. Lamb. *OR.* Sed illud melius h. l., quia Caesar sic et in libris suis dixit B. Gall. VIII, 42. *ERN.* — *tibi minus comm. consul.*, Du würdest Dein eigenes Beste weniger berathen. — *si non fort. obsec. vid.*, „wenn die Welt urtheilen müsste, Du habest Dich weder dem Glücke (des Cäsars) gefügt . . . noch Dich für die Sache des Pompeius erklärt . . ., sondern eigentlich nur Dein Missfallen über irgend eine That von mir öffentlich zu erkennen geben wollen." *nec causam secutus* und *sed . . . condemnavisse* hängt gleichfalls von *videbere* ab. — *quum ab eor. cons.* te *abesse* debere od. velle *iudicasti*, als Du an den Massnehmungen der Pompeianer keinen Theil haben wolltest. — *gravius*, härteres, empfindlicheres.

2. *abesse*, sich fern zu halten von. — *Quod nonnulli . . . non pot.*, ein Grundsatz, den Manche, so sehr sie ihn billigten, der Gefahr halben nicht befolgen konnten. — *explorato . . . iudicio,* wenn Du meine Handlungen für mich zeugen und die Freundschaft zwischen uns richten lässest. — *XV. Kal. Mai.*, am 17. April. — *ex itinere,* auf dem Marsche.

EPISTOLA CCCLXXV. (ad Att. X. 9.)

Scr. in Cumano V. Non. Mai. A. U. C. 705. (a. C. 49.)

Narrat nuntios a Philotimo allatos omnes, qui secum sint, exanimasse; significatque se Melitam cogitare. 1 — 2.

CICERO ATTICO S.

Adventus Philotimi — at cuius hominis, quam insulsi et quam saepe pro Pompeio mentientis! — exanimavit omnes, qui mecum erant. Nam ipse obdurui. Dubitabat nostrûm nemo, quin Caesar itinera repressisset — volare dicitur — Petreius cum Afranio coniunxisset se: nihil affert eiusmodi. Quid quaeris? Etiam illud erat persuasum: Pompeium cum magnis copiis iter in Germaniam per Illyricum fecisse; id enim αὐθεντικῶς nuntiabatur. Melitam igitur, opinor, capessamus, dum, quid in Hispania: quod quidem propemodum videor ex Caesaris literis ipsius voluntate facere posse; qui negat neque honestius neque tutius mihi quidquam esse, quam ab omni contentione abesse.
2 Dices, ubi ergo tuus ille animus, quem proximis literis? Adest et idem est. Sed utinam meo solum capite decernerem! Lacrimae meorum me interdum molliunt, precantium, ut de Hispaniis exspectemus. M. Caelii quidem epistolam scriptam miserabiliter, quum hoc idem obsecraret, ut exspectarem, ne fortunas meas, ne unicum filium, ne meos omnes tam temere proderem, non sine magno fletu legerunt pueri nostri: etsi meus quidem est fortior, eoque

---

1. *exanimavit*, hat in die äusserste Bestürzung versetzt. Dass dieser Brief kein Theil des vorigen, wie Manutius meinte, sondern ein eigener Brief ist, erhellet aus den Worten: *ubi ergo tuus ille animus, quem proximis literis?* die sich auf ep. 374 beziehen. S. Graev. zu d. Br. — *pro Pomp.*, zum Vortheil des Pompeius. — *quin Caesar itinera* in Hispaniam *repr.*, dass Caesar auf seinem Marsche nach Spanien langsam fortschreite. — *Petreius* und *Afranius*, die beiden Generale, die im Namen des Pompeius in Spanien commandirten. — *affert* Philotimus. — *erat pers.*, wir hatten uns auch sogar weissmachen lassen. — *in Germaniam*, pro quo *Galliam* nescio qui apud Corrad. *OR.* S. ep. CCCLXIX, 3. — *αὐθεντικῶς*, certo auctore, wie eine Nachricht aus der ersten Hand, von sicherer Hand. — *capess.*, ich will also nach Malta eilen. — *quid in Hispania* geratur, accidat. — *quod* i. e. Melitam capessere . . . *videor . . . facere posse.* — *abesse.* S. den vorig. Brief, Anlage B. §. 2.

2. *proximis literis* significasti; ep. 374. — *decernerem!* Aber, wollte Gott, es stände sonst Nichts als mein Kopf auf dem Spiele! — *de Hispaniis* scil. nuntios. — *M. Caelii epistolam* (CCCLXVII h. ed.) *miserabiliter scriptam*, Klagebrief, im kläglichsten Tone geschriebenen Brief. — *quum* = *qua* Lamb. — *unicum filium*, wie 367, §. 2. Andere lesen *unicam filiam.* — *temere prod.*, un-

ipso vehementius commovet; nec quidquam nisi de dignatione laborat. Melitam igitur: deinde, quo videbitur. Tu 3
tamen etiam nunc mihi aliquid literarum et maxime si quid ab Afranio. Ego, si cum Antonio locutus ero, scribam ad te, quid actum sit. Ero tamen in credendo, ut mones, cautus. Nam occultandi ratio quum difficilis, tum etiam periculosa est. Servium exspecto ad Nonas: et adigit ita Postumia et Servius filius. Quartanam leviorem esse gaudeo. Misi ad te Caelii etiam literarum exemplum.

EPISTOLA CCCLXXVI. (ad Att. X. 10.)

Scr. in Cumano V. Non. Mai. A. U. C. 705. (a. C. 49.)

Mittit epistolam Antonii seque ex Italia evolare cupere significat; addit pauca de *Q.* filio regendo. 1—6.

CICERO ATTICO S.

Me caecum, qui haec ante non viderim! Misi ad te epistolam Antonii. Ei quum ego saepissime scripsissem

---

besonnen auf's Spiel setzen, der Gefahr preis geben. — *commovet.* Forte *commovetur. ORELLI.* „er treibt mich zu Entschlossenheit." S. ep. 377, 3. 347, 4. — *de dignatione laborat*, und um Nichts ist er so bekümmert, als dass ich in der öffentlichen Meinung möchte herabgewürdigt werden. *dignatio* transit., die Würdigung oder Achtung, die Andere Einem zuwenden; *dignitas* subiectivisch, die Einem anhaftende Würde. Zu ersterem vgl. in principum dignationem pervenit Liv. II, 16. X, 7. Vellei. II, 59. Curt. VII, 1. Suet. Vesp. 4. Calig. 24. Tacit. Annal. IV, 52; zu letzterem de Inv. II, 35. Iene kann versagt, diese nicht genommen werden. *dignitate* Cd. Bess. Lamb. Sch. Lün. *dignatione* defendit Baumgarten-Crusius ad *Suet. Caes.* 4. *OR.* Id, nimirum v. *dignitate*, sententia postulat. *Dignatio* autem pro *dignitate* nunquam usurpatur. *SCH.* De Inv. II, 35: dignitas est alicuius honesta auctoritas et cultu et honore et verecundia digna.

3. *Melitam ergo* capessamus. — *aliquid literarum* = einige Zeilen scil. mittas. — *ab Afranio* audieris ex Hispania, Pompeii legato. *SCH.* — *in credendo*, ich werde mich vorsehen, dem Antonius zu viel zu trauen. S. ep. 379, 2 am Ende. — *occultandi ratio*, der Plan mich in Italien versteckt zu halten, als Neutraler daselbst verborgen zu leben; wie Antonius und Cäsar ihm riethen. S. ep. 376, 3: cum pauc. alicubi occultabor. 377, 4. *Richtiger:* die Kunst, dem Antonius Etwas zu verhehlen u. s. w. od. er besitzt die sowohl schwere, als in'sbesondere gefährliche Kunst, hinter dem Berge zu halten. — *Servium.* S. ep. CCCLXXI am Ende. — *ad Non. Mai.*, gegen, auf den 7. Mai. — *Quartanam*, qua Atticus laborabat. — *Caelii literarum exemplum.* Significat ep. h. ed. 367. Eam inter epp. ad Famil. in edd. videmus redditam esse VIII, 15 et hic inter epp. ad Atticum repetitam. *SCH.*

1. *Me* tam *caecum, qui* = ut cet., „dass ich auch so blind sein konnte, diess nicht vorauszusehen!" S. Ramsh. §. 184, 6. Grotef. §. 403. *vider.* scilic. quae nunc video istos non daturos, ut ex Ita-

nihil me contra Caesaris rationes cogitare; meminisse me generi mei; meminisse amicitiae; potuisse, si aliter sentirem, esse cum Pompeio; me autem, quia cum lictoribus invitus cursarem, abesse velle nec id ipsum certum etiam nunc habere; vide, quam ad haec παροινικῶς:

2 „Tuum consilium quam verum est. Nam qui se medium esse vult, in patria manet: qui proficiscitur, aliquid de altera utra parte iudicare videtur. Sed ego is non sum, qui statuere debeam, iure quis proficiscatur nec ne. Partes mihi Caesar has imposuit, ne quem omnino discedere ex Italia paterer. Quare parvi refert me probare cogitationem tuam, si nihil tamen tibi remittere possum. Ad Caesarem mittas, censeo, et ab eo hoc petas. Non dubito, quin impetraturus sis, quum praesertim te amicitiae nostrae rationem habiturum esse pollicearis."

3 Habes σκυτάλην Λακωνικήν. Omnino excipiam hominem. Erat autem v. Non. venturus vesperi, id est, hodie. Cras igitur ad me fortasse veniet. † Tentabo, audeam, nihil properare; missurum ad Caesarem, clamabo, me; cum paucissimis alicubi occultabor; certe hinc, istis invitissimis,

---

lia arbitratu meo exire possim. Stulte igitur cunctatus sum. *MANUT.* — *Misi* = mitto. — *contra Caes. rat.*, gegen Cäsars Interesse. — *generi mei*, Dolabellae. Vgl. ep. 374. Anlage A. 1. — *cum lictoribus . . . cursarem*, mit meinen Lictoren im Lande umherzöge. S. zu ep. CCCIII *lictor. laureat.* — *abesse* Italia i. e. Italiam relinquere *velle.* — *quam ad haec παροινικῶς* = insolenter ex temulentia, contumeliose responderit, was für eine versoffene, impertinente Antwort er mir darauf gibt.

2. *quam* = sane quam, in der That sehr. Vgl. ad Attic. X, 11: mire quam; ad Quint. Fr. II, 6. Terent. Andr. I, 1, 109 quam familiariter. Ramsh. §. 203, IV, 2, a. „Dein Plan ist wirklich einleuchtend." — *aliquid . . . videtur*, der scheint dadurch eine von beiden Parteien zu verurtheilen. S. ep. 374. Anlage B, 1: *condemnasse.* — *is non sum, qui*, mir kommt es nicht zu, zu entscheiden. — *cogitat. t.*, Dein Vorhaben. — *remittere*, erlassen, zugestehen.

3. *σκυτάλην Λακ.*, die Lakonische Cabinetsordre. S. zu Cornel. Pausan., 3. Gellius XVII, 9. Thucyd., I, 131. — *excip. homin.*, ich will den Menschen an-, ablaufen lassen. Ein Iagdausdruck! — *V. Non.* Mai., am 3. Mai. — † *Tentabo, audeam, nihil properare.* Haec corrupta. Quum terminationes inprimis verborum saepissime depravatae sint in Md., venit in mentem: *tentabit* (scil. me Antonius); *audiam* (simulabo me ei aures praebere); *nihil properare, missurum ad C., clamabo me.* Graev. susp. *tentabo ac dicam me nihil pr.* Sch. coni. *tentabo, ut persuadeam me nihil pr.*, quod ne Latinum quidem est. *ORELLI.* — *occultabor*, scil. quum ille Antonius discesserit. — *certe.* Sic Edd. ante Bos. Ern. = *carti* Md. *cartis* ed. Crusell. Decurt. *cati* Tornaes. *carris* Bos. coni. *caute* Oliv. *clam* Sch. *OR.* — *istis* bezieht sich auf

evolabo, atque utinam ad Curionem! *Σὺν θεῷ τοι λέγω.* Magnus dolor accessit. Efficietur aliquid dignum nobis. *Δυσουρία* tua mihi valde molesta. Medere amabo, dum est *ἀρχή*. De Massiliensibus gratae tuae mihi literae. Quaeso, 4
ut sciam, quidquid audieris. Ocellam cuperem, si possem palam: quod a Curione effeceram. Hic ego Servium exspecto — rogor enim ab eius uxore et filio — et puto opus esse. Hic tamen Cytherida secum lectica aperta por- 5
tat, alteram uxorem: septem praeterea coniunctae lecticae amicarum, eae sunt, amicorum. Vide, quam turpi leto pereamus: et dubita, si potes, quin ille, seu victus seu victor redierit, caedem facturus sit. Ego vero vel lintriculo, si navis non erit, eripiam me ex istorum parricidio. Sed plura scribam, quum illum convenero. Iuvenem nostrum 6
non possum non amare: sed ab eo nos non amari plane intelligo. Nihil ego vidi tam *ἀνηθοποίητον*, tam adversum

---

die Aufpasser. — *ad Curionem* pervenire, penetrare possim! S. ep. 370, 1 am Ende. 374, 2 u. 10. — *Σὺν θεῷ*, diis iuvantibus dico. — *dolor accessit*, dieser Brief hat mich vollends erbittert. — *Δυσουρία*, Harnzwang, urinae difficultas. — *ἀρχή*, initium.

4. *de Massil.* Attikus hatte dem Cicero gemeldet, die Marseiller hätten dem Cäsar ihre Thore verschlossen und sich für neutral erklärt: was iedoch dieser unter Röm. Schutz stehenden Griechischen Republik schlecht bekam. — *Ocellam* hic quoque cupit habere, ut infra Ep. 17 (383.) *Ocellam vellem haberemus*; idque *palam*, quod iam permiserat Curio; sed Ocella retardatus erat *Ep.* 13. (379.) *ORELLI.* „ich wünschte, dass ich den Senator und Pompeianer Ocella bei mir hätte. Ueber Servius Ocella s. ep. 273, 5. 243, 2. — *Servium.* S. ep 375, 3. und 371 am Ende.

5. *Hic* Antonius. Sch. susp. *Ille tamen*, quod proxime Servii erat mentio facta. — *Cytherida* mimam, quam amabat. Graece scil. scripserat Cicero, ut ex vestigiis Cdd. in nomin. propr. Graecorum crebro apparet. *ORELLI.* Andere lesen *Cytheridem* — *alteram.* Sic Cod. Decurt. Bos., ut volebat Lips. (*ceteram* Oxon. 1.) *alterâ* Cett. Sed *Philipp.* 2, 58 nihil de Fulvia. Et hoc longe acerbius. Omnino sequendus erat Cd. optimus. *OR.* Ueber Fulvia, die Frau des P. Clodius und endlich des Triumvir M. Antonius, s. Flor. IV, 5. Vellei. II, 74. — *eae sunt, amicorum.* Sic C2d. Iunii. Margo 1584. Ubique fere formula *id est*, ubi ex usu Cic. convertitur vel in numerum pluralem, vel in aliud tempus (*id erat*, v. c.), corrupta est. *hae sunt* Asc. 1. Crat. Vict. I. 2. Man. Lamb. (*sunt* om. *hae* vel *eae* Md. Oxon. 1. 2.) *amicarum sunt an amicorum* Bos. tacite. Graev. Ern. Sch. Lün. *OR.* — *illum convenero*, Antonium.

6. *Iuvenem nostrum*, unsern Neffen, den Sohn des Quintus. S. ep. 361, 4. 366, 5. 368, 2. 369, 2. u. s. w. — *non possum non*, muss ich. S. Ramsh. §. 173, 3. Grotef. §. 337. — *Nihil* = neminem. S. Ramsh. §. 203, I, a, 5. — *ἀνηθ.*, ad bonos mores aegre conformandum, alienum a recta morum conformatione, so charakterloses. — *adversum a suis*, so widerspänstig in Hinsicht der Seinigen. Sic Orell. *aversum* = abgeneigt, abhold Cett. —

a suis, tam nescio quid cogitans. Vim incredibilem molestiarum! Sed erit curae et est, ut regatur. Mirum est enim ingenium. Ἤθους ἐπιμελητέον.

EPISTOLA CCCLXXVII. (ad Att. X. 11.)

Scr. in Cumano a. d. IV. Non. Mai. A. U. C. 705. (a. C. 49.)

Fratrem suum Attico excusat. 1—2. eius filii vitia quaedam a natura, non a patris indulgentia repetenda esse. 3. Antonium venisse seque de navigatione sollicitum esse. 4. Vectienum a se diligi scribit. 5.

CICERO ATTICO S.

Obsignata iam epistola superiore, non placuit ei dari, cui constitueram, quod erat alienus. Itaque eo die data non est. Interim venit Philotimus et mihi a te literas reddidit: quibus quae de fratre meo scribis, sunt ea quidem parum firma, sed habent nihil ὕπουλον, nihil fallax, nihil non flexibile ad bonitatem, nihil, quod non, quo velis, uno sermone possis perducere. Ne multa: omnes suos, etiam quibus irascitur crebrius, tamen caros habet, me quidem se ipso cariorem. Quod de puero aliter ad te scripsit et ad matrem de filio, non reprehendo. De itinere et de sorore, quae scribis, molesta sunt, eoque magis, quod ea tempora nostra sunt, ut ego eis mederi non possim. Nam certe mederer. Sed quibus in malis et qua in despe-
2 ratione rerum simus, vides. Illa de ratione nummaria non sunt eiusmodi — saepe enim audio ex ipso — ut non cupiat tibi praestare; et in eo laborat. Sed si mihi Q.

---

cogitans, im Schilde führendes. Es gehört zu *Nihil.* — *Vim incr. mol.*, wie unendlich Viel wird Der uns noch zu schaffen machen! Ramsh. §. 206, C, 2, c supplirt narras. — *erit* mihi *curae.* — *ingenium*, Anlagen. — *Ἤθους ἐπιμ.*, at moribus eius regendis adhibenda est diligentia, aber für Bildung seines Gemüths muss gesorgt werden.

1. *cui* dare *const.* — *alienus*, ein Fremder, mir unbekannt. — *sunt ea quid. parum firma*, das zeugt zwar von einem Mangel an Festigkeit. — *ὕπουλον*, subdolum. — *ad bonit.*, i. e. nihil quod non flecti possit ad bonitatem, i. e. placabilitatem. — *quibus irasc.*, ut Pomponiae uxori, Attici sorori. — *de puero*, Quinto filio. — *aliter ... et* = anders als. S. Ramsh. §. 179, II, a, 4. Vermuthlich glimpflicher an den Onkel, heftiger an die Mutter. — *De itinere* Quinti filii ad Caesarem. Vid. ep. 366, 5 u. 6. — *de sorore* tua a viro, fratre meo, dissentiente. cfr. Ep. II. Libr. IV. *MANUT.* — *eis.* Sic Asc. 2. = *iis* Crat. *his* Cett. — *mederi*, heilen, bessern.

2. *De illa rat. numm.*, das Geld betreffend, was er Dir schuldig ist, so liegt es nicht daran, dass er Dir nicht gern bezahlen wollte. — *et in eo laborat.* Sic Cod. Decurt. Bos. Graev. Sen-

Axius in hac mea fuga HS. XIII. non reddit, quae dedi eius filio mutua, et utitur excusatione temporis; si Lepta; si ceteri; soleo mirari, de nescio quîs HS. XX. quum audio ex illo se urgeri. Vides enim profecto angustias. Curari tamen ea tibi utique iubet. An existimas illum in isto genere lentulum aut restrictum? nemo est minus. De fratre 3 satis. De eius filio, indulsit illi quidem suus pater semper; sed non facit indulgentia mendacem aut avarum aut non amantem suorum; ferocem fortasse atque arrogantem et infestum facit. Itaque habet haec quoque, quae nascuntur ex indulgentia: sed ea sunt tolerabilia — quid enim dicam? — hac iuventute? Ea vero, quae mihi quidem, qui illum amo, sunt his ipsis malis, in quîs sumus, miseriora, non sunt ab obsequio nostro; nam suas radices habent; quas tamen evellerem profecto, si liceret. Sed ea tempora sunt, ut omnia mihi sint patienda. Ego meum facile teneo. Nihil est enim eo tractabilius: cuius quidem misericordia langui-

---

tentia est: „et revera omnem operam dat, ut tibi satisfaciat." *sed.. laborat* Sch. coni. *et laboret* Cett. etiam Ern. cum Md. Cdd. Regiis, Oxon. 1. 2. mala constructione. Deberet saltem esse: *nec .. laboret*, quod proponitur in m. 1584. *ORELLI.* — *Q. Axius* fenerator. Vid. ep. XVI. forsan idem cum senatore, qui in Roseis villam habuit et ad Ciceronem exsulem scripsit. Vid. ep. LXX et CXLII. Zur Sache vgl. ep. 381, 4. — *in hac m. fuga* kurz statt quum hac summa mihi opus sit ad fugam meam. — *HS XIII.* = 1300 Flor. — *utit. exc. temp.*, und sich mit der schlechten Zeit entschuldigt. — *Lepta.* S. ep. CCCLIII, 1. — *si ceteri* debitores, quam eis mutuam dedi pecuniam, non reddunt. — *soleo mirari* cet., so muss ich gestehen, dass es mich zuweilen wundert, wenn ich höre, dass mein Bruder um 2000 Flor. — wo mir recht ist — so geängstiget wird. — *lentulum*, ein wenig saumselig. *in isto genere* i. e. in pecunia reddenda. — *restrictum*, zurückhaltend. So restrictus et tenax in Orat. Planc. c. 22.; restrictior ex alieno ad Div. III, 8.

3. *De eius filio*, was seinen Sohn betrifft. — *non am. suor.*, lieblos gegen die Seinigen. S. Ramsh. §. 107, 4. Grotef. §. 244, 4. — *ferocem*, frech. — *infest.*, ungeschmeidig, widersetzlich. — *habet haec* vitia. — *hac iuventute.* Sic distinxi, ut sit: „sunt tolerabilia, praesertim quum reliqua nostra iuventus tam sit corrupta;" ut recte iam explicavit Corrad. Hoc quum non animadverterent Asc. sec. Crat. Lamb., ediderunt: *quid enim dicam de hac iuventute?* vel *sunt tolerabilia. Quid enim dicam, hac iuventute* Cett. *ORELLI.* — *miseriora*, mehr Kummer machen. — *obseq.*, Nachgiebigkeit. S. ep. 366, 6. — *nam suas.* Sic Codd. Decurt. Tornaes. (quorum consensus sequendus erat) Margo Crat. Vict. 1. *non; suas* Cett. cum Md., quod etsi elegantius videri potest, tamen profectum potius est ab *ἀβλεψία* librariorum, qui post v. *non sunt* hîc quoque negationem sequi debere putarent: scil. in Asc. utraque, Crat. sic est: *nostro*; *non habent suas r. OR.* — *meum* filium. — *teneo*, halt' ich in der Zucht. — *tract.*, lenksameres. — *languid. e.*,

diora adhuc consilia cepi; et, quo ille me certiorem vult
4 esse, eo magis timeo, ne in eum exsistam crudelior. Sed Antonius venit heri vesperi. Iam fortasse ad me veniet aut ne id quidem; quoniam scripsit, quid fieri vellet. Sed scies continuo, quid actum sit. Nos iam nihil nisi occulte. De pueris quid agam? Parvone navigio committam? Quid mihi animi in navigando censes fore? Recordor enim, aestate cum illo Rhodiorum ἀφράκτῳ navigans quam fuerim sollicitus. Quid, duro tempore anni, actuariola fore censes? O rem undique miseram! Trebatius erat mecum, vir plane et civis bonus. Quae ille monstra, dii immortales! Etiamne Balbus in senatum venire cogitet? Sed ei ipsi
5 cras ad te literas dabo. Vectienum mihi amicum, ut scribis, ita puto esse: cum eo, quod ἀποτόμως ad me scripserat de nummis curandis, θυμικώτερον eram iocatus. Id tu, si ille aliter acceperit, ac debuit, lenies. *MONETALI* autem adscripsi, quod ille ad me, *PRO CONSULE.* Sed

---

mattherzige Entschlüsse. — *certiorem*, festeren Entschlusses. Sic (Md.) Cdd. Regii, Margo Crat. Vict. 1. 2. Bos. Lall. Sch. (qui recte restituit cum Gronovio *Diatrib.* p. 489 et Hand.) *fortiorem* Ball. Helmst. Oxon. 1. 2. Asc. Crat. Lamb. Graev. Ern. Lün. *ORELLI.* Zur Sache vgl. ep. 375, 2. 347, 4.

4. *Antonius venit*, ist auf seinem Landsitze bei Cumä angelangt. S. ep. 374, 10. — *scripsit.* Vid. ep. 376, 2. — *nisi occulte* paramus, agimus. — *Quid mihi animi* cet., wie meinst Du, dass mir, so lange wir die See halten, zu Muthe sein werde? — *ἀφράκτῳ*, Schiffe ohne Verdeck. S. ep. CXCVIII, 4. CC, 1. — *actuariolâ*, kleinem Ruderschiffchen. S. Ramsh. §. 143, 2. Sic Vict. 1. atque genus femininum praeferendum videbatur tum propter *ἀναλογίαν* v. *actuaria* (ceteris locis, ubi est *actuariolis*, genus distingui nequit:), tum propter scripturam corruptam Md.: *actuariora.* (Oxon. 1.) Man. Lamb. Vict. 2. Seqq. *actuariolo.* Marg. Md. Oxon. 2. Asc. 1. Crat. *actuaria.* *ORELLI.* — *Trebatius.* S. ep. CXXXV im Anf. CXXXVI, ff. — *monstra* scil. narrabat. — *Balbus*, ein geborner Spanier von geringer Herkunft. S. ep. CCCXXXIX. CCCXLVIII. CCCLIV. — *ei ipsi*, Trebatio. Dann kannst Du Alles von ihm selbst hören.

5. *Vectienum.* S. ep. CCCLXVIII, 3. — *quod ἀποτόμως* = aspere, praecise, ut mihi certum ac nimis propinquum diem solutionis praefiniret. *SCH.* S. ep. 368, 3. — *θυμικώτερον*, stomachosius. S. ep. 368, 3 gegen Ende. — *MONETALI.* Cicero per iocum ad Vectienum sic scripserat: *M. T. Cicero Vectieno Triumviro Monetali* vel simpliciter *Vectieno Monetali*, ut eo quasi honoris titulo nimiam eius in exigenda solutione curam et severitatem exprobraret. *SCH.* Triumviri monetales waren die drei Obervorsteher der Münze; *monetalis* aber war die allgemeine Benennung einer bei der Münze in Rom angestellten Person. — *PRO CONS.*, non, quod, ut Corradus putabat, Cicero Vectieno vitio verteret, quod non potius scripsisset *Imperatori*; sed quod omnino nihil aliud a Vectieno exspectaret, quam ut ita scriberet: *Vectienus M. T.*

quoniam est homo et nos diligit, ipse quoque a nobis diligatur. Vale.

EPISTOLA CCCLXXVIII. (ad Att. X. 12.)

Scr. in Cumano III. Non. Mai. A. U. C. 705. (a C. 49.)

Dolet sibi nihil eorum, quae cogitaverit de itinere, procedere; tamen aut vi aut clam agendum, ut exire Italia possit. Praeterea de periculis Caesari impendentibus et de Q. filii regendi cura a se suscepta scribit. 1—7.

CICERO ATTICO S.

Quidnam mihi futurum est? aut quis me non solum infelicior, sed iam etiam turpior? Nominatim de me sibi imperatum dicit Antonius; nec me tamen ipse adhuc viderat, sed hoc Trebatio narravit. Quid agam nunc, cui nihil procedit caduntque ea, quae diligentissime sunt cogitata, taeterrime? Ego enim Curionem nactus omnia me consecutum putavi. Is de me ad Hortensium scripserat. Reginus erat totus noster. Huic nihil suspicabamur cum hoc mari negotii fore. Quo me nunc vertam? Undique custodior.
Sed satis lacrimis. *Πάρωρα πλευτέον* igitur et occulte in 2
aliquam onerariam corrependum: non committendum, ut etiam compacto prohibiti videamur. Sicilia petenda: quam si erimus nacti, maiora quaedam consequemur. Sit modo recte in Hispaniis! Quamquam de ipsa Sicilia utinam sit

---

Ciceroni, nullo honoris titulo addito. *SCH.* — *est homo* i. e. quoniam, ut video, commodius, humanius nobiscum egit, quam putabam. *SCH.*

1. *turpior*, der schmählicher behandelt wird. — *imperatum*, ne scilicet me Italia exire patiatur. *SCH.* — *cadunt . . . taeterrime* (*deterrime* Cld. Reg.), und dem die sorgfältigst ausgedachten Pläne schändlich zu Wasser werden. — *Curionem nactus*, qui mihi cursum per Siciliam se concessurum liberaliter promiserat. *SCH.* S. ep. 376, 3. 374, 10. 370, 1. — *ad Hortensium*, ut, quoniam inferi maris pars ei commissa esset, meam navigationem ne impediret. *MANUT.* Ueber Q. Hortensius, des Redners Q. Hortensius Sohn, s. ep. 264, 9. 366, 6. Philipp. X, 5. 6. — *Reginus.* L. Minutius Basilus qui nunc, nisi fallor, Latine *Reginus.* Is enim et ipse ad inferum mare militibus praefuit. Oros. Libr. VI, c. 15. *CORRAD.* — *Huic*, Antonio. S. ep. 376, 2. — *hoc mari*, infero, mit dem Toscanischen Meere.

2. *lacrimis* datum est, indulsimus. — *Πάρ. πλ.*, praeter tempus nondum aperto mari navigandum. *GRAEV.* — *compacto.* Occulto hinc cogito discedere, ne meam profectionem Caesariani resciscant. Nam si id accideret, suspicari Pompeius posset accidisse me volente, qui palam profectus essem, ut impedirer. Non committendum igitur est, ut videar compacto prohibitus. *SCH.* — *Sit modo recte*, wenn es nur in Spanien gut ginge! — *de Sicilia*, quamquam fortasse Curio Siciliam amiserit. Quod utinam ita sit! *MANUT.* —

verum! Sed adhuc nihil secundi. Concursus Siculorum ad Catonem dicitur factus; orasse, ut resisteret; omnia pollicitos: commotum illum, delectum habere coepisse. Non credo, ut est luculentus auctor: potuisse certe teneri illam provinciam scio. Ab Hispaniis autem iam audietur.
3 Hîc nos C. Marcellum habemus, eadem de re cogitantem aut bene simulantem: quamquam ipsum non videram, sed ex familiarissimo eius audiebam. Tu, quaeso, si quid habebis novi: ego, si quid moliti erimus, ad te statim scribam. Quintum filium severius adhibebo. Utinam proficere possim! Tu tamen eas epistolas, quibus asperius de eo scripsi, aliquando concerpito, ne quando quid emanet:
4 ego item tuas. Servium exspecto, nec ab eo quidquam ὑγιὲς. Scies, quidquid erit. Sine dubio errasse nos confitendum est. At semel? at una in re? Immo omnia, quo diligentius cogitata, eo facta sunt imprudentius.

Ἀλλὰ τὰ μὲν προτετύχθαι ἐάσομεν, ἀχνύμενοί περ,

in reliquis modo ne ruamus. Iubes enim de profectione mea providere. Quid provideam? Ita patent omnia, quae accidere possunt, ut, ea si vitem, sedendum sit cum dedecore et dolore: si negligam, periculum est, ne in manus incidam perditorum. Sed vide, quantis in miseriis simus. Optandum interdum videtur, ut aliquam accipiamus ab istis quamvis acerbam iniuriam, ut tyranno in odio fuisse videa-

---

ad Catonem, der im Namen des Senats und des Pompeius in dieser Provinz commandirte. — *resisteret* Curioni advenienti. S. ep. 370, 2. 366, 8. — *omnia*, alles Mögliche, alle Hülfe. — *ut est lucul. auctor*, auf das Wort des herrlichen, glaubwürdigen Gewährsmannes. Ironie! Wahrscheinlich ist Philotimus gemeint. S. ep. 870, 2. 375. *ut* = prout, proinde ac, „nachdem, wie mir der Erzähler glaubwürdig erscheint."

3. *C. Marcellum* consulem ann. 704. — *eadem de re*, de profectione ad Pompeium. *MANUT.* — *Tu* scribes aus *scribam.* — *adhibebo*, pro quo *cohibebo* de Graevii susp. (prob. Ern.) Sch. Lün. Vid. tamen Forcell. in *Adhibeo. ORELLI.* *adhibere* = tractare, behandeln. So liberaliter ad Q. Fr. I, 1, 5. — *aliquando*, einmahl bei Gelegenheit.

4. *Servium exspecto.* S. ep. 371, 4 am Ende. — *ὑγιές*, non tamen ab eo sani consilii quidquam exspecto. *SCH.* — *Ἀλλὰ τὰ μὲν* ex Homeri Iliad. Σ. 112. eodem dicto usus est supra ep. 284, 9. — *in reliquis*, in Dem, was noch zu thun ist. — *ruamus*, aberremus a fine, malo eventu utamur, verunglücken. — *patent*, liegt so offen da. — *sedendum* = remanendum in Italia. — *si negligam*, wenn ich darüber wegsähe. — *perditorum*, schlimmer Menschen. *proditorum* Helmst. Oxon. 2. — *miseriis*, Klemme. — *ab istis*, Caesarianis. — *quamvis* = wenn auch noch so. — *tyranno*, Caesari. Siehe zu §. 2. *compacto.*

mur. Quod si nobis is cursus, quem speraram, pateret, 5
effecissem aliquid profecto, ut tu optas et hortaris, dignum nostra mora. Sed mirificae sunt custodiae: et quidem ille ipse Curio suspectus. Quare vi aut clam agendum est: et, si vi, † forte et cum tempestate: clam autem istis? In quo si quod σφάλμα, vides, quam turpe sit. Trahimur: nec fugiendum, si quid violentius. De Caelio, saepe mecum 6
agito; nec, si quid habuero tale, dimittam. Hispanias spero firmas esse. Massiliensium factum quum ipsum per se luculentum est, tum mihi argumento est recte esse in Hispaniis. Minus enim auderent, si aliter esset; et scirent: nam et vicini et diligentes sunt. Odium autem recte animadvertis significatum theatro. Legiones etiam has, quas in Italia assumpsit, alienissimas esse video. Sed tamen nihil inimicius quam sibi ipse. Illud recte times, ne ruat. Si

---

5. *cursus*, exitus, via. — *dignum n. mora*, Etwas, wodurch mein langes Zurückbleiben könnte gerechtfertiget werden. — *mirif. cust.*, erstaunliche Bewachungen der Küsten. — *suspectus.* Wie doch so ganz anders sein Urtheil ep. 374, 2! — *vi.* Er setzte noch Hoffnung auf drei Cohorten, mit denen er sich durchzuschlagen und eines Hafens zur Abfahrt zu bemächtigen gedachte. S. ep. 382. — *clam* Antonio ceterisque praefectis Caesaris, qui litora custodiebant. — † *forte et cum tempestate.* Haec corrupta. Recta vero et Cicerone digna esset sententia haec: *et, si vi, fortiter ac tempestive* (sic *fortiter ac strenue* Liv. 21, 4.). „Satis non est, ut vi utamur: fortiter inceptum est prosequendum: praeterea opportunum tempus eligendum." *ORELLI.* — *clam autem istis?* i. e. „quomodo autem effugere potero clam istis, qui me tam sedulo asservant?" *ORELLI.* — *σφάλμα*, erratum, lapsus. Sensus: in quo conatu si ruamus vel si quid offensum sit, vides, quam turpe nobis futurum sit. Iudicabunt enim boni, nos volentes et compacto Caesaris teneri. Vid. §. 2. — *Trahimur.* Legend. *Sed trahimur.* Sensus: sed omnis oficii ratio vocat nos et cogit, trahit ad navigandum, adeo ut periculum, ne ipso in mari capiar aut aliquid violenti patiar a Caesarianis, negligendum sit. *GRONOV.* Allein *sed* wird im Affect oft ausgelassen. — *nec fug.*, und ich darf nicht scheuen. — *viol.* acciderit, accidat.

6. *De C. Caelio* Caldo, qui cum Carbone Syllae dominationem impediturus bellum in Italia commovebat. Id factum Ciceroni ad imitandum proposuisse videtur Atticus. *ERN.* Vid. Appulei. 1, 90 ff. Dieser Cälius war 660 Consul als homo *novus*. S. Orat. 1, 25. Brut. 45. Verr. V, 70. Pet. cons. 3. de Legg. XIII, 6. — *agito*, sein Beispiel geht mir oft im Kopfe herum. — *si quid hab. tale*, sollte ich Gelegenheit haben, Etwas ähnliches zu thun. — *firm. esse*, dass Sp. sich halten werde. — *Massiliensium* factum est, quod Caesari ad se venienti portas clausere. *ERN.* — *vicini* Hispaniis et in exquirendo, quid verum ibi gestum sit, diligentes propter mercaturam, quam cum Hispaniis et Lusitanis exercent. Sic Vict. 2. coni. Lamb. Sch. *iuncti* Oxon. 2. Asc. sec. Crat. Vict. 1. Man. Graev. Ern. Lün. *ORELLI.* *iuncti* = in Handelsverbindung. — *Odium* populi in Caesarem. S. ep. 370, 3. 374, 6. 366, 8, 9. — *ne ruat*, dass er sich übereile und zu den äussersten Gewaltthätig-

desperarit, certe ruet. Quo magis efficiendum aliquid est, fortuna velim meliore, animo Caeliano. Sed primum quidque; quod, qualecunque erit, continuo scies. Nos iuveni, ut rogas, suppeditabimus, et Peloponnesum ipsam sustinebimus. Est enim indoles: modo aliquod hoc sit ἦθος διδαχῇ ἁλωτόν. Quod si adhuc nullum est, esse tamen potest: aut ἀρετὴ non est διδακτόν: quod mihi persuaderi non potest.

7

EPISTOLA CCCLXXIX. (ad Att. X. 13.)

Scr. in Cumano Nonis Mai. A. U. C. 705. (a. C. 49.)

Narrat, quid Antonius egerit; Servium Sulpicium cras ad se venturum ostendit petitque, ut sibi, si quid de Hispaniis audiverit, nuntiet: alia breviter tangit. 1—3.

CICERO ATTICO S.

Epistola tua gratissima fuit meae Tulliae, et mehercule mihi. Semper secum aliquid afferunt tuae literae. Scribes igitur: ac, si quid ad spem poteris, ne dimiseris. Tu Antonii leones pertimescas cave. Nihil est illo homine iucun-

---

keiten hinreissen lasse. Vgl. ep. 374, 8. — *fortuna meliore.* Denn Cälius Caldus unterlag mit Carbo sehr bald der Uebermacht und dem Glücke Sulla's. — *primum quidque*, aber warte nur auf die erste beste Gelegenheit dazu; ie eher ie lieber muss so Etwas geschehen.

7. *iuveni*, Quinti filio, *suppeditab.*, ich werde ihm an die Hand gehen, beistehen = eum regemus. So absolut ad Attic. XIV, 20: Quod Ciceroni suppeditas, gratum est; auch als Deponens das. 18: quod mihi suppeditatus es; mit Gelde de Finibb. II, 21: suppeditabit nobis Atticus de thesauris suis. — *Peloponnesum ips. sust.*, und wollen selbst das Unmögliche möglich zu machen suchen. Non modo Spartam, quam nacti sumus, ornabimus, ut est in proverbio, sed ipsam Peloponnesum. Iocose innuit nimiam Quinti filii regendi difficultatem. Fortasse etiam respexit versiculum illum Ἀρκαδίαν μ' αἰτεῖς, μέγα μ' αἰτεῖς, ad quem supra ep. 368, 2 in eadem re alluserat; quasi diceret, non *Arcadiam* solum, sed *Peloponnesum* ipsam sustinebimus i. e. negotium illud Quinti filii regendi, etiam si id multo maius ac difficilius quam antea experti sumus, tamen diligentia nostra exantlabimus. *SCH.* — *Est enim* ei *indoles*, Denn an Genie fehlt es ihm nicht. — *ἦθος διδαχῇ ἁλωτόν*, modo eius mores doctrinà vinci possint. — *nullum est*, wenn Das nun auch noch nicht der Fall ist. — *aut ἀρετὴ κ. τ. λ.*, nisi forte virtus omnino non sit eiusmodi, ut doceri non possit. *SCH.* wie Plato im Menon den Sokrates behaupten lässt.

1. *aliquid*, Etwas von Bedeutung, angenehmes. S. Ramsh. §. 160, 2, N. 5, a. — *Scribes* = scribere perge. — *ad spem* scribere *poteris*, hast Du uns Etwas mitzutheilen, was Hoffnung gibt. — *Antonii leones.* Antonius fand grosses Vergnügen daran, sich als Bacchus öffentlich zu zeigen und fuhr nicht erst nach der Pharsalischen Schlacht, sondern, wie diese Stelle gegen Plinius und Plutarch beweiset, schon ietzt zuweilen wie Bacchus in einem mit

dius. Attende πρᾶξιν πολιτικοῦ. Evocavit literis e municipiis decem primos et IV. Viros. Venerunt ad villam eius mane. Primum dormiit ad H. III. Deinde, quum esset nuntiatum venisse Neapolitanos et Cumanos, — his enim est Caesar iratus — postridie redire iussit; lavari se velle et περὶ κοιλιολυσίαν γίνεσθαι. Hoc here effecit. Hodie autem in Aenariam transire constituit. Exulibus reditum pollicetur. Sed haec omittamus; de nobis aliquid agamus. Ab Axio accepi literas. De Tirone, gratum. Vectienum diligo. 2
Vestorio reddidi. Servius pridie Nonas Maias Minturnis mansisse dicitur, hodie in Liternino mansurus apud C. Marcellum. Cras igitur nos mature videbit mihique dabit argumentum ad te epistolae. Iam enim non reperio, quid tibi scribam. Illud admiror, quod Antonius ad me ne nuntium quidem, quum praesertim me valde observarit. Videlicet — aut aliquid atrocius de me imperatum est — coram negare mihi non vult, quod ego nec rogaturus eram nec,

---

gezähmten Löwen oder Panthern bespannten Wagen, da denn die Tänzerin Cytheris (s. ep. 376, 5) als seine Ariadne neben ihm figurirte. „Cicero Atticum monet, ne Antonium pertimescat: quamvis enim leonibus delectetur, non tamen eam esse hominis ferociam, ut cuiquam timorem iniicere debeat." *SCH.* — *Nihil.* Ern. Sch. Lün. *Nae, nihil* ex Ed. Rom. Sed *nae* apud Cic. nunquam aliter ponitur nisi sequente pronomine personae: *nae tu, nae ille. ORELLI.* — *iucund.*, spasshafteres. — *πρᾶξ. πολ.* ironice. Vide, quid nuper egerit homine rem publicam administrante dignum. *SCH.* — *Venerunt.* Sic dedi coniecturâ. Evocavit scil. ordinis amplissimi, ut dicebant, s. municipalis decem primos decuriones et magistratus iuri dicundo sive Quatuorviros. *ORELLI.* Es waren also diese, die er zu sich hatte berufen lassen, die angesehensten obrigkeitlichen Personen aus den Municipalstädten Campaniens. — *ad H. III.*, bis 9 Uhr. — *περὶ κοιλ. γίν.*, in alvo solvenda occupatum esse. — *here* = *heri* Asc. 1. Crat. Vict. 1. Lamb. cfr. Burmann. ad *Propert.* p. 366. *OR.* Forte *fecit*, *eff.* orto e praeced. *e. OR.* — *Aenariam*, die vor Campaniens Küste gelegene Insel Ischia. — *pollicetur.* Lamb. coni. *ut exsul. red. polliceretur.*

2. *Ab Axio.* S. ep. 377, 2. — *De Tirone, gratum*, vielen Dank für Das, was Du für Tiro gethan. S. ep. 366, 12 am Ende. — *Vectienum.* S. ep. 377, 5. — *Vestorio reddidi* literas a te missas. *MANUT.* „Den Vestorius hab' ich bezahlt." *WIEL.* S. ep. 368, 2. — *Servius.* S. ep. 375, 3 gegen Ende. — *prid. Non. Mai.*, am 6. Mai. — *C. Marc.* S. ep. 378, 2. — *argum.*. Stoff zu einem Briefe. — *reperio, quid.* Ern. coni. Sch. Lün. *quod.* Scribo cum Cdd. *non habeo* s. *reperio, quid*: at *nihil habeo s. reperio, quod.* Errat autem h. l. Ern. de Ep. 8, ubi ipse edidit: *ne ego quidem reperio, quid scribam. OR.* — *ne nuntium quidem* miserit. — *observarit*, mir mit besonderer Achtung begegnete. Forte *asservarit.* Cfr. *Ep.* 16, §. 2: *acerrime asservabimur*, ubi olim *observabimus*; et Ep. 18, §. 1: *custodiae, quibus asservor. ORELLI.* — *aut aliquid.* Sic recte distinguunt Man. Lamb. Vict. 2. Bos., ut sit: *Videlicet coram negare mihi non vult — nisi forte aliquid*

si impetrassem, crediturus. Nos tamen aliquid excogitabi-
3 mus. Tu, quaeso, si quid in Hispaniis: iam enim poterit audiri: et omnes ita exspectant, ut, si recte fuerit, nihil negotii futurum putent. Ego autem nec retentis iis confectam rem puto; neque, amissis, desperatam. Silium et Ocellam et ceteros credo retardatos. Te quoque a Curtio impediri video. Etsi, ut opinor, habes *κέλητα ἄοκνον*.

---

atrocius de me (*ei*, quod facillime hic excidere poterat) *imperatum est. ORELLI. atrocius* . . *imperatum est* a Caesare, quod Antonius reticere mavult, quam coram mihi aperire. *SCH.* Vgl. ep. 375, 3. — *negare non vult*, nempe veniam Italia exeundi. *SCH.* — *excogit.*, wir werden uns iedoch zu helfen wissen.

3. *in Hisp.* scil. gestum sit, ut mihi statim renunties. — *audiri.* S. ep. 378, 2 am Ende. — *exsp.* nuntios de Hisp. — *si recte fuerit* i. e. si Pompeii legati Caesarem vicerint. „wenn es da gut ginge, so würde alles Uebrige so gut als abgethan sein." — *retentis iis* (Cett. *his*), wenn wir auch Spanien behaupten. — P. *Silium* āo 703 Bithyniae propraetorem. S. ep. 233. 234 u. 251; auch 252, 13. — Servium *Ocellam.* S. ep. 376, 4. 243, 2. 273, 5. — *retardatos*, in Italia retentos, ne Pompeium consequi possent. — *a* Postumo *Curtio*, qui quum a partibus Caesaris staret, concedere Attico noluit, ut Italia exiret. Vid. ep. 342, 3. 372, 7. 140, 3. 146, 10. — *κέλητα ἄοκνον*, i. e. equum s. veredum impigrum, einen rüstigen Renner. Sch. coni. *ex diplomate κέλ. ἄοκν.* i. e. diploma, ut posset per Italiam proficiscens equis publicis uti, qui, quoniam per vices erant dispositi, vicem equi veredarii prorsus infatigabilis praestabant. Cfr. ep. 383, 4: *De diplomate.* „Du bist schon mit einem Passe und dem Erlaubnissscheine, Dich der Postpferde bedienen zu dürfen, versehen." Cicero sagt dafür kurz und scherzhaft: „Du hast gutes Vorspann." Weil Attikus diesen Ausdruck als eine im Ernst gemeinte Anschuldigung, wie wenn er mit Geld u. s. w. sich die Erlaubniss zur Ab- und Durchreise durch Italien zu verschaffen gewusst hätte, mit einer Art Befremdung aufnahm und seine Verwunderung darüber in einem Briefe gegen Cicero äusserte; so entschuldigt und rechtfertigt sich dieser gegen ihn ep. 383, 4 und gebraucht da das Wort *diploma*, was er hier absichtlich ausgelassen hatte. Es scheint also ganz unpasslich, hier mit Schütz *ex diplomate* oder *diploma* noch zusetzen zu wollen. *κέλης* (s. Odyss. des Homers V, 371), äolisch *κέληρ*, wovon Romulus seine Reiter celeres nannte, = celsus d. i. equus (nach Festus. S. Koen. ad Gregor. p. 140) könnte an Leute, wie Celer ep. 361, 4 u. s. w. erinnern.

EPISTOLA CCCLXXX. (ad Att. X. 14.)

Scr. in Cumano postridie Non. Mai. A. U. C. 705. (a. C. 49.)

Inopiam consilii queritur petitque, ut sibi quidquid habeat ad consolandum perscribat; colloquium cum Servio Sulpicio exponit. 1—3.

CICERO ATTICO S.

O vitam miseram! maiusque malum, tam diu timere, quam est illud ipsum, quod timetur! Servius, ut antea scripsi, quum venisset Nonis Maiis, postridie ad me venit. Ne diutius te teneam, nullius consilii exitum invenimus. Nunquam vidi hominem perturbatiorem metu: neque hercule quidquam timebat, quod non esset timendum: illum sibi iratum, hunc non amicum; horribilem utriusque victoriam, quum propter alterius crudelitatem, alterius audaciam, tum propter utriusque difficultatem pecuniariam, qua erui nusquam nisi ex privatorum bonis posset. Atque haec ita multis cum lacrimis loquebatur, ut ego mirarer eas tam diuturna miseria non exaruisse. Mihi quidem etiam lippitudo haec, propter quam non ipse ad te scribo, sine ulla lacrima est, sed saepius odiosa est propter vigilias. Quamobrem quid- 2
quid habes ad consolandum, collige et illa scribe, non ex doctrina neque ex libris: nam id quidem domi est; sed nescio quo modo imbecillior est medicina, quam morbus. Haec potius conquire, de Hispaniis, de Massilia; quae quidem satis bella Servius affert: qui etiam de duabus legionibus luculentos auctores esse dicebat. Haec igitur si ha-

---

1. *Servius.* S. vorig. Br. §. 2. — *exitum*, keines Planes Ausweg, glücklichen Erfolg. — *perturb. met.*, „mehr ausser Fassung vor Furcht." Der gute Servius hätte gerne schwimmen mögen, ohne nass zu werden. *WIEL.* — *sibi iratum* Pompeium, iratum omnibus, qui in Italia remanserant; Servio Sulpicio magis, qui filium cum Caesare Brundisium miserat. *MANUT.* S. ep. 359, 2. — *hunc*, Caesarem Servio non amicum, quia dixerat in senatu, non placere sibi eum in Hispanias ire contra Pompeii legatos. *MANUT.* S. ep. 365, 1. — *alterius*, Pompeii *crudelitatem.* — *diff. pec.*, Geldverlegenheit. Sic Md. Oxon. 1. 2. Man. Lamb. Vict. 2. *pecuniarum* Asc. 1. Crat. Vict. 1. Bos. Graev. Ern. Sch. Lün. *OR.* — *qua erui* cet., woraus man sich nicht anders herausarbeiten, heraushelfen könne, als durch den Raub alles Privatvermögens. Gronov. susp. *quae erui . . . possent.* — *lippitudo.* S. ep. 387. — *ipse*, eigenhändig. — *propter vigilias*, weil ich desshalb fast gar nicht schlafen kann.

2. *ex doctrina*, aus philosophischen Schulen. — *id*, dergleichen. S. Ramsh. §. 159, 2, a. — *satis bella*, cuiusmodi volumus, non secunda Caesari. *MANUT.* „aus beiden gute Nachrichten." — *de duabus legionibus* a Caesare, ut ferebatur, alienissimis. *SCH.* S.

bebis et talia. Et quidem paucis diebus aliquid audiri ne-
3 cesse est. Sed redeo ad Servium. Distulimus omnino sermonem in posterum: sed tardus est ad exeundum: multo se in suo lectulo malle, quidquid foret. Odiosus scrupulus de filii militia Brundisina. Unum illud firmissime asseverabat, si damnati restituerentur, in exilium se iturum. Nos autem ad haec: et ipsum certo fore: et, quae iam fiant, non esse leviora; multaque colligebamus. Verum ea non animum eius augebant, sed timorem, ut iam celandus magis de nostro consilio, quam ad idem ** videretur. Quare in hoc non multum est. Nos a te admoniti de Caelio cogitabimus.

EPISTOLA CCCLXXXI. (ad Att. X. 15.)

Scr. in Cumano a. d. VI. Id. Mai. A. U. C. 705 (a. C. 49.)

De Funisulani negotio, de Antonii nuntio ac de pluribus rebus aliis. 1—4.

CICERO ATTICO S.

Servius quum esset apud me, Cephalio cum tuis literis VI. Idus venit: quae nobis magnam spem attulerunt meliorum rerum de octo cohortibus: — etenim hae quoque, quae

---

ep. 378, 6. — *et talia* scribes. — *audiri nec. est.* S. vorigen Brief §. 3.

3. *Distulimus*, weil wir nicht zu Ende kommen konnten. — *tardus est.* Sic Lamb. om. *est* Cett. propter script. *tardust. OR.* — *malle* exspectare. — *quidquid foret*, was auch kommen werde. — *militia Brund.*, ein widriger Stein des Anstosses ist es ihm, dass er seinen Sohn nach Brundisium gegen Pompeius geschickt hat. S. ep. 359. 363 u. oben zu §. 1. — *condemnati*, die unter dem letzten Consulate des Pompeius Verurtheilten. — *et ipsum certo fore*, diess stehe ihm unfehlbar bevor. Sic Asc. 1. Crat. Vict. 1. 2. Bos. Graev. cum Cdd. notis. *et id ipsum* Lamb. Ern. Sch. Lün. Cfr Wopkens Handii p. 391. *OR.* — *leviora*, erträglicher. — *mult. collig.*, und wir belegten Das mit vielen Beispielen. — *ut iam celandus . . . quam ad idem ** videretur*, so dass es mir sicherer schien, ihm mein Vorhaben zu verhehlen, als zu versuchen, ob ich ihn zu einem gleichen Entschluss überreden könnte. Post *ad idem* excidit *excitandus*, *incitandus*, *cohortandus*, vel simile quid. *ORELLI.* — *non mult. est*, von Dem ist also Nichts zu erwarten. — *de Caelio* Caldo. S. ep. 378, 6. Das *fortuna meliore* blieb aus.

1. *Servius.* S. vorig. Br. §. 2. u. 3. — *Cephalio.* S. ep. 322. 360. 361. Servus Attici tabellarius. — *VI. Idus* Mai., am 10. Mai. — *melior. rer. de octo coh.*, „der uns wegen der darin gegebenen Nachricht von den acht Cohorten grosse Hoffnung macht, dass die Sachen eine bessere Wendung nehmen werden." Die zwei Legionen = 20 Cohorten, welche der vorige Brief als von Cäsar abgefallen angibt, waren also binnen wenigen Tagen auf 8 Cohorten = 3,000 Mann herabgeschmolzen. *WIEL.* Allein Cicero spricht

in his locis sunt, labare dicuntur: — eodem die Funisulanus a te attulit literas, in quibus erat confirmatius idem illud. Ei de suo negotio respondi cumulate, cum omni tua gratia. Adhuc non satisfaciebat: debet autem mihi multos nummos, nec habetur locuples. Nunc ait se daturum; cui expensum tulerit, morari; tabellariis, si apud te esset, qua satisfecisset, dares. Quantum sit, Eros Philotimi tibi dicet. Sed ad maiora redeamus. Quod optas, Caelianum 2
illud maturescit. Itaque torqueor, utrum ventum exspectem. Vexillo opus est: convolabunt. Quod suades ut palam; prorsus assentior: itaque me profecturum puto. Tuas tamen interim literas exspecto. Servii consilio nihil expeditur. Omnes captiones in omni sententia occurrunt. Unum C. Marcellum cognovi timidiorem; quem consulem

---

von acht ganz anderen Cohorten, die ebenfalls auf Abfall von Cäsar dachten. — *etenim hae.* Lege *eae. ORELLI.* — *Funisulanus*, wol ein Publicaner oder Handelsmann. — *confirm.*, noch mehr bestätiget. — *cumulate* = ex voto, wie er's nur wünschen konnte. — *cum omni tua gratia*, und ich habe ihn merken lassen, dass er es Dir zu danken habe. — *se daturum*, dass er bezahlen wolle. — *cui exp. tulerit, morari*; aber Der, dem er es geliehen habe, halte ihn auf, indem er nicht bezahle. — *tabellariis . . . dares.* Sic Manutius, sed: *satisfecisses* (*satisfecisset* cum Graev. Sch. ex ed. Bonon. Pii) Herv. Lamb. sed: *quum satisfecisset* (*quum* e Graevii coni.). Sententia: „Qui sibi debeat, eum non solvere: scripsisse tamen, ut is tibi solvat: quatenus is tum solvisset (fortasse enim non integram summam Funisulani debitor erat soluturus Attico), si tu ea pecunia eo ipso tempore carere posses, tabellariis dares ad me perferendam." *ORELLI.* — *Quantum sit*, quod Funisulano debeatur. — *Eros Philotimi* libertus, diversus ab Attici liberto, qui nominatur Eros. Vid. ad Attic. VI, 1. XV, 15. 20.

2. *Caelianum illud*, das Unternehmen nach dem Beispiele des Cälius Caldus Unteritalien zu Gunsten der republikanischen Partei aufzuregen und gegen Cäsar zu bewaffnen. S. ep. 378, 6. 380, 3. — *Itaque torq.* cet., ich quäle mich daher mit der Ungewissheit, ob ich einen günstigen Wind d. i. den Erfolg der gegenwärtigen Volksstimmung und der erwähnten Cohorten und Legionen abwarten soll. — *Vexillo op. est* i. e. tantum opus est duce, qui signum det. *ERN.* Metonymie! — *convolabunt* ad hunc ducem, so werden die Leute schaarenweise zum Fähnlein heranfliegen. — *ut palam* i. e. gemmam annuli cum Gyge Lydio ad palmam convertam et me non videndum reddam h. e. occulte discedam. Nota est fabula de Gygis annulo. Vid. Cic. de Officc. III, 9. *I. FR. GRONOV. palam* ist nicht das Adverbium; denn Cicero spricht überall, dass er seine Abreise verheimlichen wolle. — *Servii cons. nihil expeditur*, was im vorigen Br. *in hoc non multum est.* — *Omnes captiones* cet., bei iedem Vorschlage fallen ihm alle möglichen Bedenklichkeiten ein. *Captiones* proprie dixit, quum loqueretur de iurisconsulto; nam a captionibus cavere iurisconsultorum est. *MANUT.* — *Unum . . . timid.*, i. e. Servius ita timidus est, ut unum eo C. Marcellum cognoverim timidiorem. *SCH.* Vgl. ep. 379, 2. 378, 3. — *consul.*

fuisse poenitet. Ὦ πολλῆς ἀγεννείας! qui etiam Antonium confirmasse dicitur, ut me impediret; quo ipse, credo,
3 honestius. Antonius autem VI. Id. Capuam profectus est: ad me misit, se pudore deterritum ad me non venisse, quod me sibi succensere putaret. Ibitur igitur, et ita quidem, ut censes; nisi cuius gravioris personae suscipiendae spes erit ante oblata. Sed vix erit tam cito. Allienus autem praetor putabat aliquem, si ego non, ex collegis
4 suis. Quivis licet, dummodo aliquis. De sorore, laudo. De Quinto puero, datur opera. Spero esse meliora. De Quinto fratre: scito eum non mediocriter laborare de versura: sed adhuc nihil a L. Egnatio expressit. Axius de XII. millibus pudens. Saepe enim adscripsit, ut Gallio,

---

f. poenitet, weil er als solcher gegen Cäsar eifrig gehandelt hatte und so ietzt vor dessen Zorn sich fürchten musste. S. ep. 223, 5. — *Ὦ πολλ. ἀγενν.*, o abiectum humilemque animum, propter timorem poenitere summae dignitatis, qua gloriari etiam deberet. *MANUT.* - *ἀγεννείας* eius, *qui* cet. — *confirm.*, zugeredet haben. — *impediret*, retineret a discessu. — *quo ipse . . honestius* in Italia manere possit, si ego non abeam. *ERN.*

3. *ad me misit*, er liess mir sagen. — *succensere.* S. ep. 379, 2. 376, 2. — *Ibitur igitur*, es bleibt also dabei: ich gehe! — *censes* scil. *ut palam.* S. §. 2. — *grav. pers. susc.*, eine wichtigere Rolle zu übernehmen; entweder die Rolle eines Friedensstifters, wie Ernesti, oder eines Anführers der §. 1. erwähnten acht Cohorten und zwei Legionen, wie Mongault vermuthet. — *tam cito.* Desshalb schrieb er oben: torqueor, utrum ventum exspectem. — *Allienus*, praetor fuit ao 705; proconsulis nomine rexit ao 708. Vid. Eckhel doctr. numism. Vol. IV, P. 1. p. 138. ad Famil. XII, 11. 12. XIII, 435. 436. Vgl. de Bell. Afric. 2. — *ex collegis suis* hanc personam i. e. ducis partes suscepturum esse. — *Quivis licet* has partes suscipiat, *dummodo aliquis* suscipiat. „Sei es dieser oder Iener, gleichviel! wenn nur Iemand."

4. *De sorore* tua, Pomponia s. Caecilia, Quinti fratris uxore, „Was Du mir wegen Deiner Schwester schreibst, hat meinen völligen Beifall." In Bezug auf ep. 377, 1 am Ende. — *De Quinto puero.* S. ep. 378, 3. — *esse meliora*, es sei schon besser mit ihm. — *de versura* i. e. de solvendo debito per versuram. De Urs. (non Corrad.) coni. Sch. Lün. *usura* perpetuo in h. v. errore Cett. cum Cdd. *OR.* S. ep. 377, 2. — *a L. Egnatio*; ait Cicero Egnatium feneratorem nondum adduci potuisse, ut Quinti nomine Attico pecuniam solveret. *SCH.* Ueber Egnatius *Sidicinus* s. ep. ad Attic. VI, 1; über L. Egnat. ep. 123. 315; über L. Egn. Rufus ep. 370. — *Axius de XII* (*XIII.* ut Ep. 11. Lamb. in m. 1584 et Graev. susp.) *mill. pudens*, Axius beträgt sich hinsichtlich der 1300 Flor. wirklich sehr verschämt. *pudens* ironice: qui non modo non dat, quod debet, nempe XIII. millia, sed etiam plus petit. Zur Sache vgl. ep. CCCLXXVII, 2. — *adscripsit* i. e. quum scribit se solvere non posse hoc tempore, scribit insuper de pecunia filio danda. „*ad me scripsit* Cd. Urs. Nescio qui apud Corr. *OR.*" — *Gallio*, seinem Sohne, der den Namen Gallius entweder durch Adoption erhalten hatte oder sein Stiefsohn war. Er hiess, wenn er von

quantum is vellet, darem. Quod si non scripsisset, possemne aliter? Et quidem saepe sum pollicitus: sed tantum voluit cito. Me vero adiuvarent his in angustiis. Sed dii istos! Verum alias. Te a quartana liberatum gaudeo itemque Piliam. Ego, dum panes et cetera in navem parantur, excurro in Pompeianum. Vectieno velim gratias; quod studiosus est. Si quemquam nactus eris, qui perferat; literas des ante, quam discedimus.

EPISTOLA CCCLXXXII. (ad Att. X. 16.)

Scr. in Cumano (Pompeiano *SCH.*) prid. Id. Mai. A. U. C. 705. (a. C. 49.)

Narrat Dionysium ad se venisse nec secum in Graeciam ire voluisse. 1. se sperare ait consilium profectionis vacuum periculo fore. 2. Catonem Siciliam, quam tenere potuisset, reliquisse. 3. se centuriones trium cohortium, qui se convenire voluerint, ut se et oppidum traderent, discessu e Pompeiana villa evitasse. 4. Deinde Hortensium venisse refert. 5. Atticoque, ut se vegetum in Graecia sistat, optat. 6.

CICERO ATTICO S.

Commodum ad te dederam literas de pluribus rebus, quum apud me bene mane Dionysius fuit: cui quidem ego non modo placabilem me praebuissem, sed totum remisis-

---

einem Gallius adoptirt war, vollständig Gallius Axianus, wie oben ep. 347 u. 359 des Q. Titinius Sohn Pontius Titinianus genannt wurde. — *darem*, noch zu der alten Schuld zuliehe, vorstreckte. — *Quod si non scrips.*, wenn er mich auch um so Etwas nicht schriftlich ersucht hätte. — *saepe*, zu wiederholten Malen. — *voluit cito*, aber der Gallius wollte so und so Viel auf einmal und immer sofort. Ich gab es ihm . . . und ietzt, da ich selbst das Geld so nöthig brauche, werd' ich vom Axius mit Entschuldigungen abgespeis't. — *his* Asc. Crat. Vict. 1. *iis in ang.*, in dieser meiner Noth. — *dii istos* perdant, scil. qui quum me adiuvare deberent in his angustiis, magis etiam premant. *GRAEV.* — *Verum alias* plura de his. — *a quartana.* S. ep. 375, 3. 282, 1. 284, 1. 293, 2. 296, 1. 298, 3. 299, 2. 313, 1. — *Piliam* uxorem. S. ep. 281, 1. — *excurro in Pomp.*, mache ich einen Abstecher nach meinem Gute bei Pompeii. — *Vectieno.* S. ep. 368, 3. 377, 5. 379, 2. — *quod studiosus est* scil. rerum mearum. *ERNESTI.* — *nactus eris.* Sic ex constanti usu Cic. Md. Oxon. 1. Vict. 1. Lamb. *fueris* Asc. 1. Crat. Man. Vict. 2. Graev. Ern. Sch. Lün. *OR.*

1. *Commodum* ad tempus adverb. = iust, noch zu rechter Zeit, ἐν καιρῷ, καιρίως, eben, grade; mit folgendem *quum*, wie ad Attic. XIII, 9. 30. und ohne *quum*, wie ad Attic. XIII, 9. Plaut. Amphitr. IV, 3, 9; auch *commodo* tempore Plaut. Mil. IV, 4, 61. — *apud.* Sic scripsi, ut alibi alii saepe correxerunt. *ad* Omnes. *OR.* — *Dionysius.* S. ep. 198. 199. 315, 2. 323, 3.

sem, si advenisset, qua mente tu ad me scripseras. Erat enim sic in tuis literis, quas Arpini acceperam, eum venturum facturumque, quod ego vellem. Ego volebam autem vel cupiebam potius, esse eum nobiscum. Quod quia plane, quum in Formianum venisset, praeciderat, asperius ad te de eo scribere solebam. At ille perpauca locutus hanc summam habuit orationis: ut sibi ignoscerem; se rebus suis impeditum nobiscum ire non posse. Pauca respondi; magnum accepi dolorem: intellexi fortunam ab eo nostram despectam esse. Quid quaeris? Fortasse miraberis: in maximis horum temporum doloribus hunc mihi scito esse. Velim, ut tibi amicus sit. Hoc quum tibi opto, opto ut beatus sis. Erit
2 enim tamdiu. Consilium nostrum spero vacuum periculo fore. Nam et dissimulabimus, — ut opinor, acerrime asservabimur; — et — navigatio modo sit, qualem opto — cetera, quae quidem consilio provideri poterunt, cavebuntur. Tu, dum adsumus, non modo quae scieris audierisve, sed etiam quae futura providebis, scribas velim.
3 Cato, qui Siciliam tenere nullo negotio potuit et, si tenuisset, omnes boni ad eum se contulissent, Syracusis profectus est ante diem VIII. Kalendas Mai., ut ad me Curio scripsit. Utinam, quod aiunt, Cotta Sardiniam teneat! Est enim
4 rumor. O, si id fuerit, turpem Catonem! Ego, ut minuerem suspicionem profectionis aut cogitationis meae, pro-

---

327, 1. 328, 1. 333. — *advenisset* ea mente, *qua mente* (Gesinnung) eum adventurum esse *tu* cet. S. Ramsh. §. 159, 3, d. Grotef. §. 374. — *praeciderat*, gradezu abgeschlagen hatte. — *asperius*, etwas bitter. — *rebus suis* i. e. domesticis. — nam *intellexi fortunam ... esse*, dass er meine veränderte Glückslage verschmähte d. i. nicht theilen wollte. — *hunc* dolorem. — *ut beatus sis*, dass Du Dich immer in den glücklichsten Umständen befinden mögest; denn sonst verschmäht er Dich auch. — *Erit* enim tibi amicus *tamdiu*, quamdiu beatus es.

2. *et dissimulabimus* illud consilium, einer Seits werd' ich mir von ienem Vorhaben Nichts merken lassen; *et .. cavebuntur*, anderer Seits werd' ich mich vor allem Uebrigen, was sich wenigstens mit Klugheit voraussehen lässt, zu hüten wissen. Zu *asservabimur* vgl. ep. 384 custodiae, quibus asservor und ep. 378 undique custodior. — *dum adsumus*, so lang' ich noch hier bin.

3. *nullo negotio* = sine negotio, ohne Schwierigkeit, leicht. — *se contulissent*. Hätten sie diess gleich gethan, so würde Cato sich in Sicilien gehalten haben. — *VIII Kal. Mai.*, am 24. April. — *Curio* a Caesare missus, ut Siciliam Pompeianis eriperet. *MANUT.* Vid. ep. 366. — *Cotta*. Dieser *M. Aurelius Cotta* wird in der Hinsicht im Caes. de B. Civ. I, 3 näher erwähnt. — *rumor*, scil. fore ut Cotta Sardiniam teneat. — *turpem Catonem*, welche Schande dann für Cato! Man erinnere sich an ep. CCLXVI. Vgl. ep. 378, 2.

fectus sum in Pompeianum a. d. IV. Id., ut ibi essem, dum,
quae ad navigandum opus essent, pararentur. Quum ad
villam venissem, ventum est ad me: centuriones trium
cohortium, quae Pompeiis sunt, me velle postridie; — haec
mecum Ninnius noster; — velle eos mihi se et oppidum
tradere. At ego tibi postridie a villa ante lucem, ut me
omnino illi ne viderent. Quid enim erat in tribus cohor-
tibus? Quid, si plures? Quo apparatu? Cogitavi eadem
illa Caeliana, quae legi in epistola tua, quam accepi, simul
et in Cumanum veni, eodem die, et simul fieri poterat, ut
tentaremur. Omnem igitur suspicionem sustuli. Sed quum 5
redeo, Hortensius venerat et ad Terentiam salutatum de-
verterat: sermone erat usus honorifico erga me. Tamen
eum, ut puto, videbo. Misit enim puerum se ad me venire.
Hoc quidem melius, quam collega noster Antonius, cuius

---

4. *IV. Id. Mai.*, am 12. Mai. — *essem*, manerem. — *ventum est ad*, so meldete man mir; mit folg. accus. c. infin. — *trium cohortium.* S. ep. 380, 2. 381, 1. — *postridie* scil. convenire, was sich als Glosse im Cod. Decurt. am Rande der Crat. Lamb. findet. — *Ninnius noster* communicavit, Das hinterbrachte mir unser Freund Ninnius. Dieser L. Ninnius Quadratus ist eben der, welcher als Tribunus Plebis am ersten Iunius 696 auf Cicero's Rückberufung aus dem Exsil angetragen und Clodius Güter der Ceres geheiligt hatte. S. pr. Sext. c. 31. post Red. in Sen. c. 2. pr. Dom. c. 48. Pighius ad A. U. 695 lies't mit Anderen *Mummius.* — *tibi.* S. Ramsh. §. 119. über diess pleonastische vertrauliche *tibi.* — *a villa* Pompeiana redii in Cumanum. — *Quid . . erat in*, Denn was hätt' ich mit . . . machen sollen? — *quo apparatu?* woher die erforderlichen Mund- und Kriegsvorräthe nehmen? — *illa Caeliana.* S. ep. 378, 6. 380, 3. 381, 2. Das war aber mehr ein Einfall des Attikus, eine momentane Billigung des Cicero gewesen; dem man also desshalb weder Feigheit vorwerfen noch *πολεμήια ἔργα* so gradezu absprechen kann. — *simul et*, sobald als. S. Ramsh. §. 179, B, a, 4. N. 2. *simul ut* Cod. Ursini. — *fieri poterat, ut tentaremur*, es konnte eine Falle sein, in die man mich locken wollte. Ueber das amplificirende *fieri poterat* s. Ramsh. §. 204, 4, 5. *ut tentaremur* i. e. ut Caesariani animum meum tentare vellent. Non sine causa haec displicebant Ern. Credo e praecedd. temere repetitum esse v. *simul*; ut sit: *et* (revera) *fieri poterat.* *ORELLI.*

5. *quum*, Marg. 1584 *dum redeo*, während meiner Rückreise; daher das praes. mit folg. plusq. pf. *venerat.* Rückreise; wohin? in Pompeianum, nicht in Cumanum, wie Manutius glaubte. Daher dieser und die beiden folgenden Briefe dort, nicht hier, geschrieben sind. — *erga me*, in Hinsicht meiner Person, über mich. — *Misit* cet. Denn er hat sich durch einen Laufer bei mir melden lassen. — *melius* i. e. honestius facit. — *Antonius* war obwohl später, als Cicero, Augur geworden; desshalb nennt er ihn *collega noster.* — *portatur*, vor meinem Gute sich vorbeitragen liess und lässt, ohne bei mir vorzusprechen. Vgl. ep. 379, 2. 377, 4. 376, 3 und bes. 5. 374, 10.

6 inter lictores lectica mima portatur. Tu, quoniam quartana cares, et novum morbum removisti, sed etiam gravedinem, te vegetum nobis in Graecia siste; et literarum aliquid interea.

EPISTOLA CCCLXXXIII. (ad Att. X. 17.)

Scr. in Cumano (Pompeiano *SCH.*) XVII. Kal. Iun. A. U. C. 705. (a. C. 49.)

Hortensium et Serapionem venisse significat. 1. Lippitudinem crebro refricare. 2. aequinoctium se morari. 3. denique se purgat ob id, quod de Attici diplomate scripserat. 4.

CICERO ATTICO S.

Prid. Idus Hortensius ad me venit, scripta epistola. Vellem cetera eius. Quam in me incredibilem *ἐκτένειαν!* qua quidem cogito uti. Deinde Serapion cum epistola tua: quam priusquam aperuissem, dixi ei te ad me de eo scripsisse antea, ut feceras. Deinde, epistola lecta, cumulatissime cetera: et hercule hominem probo: nam et doctum et probum existimo. Quin etiam navi eius me et ipso con-

---

6. *quartana.* S. ep. 382, 4. — *novum morb. removisti.* Sic Md. Cd. Tornaes. teste Lamb. Alii Cdd. Margo Crat. Vict. 1. 2. Recte; significat *novas tentationes Ep. seq.* scil. *δυσουρίαν Ep.* 10. Est igitur hic locus unus de iis, ubi *non modo* vel a Cicerone ipso, vel, quum per compendium scribi coeptum esset, a librariis omissum est ante v. *sed etiam*; de quo genere *Garatoni ad Philipp.* T. 2. p. 491. *ad Fam.* 13, 64, 2. *ad Attic.* 9, 13. *ad Q. Fr.* 1. §. 44. *et nedum m.* Cod. Decurt. Tornaes. teste Bosio. Oxon. 2. Cdd. Malasp. Memm. Asc. 1. Crat. Bos. Graev. Ern. Sch. Lün.; quod etsi excusationem habet in Balbi *Ep.* Lib. 9, 7. A., Ciceronianum tamen non est. *et non modo m.* (Oxon. 1?) Man. Lamb. Oliv. *et non modo veterem morbum r.* Margo 1584. *ORELLI.* S. Ramsh. §. 181, B, 1. N. b. — *gravedinem*, die Schwere der Glieder, die Mattigkeit. — *vegetum*, frisch und munter. — *siste* als Kraftsprache des warmen Freundes für *spero nos te vegetum in Graecia amplexuros esse.* — *et* = attamen. — *interea* mittas.

1. *Prid. Idus* Mai., am 14. dieses Monaths. — *Hortensius*, dessen Vater, der berühmte Redner, vor Kurzem gestorben war. S. über ienen ep. 264, 9. 366, 6. 378, 1. — *scripta epistola*, seit meinem letzten Briefe. — *Vellem cetera eius* scil. quae fecit, essent vel fuissent similia his quae coram dixit. *ERNESTI.* „Ich möchte wünschen, er wäre in allen Stücken so, wie er sich bei diesem Besuch zeigte." — *ἐκτένειαν*, propensam voluptatem ostendit. — *Serapion*; Attikus scheint diesen seinen gebildeten Sclaven dem Cicero zum Hofmeister bei den iungen Ciceronen anstatt des Dionysius empfohlen zu haben. — *cumulatissime cetera* ei sum pollicitus. — *et* re vera quidem *hominem probo: nam et doctum.* Sic Md. a pr. m. (iunctim tamen: *probonam*) Oxon. 1. 2. Vict. 1. 2. Manut. Lamb. Bos. Graev. Iam in marg. Md. pro *probonam* est: *bonum.* Hinc C2d. Malasp. Ball. Helmst. Rom. Asc. 1. Crat. Ern.

vectore usurum puto. Crebro refricat lippitudo, non illa 2
quidem perodiosa, sed tamen quae impediat scriptionem meam. Valetudinem tuam iam confirmatam esse et a vetere
morbo et a novis tentationibus gaudeo. Ocellam vellem 3
haberemus. Videntur enim esse haec paullo faciliora. Nunc quidem aequinoctium nos moratur, quod valde perturbatum erat. Id si ἀκραὲς erit, utinam idem maneat Hortensius!
siquidem, ut adhuc erat, liberalius esse nihil potest. De 4
diplomate admiraris, quasi nescio cuius te flagitii insimularim. Negas enim te reperire, quî mihi id in mentem venerit. Ego autem, quia scripseras te proficisci cogitare; — etenim audieram nemini aliter licere; — eo te habere censebam, et quia pueris diploma sumpseras. Habes causam opinionis meae: et tamen velim scire, quid cogites, in primisque, si quid etiam nunc novi est. XVII. Kal. Iun.

---

hominem bonum et doctum. Male: sequitur enim *probum.* Hoc quum animadvertisset scriptor Cd. Anton. apud Malasp. correxit: *hominem et doctum;* idque recepit Sch. Lün. Sed, si corrupti quid inest, leg. erat potius: *hominem et perbonum et doctum existimo.* Saepe enim adi. cum *per* composita corrupta vidi. Quod si h. l. mutatum fuit in *probonam*, *probo nam*, facile alterum membrum, quod desiderari videbant ex v. *et*, suppleverunt *et probum.* Non tamen necessaria ista correctio. *et hercule hominem et doctum et probum existimo* Cd. in m. 1584. *ORELLI.* — *navi eius*, des Schiffes, worauf er gekommen ist.

2. *lippitudo.* S. zu ep. CCCLXXX, 1 am Ende. — *quae* = ita ut *impediat scr. m.*, mich am Schreiben behindert. — *a vetere morbo.* S. zu d. vorig. Br. §. 6.

3. *Ocellam haberemus*, ut nobiscum posset discedere. *MANUT.* S. ep. CCCLXXIX, 3 und CCCLXXVII, 4. — *videntur.* An *viderentur* (scil.: „si eum haberemus":)? *ORELLI.* — *paullo faciliora*, denn alsdann scheint hier Alles weniger Schwierigkeiten zu haben. — *aequinoctium.* Quomodo aequinoctium circa XVII. Kal. Iunii, quo die scripta est haec epistola? Nempe aequinoctium vernum isto anno incidit in XVI. Kal. Iun., cuius perturbationis causas diligenter exposuit Pontedera in antiqq. Roman. et Graec. enarrationibus epist. XL. p. 346. *SCH.* Die Römer befanden sich damals vermöge ihres verdorbenen Kalenders schon in der Mitte des Mai, nach der wahren Zeitrechnung aber erst in der letzten Woche des März. — *perturb. erat*, Sch. ed. min. *est*, stürmisch war, ist. — *ἀκραὲς*, liquidum, non perturbatum, günstig. — *idem* = gleichfalls d. i. auch günstig. S. Ramsh. §. 158, 2, g. Grotef. §. 290. — *liberalius*, artigeres als Hortensius.

4. *insimularim.* Sic Lamb. *insimularem* Cett. Attikus konnte den Ausdruck *κέλητα ἄοκνον* in ep. CCCLXXIX, 3 so nehmen, als wenn ihn Cicero einer Unthat beschuldigte; denn Verbrecher sehen sich nach gutem Vorspann um. Man fühlt aber, dass Alles scherzhafte Neckerei war. — *aliter* scil. nisi sumpto diplomate (Pass zur Postreise.) *SCH.* — *eo* = desswegen. — *te habere* diploma. — *in primisque* scire velim, *si quid* = *εἴ τι*, was es etwa Neues gibt. — *XVII. Kal. Iun.*, am 16. Mai.

EPISTOLA CCCLXXXIV. (ad Att. X. 18.)

Scr. in Cumano (Pompeiano *SCH.*) XIII. Kal. Iun. A. U. C. 705. (a. C. 49.)

De Tulliae partu, de itinere suo, de Balbi sermone cum Attico habito. 1—3.

CICERO ATTICO S.

Tullia mea peperit xiv. Kal. Iun. puerum *ἑπταμηνιαῖον.* Quod *ηὐτόκησεν,* gaudeo. Quod quidem est natum, perimbecillum est. Me mirifice tranquillitates adhuc tenuerunt atque maiori impedimento fuerunt quam custodiae, quibus asservor. Nam illa Hortensiana omnia fuere infantia. Ita fit: homo nequissimus a Salvio liberto depravatus est. Itaque posthac non scribam ad te, quid facturus sim, sed quid fecerim. Omnes enim *Κωρυκαῖοι* videntur subauscul-
2 tare, quae loquor. Tu tamen, si quid de Hispaniis sive quid aliud, perge quaeso scribere; nec meas literas exspectaris, nisi quum, quo opto, pervenerimus, aut si quid ex cursu. Sed hoc quoque timide scribo: ita omnia tarda adhuc et spissa. Ut male posuimus initia, sic cetera sequentur. Formias nunc sequimur; eâdem nos fortasse furiae

---

1. *XIV. Kal. Iun.*, am 19. Mai. — *ἑπταμ.*, septimestrem. — *ηὐτόκ.*, feliciter peperit. Nam ex hoc partu Tullia convaluit. *SCH.* — *tranq.*, Windstille. — *maiori*; sed *maiore* omnes praeter Lamb. in m. 1584, quem secutus sum. *OR.* — *custodiae* = custodes, Wächter, Aufpasser. Abstr. pro concreto. — *illa Hortensiana* (Md. Vict. *Hortensina*), alle die schönen Versprechungen des Hortensius. — *infantia*, vana, qualia sunt infantium promissa. *CORR.* „blosse Kindereien." — *Salvio*, dem der alte Hortensius die Aufsicht über seinen einzigen Sohn anvertraut hatte. — *Κωρυκαῖοι* fuerunt populi Pamphyliae, dicti a promontorio Coryco. Ad id quum appulissent piratae, ne ab ipsis male tractarentur, in ceteras stationes navium portusque se mutatis vestibus contulerunt et, quae ibi audierant, ad piratas retulerunt, ut nomina navigantium et quorsum navigare constituissent scirent. Hinc proverbium in eos deductum, qui subauscultant, quae dicuntur, ut ea ad alios deferant. Vid. Suid. in *Κωρυκαῖος*. *ERNESTI.*

2. *aliud* habes. — *si quid ex cursu* i. e. si quid in ipso itinere ad te scripsero. *ERNESTI.* — *timide*, mit Besorgniss d. i nicht für gewiss. — *omnia* Cd. Decurt. *TAONIA.* Tornaes. *ΠΑΟΝΙΑ.* Si latet revera in optimi Cod. scriptura voc. Graecum, quod equidem haud abnuerim, fuit *τὰ ὤνια:* „ea, quae ad navem parantur, tarde ac difficulter conquiruntur." *ORELLI.* — *spissa*, unbeholfen. — *male* suspectum Ern. „Schlechter Anfang, schlechter Fortgang!" — *sequentur.* Sic Ball. Helmst. Asc. 1. Crat. Lamb. prob. Goerenz. *Legg.* p. 72, 2. *sequuntur* Vict. Bos. Graev. Ern. cum Md. Oxon. 1. 2. Vide, ne h. v. omnino sit e glossa. Nam vel in epistola displicent ista: *sequentur*; .. *sequimur* ... *persequentur.* *ORELLI.* — *Form. n. seq.*, ich will es nun mit Formiä versuchen. — *eâdem*, = eben dahin. Sic Md. Oxon. 1. 2. Bos. Graev. Ern. Sch. Lün.

persequentur. Ex Balbi autem sermone, quem tecum habuit, non probamus de Melita. Dubitas igitur, quin nos in hostium numero habeat? Scripsi equidem Balbo te ad me de benevolentia scripsisse et de suspicione. Egi gratias. De altero ei me purgavi. Ecquem tu hominem infeliciorem? 3
Non loquor plura, ne te quoque excruciem. Ipse conficior venisse tempus, quum iam nec fortiter nec prudenter quidquam facere possim.

EPISTOLA CCCLXXXV. (ad Div. XIV. 7.)

Scr. in portu Caietano nave conscensa, III. Idus Iun. A. U. C. 705. (a. C. 49.)

Molestiam et sollicitudinem ex adversa valetudine eiecta bile depulsam esse nuntiat et, ut se absente fortes sint et valetudinem curent, hortatur. 1—3.

M. TERENTIAE SUAE S. P.

Omnes molestias et sollicitudines, quibus et te miserrimam habui *et*, id quod mihi molestissimum est, Tulliolam, quae nobis nostra vita dulcior est, deposui et eieci.

---

eaedem Margo Md. Asc. 1. Crat. Vict. 1. 2. prob. Lamb. in Curis secundis. *eodem* Lamb. 1584. Verum hoc puto. *ORELLI.* — *furiae*, custodiae illae, solicitudines meae. — *non probamus de Melit.*, gefällt mir der Punct über Malta nicht. Quantum ex Balbi sermone colligere licet, intelligo Caesari consilium nostrum in Melitam abeundi non probari. *SCH.* — *habeat* Caesar. — *de benevol.* Caesaris erga me *et de* eius *suspicione*, quam de me alat. *de eius erga me ben.* Lamb. *e benev.* Md. a pr. m. Fuitne *et de benev.? ORELLI.* — *Egi gratias*, nämlich für seine gute Gesinnung gegen mich. — *De altero* i. e. de suspicione. — *purgavi.* Sic Md. a sec. m. Oxon. 1. 2. Ball. Helmst. cet. Et est necessarium, ut, qui de benevolentia gratias agat, aut ipse quoque de suspicione se purget, aut suspicionem eius se nosse prorsus silentio praetereat. *purga* Md. a pr. m. C2d. Iunii cet. Deberet saltem esse: *tu me purga.*

3. *infeliciorem* scil. me nosti? — *conficior* = ich werde noch aufgerieben scil. illa cogitatione *venisse tempus.* — *quum* = quo, wo. S. Ramsh. §. 203, IV, 1, b. — *iam*, mehr. Diess ist der letzte Brief an Attikus vom Iahre 705. Cicero schiffte sich am 7. Iunius mit seinem Bruder und den beiden iungen Ciceronen ein, um nach Dyrrhachium in's Lager des Pompeius über zu fahren. Die näheren Umstände sind unbekannt. In fast neun Monathen hat dann Cicero an seinen Attikus nicht geschrieben; wie sich aus dem Datum des 384. Br. ergibt.

TERENTIAE. S. zu ep. LIX im Anf.

1. *sollicit.* nempe de adversa Ciceronis valetudine. Aegrotus enim fuerat, donec vis morbi eiecta bile frangeretur. *SCH.* — *miserrimam habui*, zeither in einem hohen Grade unglücklich gemacht, bekümmert habe. — *et . . . Tulliolam.* Sic Vict. 1. Rectius, puto, quam ceteri. Cfr. Ep. 11. Ceteri omisso *et* praebent *Tul-*

Quid causae autem fuerit, postridie intellexi, quam a vobis discessi. Χολὴν ἄκρατον noctu eieci: statim ita sum levatus, ut mihi deus aliquis medicinam fecisse videatur. Cui quidem tu deo, quemadmodum soles, pie et caste satisfacies, id
2 est, Apollini et Aesculapio. Navem spero nos valde bonam habere: in eam simulatque conscendi, haec scripsi. Deinde conscribam ad nostros familiares multas epistolas, quibus te et Tulliolam nostram diligentissime commendabo. Cohortarer vos, quo animo fortiore essetis, nisi vos fortiores cognossem, quam quemquam virum. Et tamen eiusmodi spero negotia esse, ut et vos istic commodissime sperem esse et me aliquando cum similibus nostri rem publicam
3 defensuros. Tu primum valetudinem tuam velim cures: deinde, tibi si videbitur, villis iis utere, quae longissime aberunt a militibus. Fundo Arpinati bene poteris uti cum familia urbana, si annona carior fuerit. Cicero bellissimus tibi salutem plurimam dicit. Etiam atque etiam vale. D. VII. Idus Iun.

---

liolamque. OR. — *eieci*, evomui. *Χολὴν ἄκρατον*, bilem meram. — *satisfacies*, die gebührende Danksagung abtragen. Sic Md. Sch. Lün. *satisfacias* Vict. 1. 2. Graev. Ern. Bened. — *id est, Apoll. et Aesc.*, de Manut. sententia delenda. Delevit verba suspecta etiam Sch. Lün. *OR.*

2. *quo animo fortiore essetis*, damit ihr um so tapfern Muthes sein möchtet. *quo* Crat. Lamb. Ern. Sch. Lün. *quod* Md. Vict. 1. 2. Graev. Bened. Fortasse: *vos, animo. OR. fortiores* Md. Bened. — *negotia esse*, indess hoff' ich, die Sachen werden eine solche Wendung nehmen. — *istic*, in Italia. — *defensuros.* Sic Md. Vict. 1. 2. Bened. probante Drack. ad *Liv.* 21, 60, 7. *defensurum* Crat. Lamb. Graev. Ern. Sch. Lün. *ORELLI.* Cicero dachte nicht daran, dass er *me*, nicht *nos* geschrieben hatte, welches beides sich gleich ist.

3. *tibi si.* Bas. De Med. non satis constat. *si tibi* Crat. Vict. 1. *OR.* — *aberunt a militibus* Caesarianis, den Soldaten aus dem Wege liegen. *DAMM.* — *cum familia urbana*, servis urbanis, „mit uns'rer Stadtdienerschaft." Wie er das weibliche Herz kennt! — *Cicero* filius. — *D. VII. Id. Iun.*, am 7. Iunius. Sic (Md?) Cd. Dresd. pr. (qui maxime refert Md.) Vict. 2. Lamb. Bened. *III. Idus* (am 11. Iunius) Bas. Crat. Vict. 1. Graev. Ern. Sch. Lün. *ORELLI.*

EPISTOLA CCCLXXXVI. (ad Att. XI. 1.)

Scr. in Epiro, fortasse in castris Pompeii initio mensis Februarii A. U. C. 706. (a. C. 48.)

C. Iul. Caesare II. P. Servilio Vatio Isaurico coss. 706.

CICERO ATTICO S.

Accepi a te signatum libellum, quem Anteros attulerat; ex quo nihil scire potui de nostris domesticis rebus, de quibus acerbissime afflictor, quod, qui eas dispensavit, neque adest istic neque, ubi terrarum sit, scio. Omnem autem spem habeo existimationis privatarumque rerum in tua erga me mihi perspectissima benevolentia: quam si his temporibus miseris et extremis praestiteris, haec pericula, quae mihi communia sunt cum ceteris, fortius feram; idque ut facias, te obtestor atque obsecro. Ego in cistophoro 2
in Asia habeo ad HS. bis et vicies. Huius pecuniae permutatione fidem nostram facile tuebere: quam quidem ego nisi expeditam relinquere putassem, credens ei, cui tu scis iam pridem minime credere, commoratus essem paullisper, nec domesticas res impeditas reliquissem: ob eamque causam serius ad te scribo, quod sero intellexi, quid timendum esset. Te etiam atque etiam oro, ut me totum tuendum suscipias; ut, si ii salvi erunt, quibuscum sum, una cum iis possim incolumis esse salutemque meam benevolentiae tuae acceptam referre.

---

1. *sign. lib.*, Dein versiegeltes Billet. — *Anteros*, s. zu ep. CCCLV, 3. — *qui eas disp.*, der sie zeither verwaltete. Nämlich Philotimus, der Freigelassene der Terentia. — *istic*, Romae. — *existim.* i. e. famae viri boni in re pecuniaria fidem servantis; cfr. ep. seq. *ERNESTI.* „Credits." — *privat. rer.*, meines ganzen Hauswesens. — *mihi perspect.*, mir höchst bewährten. — *his temp. mis. et extr.*, mir in dieser äussersten Verlegenheit, in welche mich der Drang unserer unseligen Zeiten versetzt. — *idque ut facias* i. e. ut his temporibus mihi benevolentiam tuam praestes.

2. *in cistophoro*, wie ep. XXXII, 2 u. XLII, 4. S. zu ep. CCII, 9. CCCLXXXVII, 3 und CCCLXXXVIII, 3. — *ad HS bis et vicies*, gegen 2,200,000 Sestertien = 220,000 Flr. — *Huius pec. . . . tuebere*, durch Umsetzung dieses Geldes in Römische Münze wirst Du meinen Credit leicht decken können. — *relinquere.* Md. *relinquerem*, unde Lamb. in m. 1584: *relinquere me. OR.* „wenn ich nicht geglaubt hätte, ich hinterliesse bei meiner Abreise die Ausgleichung dieser meiner Geldangelegenheiten als völlig abgemacht. — *ei, cui*, Philotimo. S. ep. CCLXVIII u. CCLXIX. — *minime credere.* Fortasse: *minime me.* (*iam pridem me cred.* Asc. pr.) *ORELLI.* — *commor. essem* in Italia. — *imped.*, in Verwickelung, Unordnung. — *quid timendum esset* scil. a Philotimi perfidia. — *cum iis*, Md. *his.* — *accept. ref.*, zu verdanken haben.

EPISTOLA CCCLXXXVII. (ad Att. XI. 2.)

Scr. in Epiro Non. Febr. A. U. C. 706. (a. C. 48.)

Rem familiarem Attici curae iterum commendat miseriamque status sui deplorat. 1—4.

CICERO ATTICO S.

Literas tuas accepi pridie Nonas Febr. eoque ipso die ex testamento crevi hereditatem. Ex multis meis miserrimis curis est una levata, si, ut scribis, ista hereditas fidem et famam meam tueri potest, quam quidem te intelligo,
2 etiam sine hereditate, tuis opibus defensurum fuisse. De dote quod scribis, per omnes deos te obtestor, ut totam rem suscipias, et illam miseram mea culpa et negligentia tueare meis opibus, si quae sunt; tuis, quibus tibi molestum non erit, facultatibus: cui quidem deesse omnia, quod scribis, obsecro te, noli pati. In quos enim sumptus abeunt fructus praediorum? Iam illa HS LX., quae scribis, nemo mihi unquam dixit, ex dote esse detracta: nunquam enim essem passus. Sed haec minima est ex iis iniuriis, quas accepi; de quibus ad te dolore et lacrimis scribere prohi-
3 beor. Ex ea pecunia, quae fuit in Asia, partem dimidiam fere exegi. Tutius videbatur fore ibi, ubi est, quam apud publicanos. Quod me hortaris, ut firmo sim animo, vellem posses aliquid afferre, quamobrem id facere possem. Sed si ad ceteras miserias accessit etiam id, quod mihi Chry-

---

1. *prid. Non. Febr.*, am 4. Februar. — *crevi hered.*, ich habe die Erbschaft angetreten. Nempe, quod Manutius vidit, literis istis Atticus nuntiaverat hereditatem Ciceroni obtigisse, quam ipse creturus sit eius nomine prid. Non. Febr. Accidit igitur, ut illas literas Cicero eodem die acciperet, qui erat dies cretionis ab Attico designatus. *SCH.* — *levata*, gehoben. — *fidem et famam m. tueri*, meinen Credit und guten Namen decken.

2. *De dote* scil. Tulliae a Dolabella dissipata. Nam nondum de dote post divortium ei restituenda hîc agi posse vidit Manutius, cui tamen non assentior hoc de Terentiae dote interpretanti. *SCH.* *culpa.* S. ep. 391, 1. — *si quae sunt*, so weit es zureicht. — *facultatibus* e glossemate del. de Ern. susp. Sch. in Ed. mai. — *cui* (Tulliae) . . . *deesse omnia*, dass sie an Allem Mangel leide. — *abeunt*, für was für Ausgaben gehen weg d. i. werden verwendet. — *HS LX.* (= 6,000 Flr.) . . . *detracta.* Quum Tullia Dolabellae collocaretur, insciente Cicerone vel a Philotimo vel ab ipsa Terentia detracta sunt HS LX., quae ad maritum non pervenirent.

3. *exegi*, hab' ich bezogen. Nämlich schon früher. Er berichtiget, Was er im vor. Br. §. 2 geschrieben hatte. — *ibi*, *ubi est*, apud Egnatium. S. folg. Br. oder ep. 391, §. 3. Ueber Egnatius s. zu ep. CCCLXXXI, 4. — *apud public.* Ephesi. S. ep. 32, 9. Diese Summe, die andere Hälfte, hatte Pompeius geliehen. S. ep. 391, 3. 302, 9. — *facere*, möglich machen. — *Chrysippus.* S. zu

sippus dixit parari, — tu nihil significasti — de domo; quis me miserior uno iam fuit? Oro, obsecro, ignosce: non possum plura scribere. Quanto maerore urgear, profecto vides: quod si mihi commune cum ceteris esset, qui videntur in eadem causa esse, minor mea culpa videretur et eo tolerabilior esset. Nunc nihil est, quod consoletur; nisi quid tu efficis, si modo etiam nunc effici potest, ut ne qua singulari afficiar calamitate et iniuria. Tardius ad 4
te remisi tabellarium, quod potestas mittendi non fuit. A tuis et nummorum accepi HS LXX. et vestimentorum quod opus fuit. Quibus tibi videbitur velim des literas meo nomine. Nosti meos familiares. [*Si*] signum requirent aut manum, dices [iis] me propter custodias ea vitasse.

EPISTOLA CCCLXXXVIII. (ad Div. VIII. 17.)

Scr. Romae mense Martio A. U. C. 706. (a. C. 48.)

Caelius se Caesarianarum partium poenitere significat. 1—2.

CAELIUS CICERONI S.

Ergo me potius in Hispania fuisse tum, quam Formiis, quum tu profectus es ad Pompeium? Quod utinam † aut

---

ep. CCXCIII, 8. — *de domo.* Id parari dixerat Chrysippus, ut domo sua Cicero, quam habebat in palatio, privaretur; propterea quod esset cum Pompeio. *MANUT.* — *quod si mihi comm c. cet. esset*, widerführe eine solche Behandlung auch Denen, die doch einerlei Sache mit mir zu haben scheinen, d. i. auch den übrigen Pompeianern. — *culpa*, insoferne er dem Pompeius gefolgt war und sich dadurch diese Behandlung zugezogen hatte. — *ne qua singulari*, dass ich nicht durch eine mich vor allen Anderen auszeichnende Misshandlung gekränkt werde. = qua alii Pompeiani affecti non sunt a Caesarianis. *ERNESTI.*

4. *A tuis*, von Deinen Leuten, qui res tuas in Epiro curant. *SCH.* — *HS LXX* = 7,000 Flor. — *meo nomine*, d. i. so, als ob der Brief von mir selbst komme. — *[Si] sign. req. aut m.*, sollten sie mein Siegel und meine Hand vermissen. *Si signum* Crat. ut volebat Graevius. Placet. Recepi saltem cum [ ] Om. Cett. *si*. *ORELLI.* — *[iis]* Sic Asc. pr. Seqq. ante Ern. *dices vel* Oxon. 1. 2. Ball. Helmst. Rom. (de Md. non satis constat.) Del. *iis* de Graevii sententia Ern. Sch. Lün. *OR.* — *me propt. cust. ea vit.*, ich hätte Das wegen meiner Aufpasser vermieden; falls die Briefe etwa aufgefangen würden. S. ep. CCCLXXXII, 2. CCCLXXVIII, 2.

CAELIUS. S. zu ep. CXCII im Anf. Dieser Brief ist unter den 17 Briefen des Prätors Cälius der letzte, der zugleich dessen brausenden, leichtsinnigen, unruhigen, zwischen übel berechnetem Gefühle seiner Kraft und gerechtem Misstrauen in die Klugheit seiner Massregeln schwankenden Geist und die daraus entspringende Vermessenheit und Unbeständigkeit am stärksten ausspricht. Er hat sein Facit beim Cäsar nicht gefunden und kehrt desshalb zur Sache

Appius Claudius, in ista parte C. Curio, cuius amicitia me paullatim in hanc perditam causam imposuit: nam mihi sentio bonam mentem iracundia et amore ablatam. Tu, tu porro, quum ad te proficiscens Arimino noctu venissem, dum mihi pacis mandata das ad Caesarem et mirificum civem agis, amici officium neglexisti neque mihi consuluisti. Neque haec dico, quod diffidam huic causae: sed, crede mihi,
2 perire satius est, quam hos videre. Quod si timor vestrae crudelitatis non esset, eiecti iam pridem hinc essemus. Nam hic nunc praeter feneratores paucos nec homo nec

---

des Pompeius zurück, zu dessen Gunsten er eine Contrerevolution in Italien zu machen gedenkt. Allein Alles, was er thut, läuft am Ende bloss auf eine allgemeine Schuldentilgung durch Vernichtung aller Schuldbücher hinaus; wesshalb er auf Antrag des zweiten Consuls Servilius vom Senat seiner Prätorwürde entsetzt, aus dem Senate gestossen und aus Rom zu wandern genöthigt wird. Er macht zwar im Verein mit Milo, dem Mörder des Clodius, noch einen schwachen Versuch einige Völkerschaften in Oberitalien gegen Cäsar in Waffen zu setzen; verliert aber noch in diesem Iahre zu Thurium unter den Schwertern einiger dort in Besatzung liegender Spanischer und Gallischer Reuter, die er durch Bestechung zum Abfall von Cäsar hatte verleiten wollen, sein Leben.

1. *Ergo ... fuisse tum, quam Formiis*, „dass ich doch in Spanien damals sein musste anstatt zu Formiae!" Ueber diesen Infin. exclamat. s. Ramsh. §. 168, 6. Grotef. §. 311, Anm. — *quum tu*, Lamb. *tum, quum tu.* — *Quod utinam † aut.* Sic corrupte Md. Crat. Bened. Item Vict. 1. Ern. Sch. Lün. sed *ut* pro *aut. OR.* Sensus: Utinam ita in partibus Pompeianis fuisset Curio, ut in iis fuit Appius; non me hic abalienasset nec ille ad Caesarem traxisset. *ERNESTI.* Eigentlich hatte er von Cäsars Schätzen profitiren und eine Rolle spielen wollen; brannte ietzt aber vor Rachsucht, weil Cäsar ihn gehörig würdigend vernachlässigt hatte. — *in hanc perd. c. imposuit,* in diese verruchte Partei hineingezogen hat. — *irac. et am.* Iracundia in Appium Pompeianum, amore in Curionem Caesarianum, ut Pompeianas partes relinquerem et in Caesarianas irem. *ERNESTI.* Ueber das Verhältniss des Cälius zum Appius vgl. ep. 279, 3. 280, 4. — *Tu, tu porro,* aber auch Du, Du. Sic Md. Vict. 2. Bened. *Tum tu p.* Crat. Vict. 1. Lamb. Graev. Ern. Sch. Lün. Fuitne: *Tute porro? ORELLI.* — *Arimino.* Sic Bened. *Arimini noctu* Md. Vict. 2. *Ariminum noctu* Crat. *noctu Ariminum* Vict. 1. Lamb. Graev. Ern. Sch. Lün. *OR.* Es ist hierüber Nichts näheres bekannt. Uebrigens konnte er von Ariminum nach dem Cicero reisen; dieser aber war dort nicht. G. Fr. Grotefend vermuthet sehr treffend *Arpinum.* Vgl. ep. 335. 359. 360. — *mirif. civem agis,* und den Patrioten zur Bewunderung eifrig machst. — *consuluisti.* Cicero kannte seinen Mann zu gut, um sich so tief mit ihm einzulassen. — *huic causae,* nempe Caesaris. — *hos videre,* den Uebermuth dieser Menschen länger anzusehen. Aus Cic. Sprache!

2. *vestrae crudel.* h. e. Pompeii et Pompeianorum, a qua etiam ii, qui Pompeii partibus in urbe favebant, sibi timere poterant. (Man fürchtete einen zweiten Marius in ihm, wenn er siegen würde.) Sed Benedictus e codd. Dresd. III. IV. Torgav. recepit *nostrae crudelitatis,* ut de Caesarianis loquatur Caelius. *SCH.* — *hinc,*

ordo quisquam est nisi Pompeianus. Equidem iam effeci, ut maxime plebs et, qui antea noster fuit, populus vester esset. Cur hoc? inquis. Immo reliqua exspectate; vos invitos vincere coëgero. * Geram alterum me Catonem. Vos dormitis; nec haec adhuc mihi videmini intelligere, qua nos pateamus et qua simus imbecilli. Atque hoc nullius praemii spe faciam: sed, quod apud me plurimum solet valere, doloris atque indignitatis causa. Quid istic facitis? proelium exspectatis, quod firmissimum habet? Vestras copias non novi: nostri valde depugnare et facile algere et esurire consuerunt. Vale.

---

urbe Romana. — *Pompeianus*, pompeiisch gesinnt. *praeter feneratores*, qui addicti Caesari erant, quod ipsis caverat de pecuniis creditis, per aestimationes bonorum solvendis. Caelius autem praetor promiserat se debitoribus fore auxilio, ut patet e Caes. B. Civ. III, 20. *ERNESTI.* — *plebs* h. l. vilissima pars populi. — *vester esset.* Nimirum plebem sibi conciliare studuerat Caelius, appellatione debitoribus concessa legibusque de mercede habitationum conductoribus donanda promulgatis. Cfr. Caes. de B. Civ. III, 20. 21. *SCHÜTZ.* — *exspectate.* Sic scripsi, ut h. l. semper plures alloquitur. *reliquas exspectant* Md. Vict. 1. *reliquias exspectant* Asc. 1. Crat. Bened. *reliqua exspecta* Vict. 2. Lamb. Graev. Ern. Sch. Lün. *OR.* „Wartet doch lieber erst ab, Was da kommen wird." — *vos* Pompeianos. — * *Geram alterum me Catonem*, ihr sollt einen zweiten Cato d. i. einen Patrioten, wie Der ist, in mir sehen. Sic scripsi, dum meliora reperiantur. *Geram* autem desumpsi e praecedd. syllabis *gero: alterum me Catonem* divinavit I. Fr. Gronov. *coëgero arruntanum me Catonem* Md. Cdd. Regii. Asc. 1. Beng. *coëgero. Alunt annum me Catonem* Bened. *coëg. Mirabimini in me Catonem* Oudendorp ad *Sueton. Caes.* 1. pag. 4. *coëg. Irritavi in me Catonem*; nullà aut pravà sententià. Vict. Lamb. Graev. Ern. Sch. Lün. *ORELLI.* — *Vos*, Pompeiani et optimates. — *qua . . . qua*, „auf welchem Wege d. i. wo wir Blössen geben und wo sich unsere schwache Seite finde." Sic Md. Neap. Asc. 1. Vict. 2. Lamb. Bened. *quam ... quam* Crat. Vict. 1. Graev. Ern. Sch. Lün. *OR.* S. Ramsh. §. 159, 3, f. Innuere videtur Caelius, a Pompeio facile nunc Italiam occupari posse. — *faciam*, ut vos vincere cogam. *SCH.* — *doloris.* Nempe Caelius Caesari succensebat, quod non sibi potius quam Trebonio urbanam iurisdictionem demandasset. *SCH.* Cäsar hatte ihn zum Prätor Peregrinus gemacht. — *indignitatis*, Unwillens über die unwürdige Behandlung meiner Person. Vgl. ad Attic. X, 8 post med. Liv. 1, 40. V, 45. VII, 7. Iustin. III, 5. Lamb. *indignationis*, Entrüstung. — *proelium exsp.*, ihr wartet auf eine Hauptschlacht. — *quod firmissimum habet* scil. Caesar. Caelius enim Ciceroni significat, Pompeium multo melius sibi consulturum, si Italiam Caesare absente invaderet, quam si in Thessalia proelium cum Caesare exspectaret, cuius milites sint pugnis et bellicis laboribus probe assueti. *SCH.* „Sic scripsi. *firmissimum est?*" *Vestras* Crat. Vict. 1. 2. Lamb. Graev. Ern. Sch. Lün. Hoc stare non posse videns I. Fr. Gronov. susp.: *quo firmissimus est* prob. Lall. *OR.* — *depugnare*, das Schlachtfeld zu behaupten.

EPISTOLA CCCLXXXIX. (ad Div. IX. 9.)

Scr. Romae mense Maio A. U. C. 706. (a. C. 48.)

Hortatur Dolabella Ciceronem, ut inclinata Pompeii fortuna ab eo discedat seque vel Athenas vel in aliam quietam civitatem conferat. 1—3.

DOLABELLA S. D. CICERONI.

S. V. G. V. et Tullia nostra recte V. Terentia minus belle habuit: sed certum scio iam convaluisse eam. Praeterea rectissime sunt apud te omnia. Etsi nullo tempore

---

DOLABELLA. Ueber diesen Schwiegersohn Cicero's, einen Verschwender und reizbaren, zur Grausamkeit geneigten Lüstling, der gleichwohl sehr human zu sein verstand, s. ad Divers. III, 10. VIII, 6. 7. 13. III, 12. II, 15. 16. 10. 11. 12. XVI, 12. IX, 9. Er begleitete den Cäsar nach Griechenland. Im I. 707 gab er als Volkstribun eine lex de tabulis novis, worüber in Rom ein Tumult entstand, den Cäsars Magister equitum, Antonius, mit Gewalt unterdrücken musste. Achthundert de plebe wurden dabei erschlagen. S. Liv. Ep. 113. Dio XLII. Cic. ad Attic. XI, 12. 14. Cäsar nahm hierauf den unruhigen Dolabella mit in den Africanischen, ad Divers. IX, 7, und in den zweiten Spanischen Krieg, Philipp. II, 30. ad Attic. XIII, 50. Kurz vorher liess sich dieser von der Tullia scheiden. ad Div. IX, 11. ad Attic. XIII, 9. ad Div. VI, 18. ad Attic. X, 10. Er wurde später an die Stelle des ermordeten Cäsars zum Consul und Collegen des Antonius erwählt, wo er eine Rede an das Volk wegen des Unfugs hielt, dass es dem Cäsar, dem es eine Ehrensäule von Numidischem Marmor mit der Inschrift: Parenti patriae, auf dem Foro errichtet hatte, daselbst Opfer brachte und sonst göttliche Ehre erwies. S. Sueton. Caes. c. 85. Er liess die Säule umwerfen, den Ort ebnen und Die, welche es hindern wollten, de rupe Tarpeia stürzen S. Cic. ad Divers. IX, 14. XII, 1. ad Attic. XIV, 15. Philipp. I, 2. Als dem Trebonius Asien zur Provinz zuerkannt war, eilte Dolabella nach niedergelegtem Consulate nach Syrien, sed cursim in Asiam irrupit. Hier machte er den Trebonius durch Heuchelei sicher, bis er ihn zu Smyrna in seine Gewalt bekam, wo er ihn grässlich ermorden liess. S. Phil. XI, 1. 2. und zu ep. 430 im Anf. Als man davon unter den Consuln Hirtius und Pansa im März Nachricht zu Rom erhielt, ward Dolabella vom Senate für einen Feind des Vaterlandes erklärt und auf Cicero's Betreiben dem C. Cassius das Commando wider ihn aufgetragen (S. Liv. 119. Philipp. XI. ad Div. XII, 7. ad Brut. 5.) Indess war Dolabella nach Syrien gegangen, wo man ihn aber zu Antiochia nicht einliess. Er wandte sich von da nach Laodicea, wo ihn Cassius mit den Legionen, die ihm von allen Seiten zufielen, einschloss und zu einer solchen Verzweifelung brachte, dass er sich selbst das Leben nahm. S. Liv. 121. Cic. ad Divers. XII, 11. 12. Diesen Brief hat er nicht von Rom aus, sondern aus dem Lager des Cäsars geschrieben. Diess ergibt sich aus *scio;* denn seine Gemahlinn war nach ep. 385 bei ihrer Mutter; dann aus *his locis* und *advolem* §. 3.

1. *Tullia.* Lamb. *Si vales, gaudeo: ego valeo et T.* Sch. Lün. *Si vales, gaudeo. Et ipse valeo et T.* Crat. *Si V. B. est: ipse valeo. Tullia. OR.* — *apud te,* in Deinem Hause. — *part. causa,*

in suspicionem tibi debui venire partium causa potius, quam tua, tibi suadere, ut te aut cum Caesare nobiscumque coniungeres aut certe in otium referres; praecipue nunc, iam inclinata victoria, ne possum quidem in ullam aliam incidere opinionem, nisi in eam, in qua scilicet tibi suadere videar, quod pie tacere non possum. Tu autem, mi Cicero, sic haec accipies, ut, sive probabuntur tibi sive non probabuntur, ab optimo certe animo ac deditissimo tibi et cogitata et scripta esse iudices. Animadvertis Cn. Pom- 2
peium nec nominis sui nec rerum gestarum gloria neque etiam regum ac nationum clientelis, quas ostentare crebro solebat, esse tutum; et hoc etiam, quod infimo cuique contigit, illi non posse contingere, ut honeste effugere possit, pulso Italia, amissis Hispaniis, capto exercitu veterano, circumvallato nunc denique: quod nescio an nulli unquam nostro acciderit imperatori. Quamobrem, quid aut ille sperare possit aut tu, animum adverte pro tua prudentia: sic enim facillime quod tibi utilissimum erit consilii capies. Illud autem te peto, ut, si iam ille evitaverit hoc periculum et se abdiderit in classem, tu tuis rebus consulas et aliquando tibi potius, quam cuivis, sis amicus. Sa-

---

mehr aus Eifer für meine Partei, als Deines Besten wegen. — *iam incl. victoria*, Crat. *praecipue quum iam inclinata sit victoria. OR.* „da sich der Sieg schon stark auf unsere Seite neigt." Denn Pompeius hatte Spanien mit seinem Heere daselbst verloren, war aus Italien vertrieben und bei Dyrrhachium eingeschlossen. — *in ull. al. inc. opin.*, in irgend eine andere Meinung bei Dir verfallen d. i. kannst Du schwerlich Etwas anderes von mir glauben, als dass ich u. s. w. *scilicet tibi*, Md. *scilicet te tibi.* Neap. Lamb. *scil. tua de re tibi.* Fortasse: *scilicet id tibi. OR.* — *pie* = ohne Verletzung meiner Kindespflicht.

2. *Animadvertis*, es kann Dir nicht verborgen sein. *Animadvertimus* Margo Crat. — *clientelis.* Pompeius hatte im Mithridatischen Kriege als Herr über verschiedene Asiatische Fürstenthümer disponirt. S. Appian. 105. 111. oben ep. 219, 2—4. 221. 225. 252. 3. 264, 1. — *ostentare*, womit grossthun. — *pulso . . . circumvallato* gehört zu *illi.* Er war, wie gesagt, bei Dyrrhachium eingeschlossen; aber die Verrätherei der beiden Allobroger nöthigte den Cäsar, sich für den Augenblick mit grossem Verluste zurück zu ziehen. — *nescio an nulli.* Sic Md. Vict. 2. Ern. Bened. Lün. *an ulli* Crat. Vict. 1. Lamb. Graev. Sch. cfr. *Ep.* 14. §. 6. *haud scio an nemini.* Ruddimann. 2. p. 236. Ramshorn p. 500. Gernhard in Seebode *N. Archiv.* 1. *p.* 29. Beier *Officc. T.* 1. *p.* 338. Hand *Tursell.* 1. p. 322. *ORELLI.* — *animum adverte*, bedenke, beherzige. — *quod . . . consilii*, Entschluss. S. Ramsh. §. 104. Grotef. §. 231. — *a te peto* Crat. Lamb. *peto, etsi iam* Müller in Seebode *Archiv.* 2, 3, *p.* 569. *OR.* — *ille*, Pompeius. — *et se abdid. in cl.*, „und sich in seine Flotte werfen sollte"; wie er nachher wirklich zur See davon fliehen musste, als die Schlacht bei Pharsalus verloren war. — *tuis rebus consul.*, Du für Dein Bestes

tisfactum est iam a te vel officio vel familiaritati; satisfactum etiam partibus et ei rei publicae, quam tu proba-
3 bas. Reliquum est, ubi nunc est res publica, ibi simus potius, quam, dum illam veterem sequamur, simus in nulla. Quare velim, mi iucundissime Cicero, si forte Pompeius pulsus his quoque locis rursus alias regiones petere cogatur, ut tu te vel Athenas vel in quamvis quietam recipias civitatem. Quod si eris facturus, velim mihi scribas, ut ego, si ullo modo potero, ad te advolem. Quaecunque de tua dignitate ab imperatore erunt impetranda, qua est humanitate Caesar, facillimum erit ab eo tibi ipsi impetrare: et meas tamen preces apud eum non minimum auctoritatis habituras puto. Erit tuae quoque fidei et humanitatis curare, ut is tabellarius, quem ad te misi, reverti possit ad me et a te mihi literas referat.

EPISTOLA CCCXC. (ad Div. XIV. 8.)

Scr. in castris Pompeii IV. Non. Iun. A. U. C. 706. (a. C. 48.)

Hortatur, ut valetudinem curet et, si quid acciderit novi, pergat scribere.

TULLIUS TERENTIAE SUAE.

S. V. B. E. E. V. Valetudinem tuam velim cures diligentissime. Nam mihi et scriptum et nuntiatum est te in febrim subito incidisse. Quod celeriter me fecisti de Caesaris literis certiorem, fecisti mihi gratum. Item posthac, si quid opus erit, si quid acciderit novi, facies, ut sciam. Cura, ut valeas. Vale. D. IV. Nonas Iun.

---

sorgen mögest. — *officio vel familiaritati*, Deiner Pflicht oder Freundschaft gegen Pompeius. — *partibus* int. optimatium. — *ei rei publicae*, und für die Verfassung der Republik.

3. *ubi nunc*. Bened. Sch. Lün. e Dresd. sec. *ut*, *ubi*, sicque volebat Lamb. Placet. *OR*. — *dum . . . sequamur*, indem wir unseren Kopf auf iene alte setzen. *sequimur* Lamb. Placet. *OR*. — *Quaecunque . . . impetranda*, Was Du auch zu Behauptung Deiner Würde beim Oberbefehlshaber nachzusuchen hättest. — *qua est hum.*, nach Cäsars Humanität, vermöge seiner Humanität. S. Ramsh. §. 159, 3, e. Grotef. §. 374, Anm. 2. — *tibi ipsi*, durch Dich selbst. *tibi ipsum* Sch. Lün. coni., quod sensus et oppositio ita postulent. S. Ramsh. §. 158, 2, d. — *reverti* scil. sine periculo.

1. *febrim*. Haec eadem videtur fuisse, quam Dolabella ep. 389 significabat, quum Terentiam minus belle se habuisse scribebat. — *de Caesaris literis* i. e. quae a Caesare sunt missae Romam. — *IV. Nonas Iun.*, am 2. Iunius.

EPISTOLA CCCXCI. (ad Att. XI. 3.)

Scr. in castris Pompeii Id. Iun. A. U. C. 706. (a. C. 48.)

Petit ab Attico, ut Tulliae commodis consulat suaque ipsius incommoda administratione ac diligentia sua levet. 1—3.

CICERO ATTICO S.

Quid hic agatur, scire poteris ex eo, qui literas attulit: quem diutius tenui, quia quotidie aliquid novi exspectabamus: neque nunc mittendi tamen ulla causa fuit praeter eam, de qua tibi rescribi voluisti. Quod ad Kal. Quint. pertinet, quid vellem; utrumque grave est, et tam gravi tempore periculum tantae pecuniae, et dubio rerum exitu ista, quam scribis, abruptio. Quare, ut alia, sic hoc vel maxime tuae fidei benevolentiaeque permitto et illius consilio et voluntati, cui miserae consuluissem melius, si tecum olim coram potius, quam per literas, de salute nostra for-

---

1. *hic*, in castris Pompeii. — *Quod ... vellem*, „Du willst nämlich wissen, Was in Betreff des Geschäfts, das am 1. Iunius muss abgemacht werden, mein Wille sei." Attikus hatte ihm geschrieben: ob auf diesen Tag die noch rückständige Zahlung der Mitgift (altera pensio dotis) an Dolabella erfolgen, oder ob dieser einen Scheidebrief erhalten sollte. S. ep. 387, 2. Tullia hatte sich durch die glänzende Aussenseite und Galanterie dieses aimable roué und durch das Zureden ihrer Mutter verleiten lassen, den herzlosen und ausschweifenden Verschwender Dolabella in Abwesenheit ihres Vaters zu heirathen, der, ungeachtet er einen viel würdigeren Freier für sie gefunden hatte (s. ep. CCXXXV, 1.), zu der so rasch betriebenen und bereits gefeierten Eheverlöbniss seine Einwilligung aus der Ferne wol geben musste, was er sich iedoch als eine culpa nachher anrechnete (s. ep. 387, 2). Denn in weniger als anderthalb Iahren hatte die grosse Ungleichheit der Sinnesart und Lebensweise zwischen diesem Ehepaar eine solche Spannung hervorgebracht, dass Tullia sich nach einer Scheidung von ihrem Gemahl sehnte, womit auch Terentia herzlich zufrieden war. Cicero legte daher die Entscheidung oberwähnter Alternative theils aus Unmuth theils aus Politik in die Hände seines Freundes. Grotefend theilt sehr richtig so ab: *rescribi voluisti, quod ... vellem. Utrumque* cet. — *utrumque grave est*, Beides ist bedenklich und schwierig. Nämlich in einer Zeit, wie die damalige, an einen so verschuldeten Verschwender, wie Dolabella, den Rest der Mitgift auszuzahlen und eine so grosse Summe zu riskiren (periculum), da es doch am Ende zur Scheidung kommen musste, war eben so unklug, als es gefährlich schien, einen solchen Liebling Cäsars durch Scheidung sich zum Feinde zu machen. Wirklich blieb Cicero, ungeachtet der eingetretenen Trennung seiner Tochter (s. ep. ad Divers. VI, 18. IX, 11. ad Attic. XIII, 9.), bis zum Iahre 711 in einer Art politischer Freundschaft mit Dolabella, der sich überhaupt äusserst fein und gut gegen ihn benahm. — *dubio rer. exitu*, da der Ausgang des Krieges noch ungewiss ist. — *abruptio*, divortium Tulliae, Trennung. — *illius consilio et voluntati*, dem Willen und Gutbefinden meiner unglücklichen Tochter. — *quam per literas* e Cilicia.

2 tunisque deliberavissem. Quod negas praecipuum mihi ullum incommodum impendere; etsi ista res [*non*] nihil habet consolationis, tamen etiam praecipua multa sunt, quae tu profecto vides, ut sunt, et gravissima esse et me facillime vitare potuisse: ea tamen erunt minora, si, ut adhuc factum
3 est, administratione diligentiaque tua levabuntur. Pecunia apud Egnatium est. Sit a me, ut est. Neque enim hoc, quod agitur, videtur diuturnum esse posse; ut scire iam possim, quid maxime opus sit: etsi egeo rebus omnibus; quod is quoque in angustiis est, quicum sumus; cui magnam dedimus pecuniam mutuam, opinantes nobis, constitutis rebus, eam rem etiam honori fore. Tu, ut antea fecisti, velim, si qui erunt, ad quos aliquid scribendum a me existimes, ipse conficias. Tuis salutem dic. Cura, ut valeas. In primis id, quod scribis, omnibus rebus cura et provide, ne quid ei desit, de qua scis me miserrimum esse. Idibus Iun. ex castris.

EPISTOLA CCCXCII. (ad Att. XI. 4.)

Scr. in castris Pompeii circa Id. Quintil. A. U. C. 706. (a. C. 48.)

Breviter respondet Attici literis ab Isidoro acceptis. 1—2.

CICERO ATTICO S.

Accepi ab Isidoro literas et postea datas binas. Ex proximis cognovi praedia non venisse. Videbis ergo, ut sustentetur per te. De Frusinati, si modo futuri sumus,

---

— *de salute*, insofern von der Vermählung seiner Tochter seine häusliche Wohlfahrt zum guten Theile mit abhing.

2. *incommodum* a Caesare — [*non*] *nihil.* Sic de Corrad. et Malasp. sententia Lamb. *res nihil* Cett. cum Cdd. *ORELLI.* — *factum est* a te.

3. *Pecunia ap. Egn. est.* S. ep. 386, 2. 387, 3. 302, 9. — *Sit a me*, *ut est*, mag es meinetwegen noch länger bei ihm angelegt bleiben." Attikus hat also auf eine andere Art Rath zu schaffen gewusst. — *hoc*, *quod agitur*, die gegenwärtige politische Lage, der Krieg. — *quid maxime opus sit*, wozu ich diesen Nothpfennig am Nöthigsten gebrauchen werde. — *quicum sumus* i. e. Pompeius, dem er die andere Hälfte des Geldes geliehen hatte, was von ihm bei den Publikanern zu Ephesus war anfangs angelegt worden. — *constitutis reb.*, wenn unsere Sache gut ablaufen sollte. — *ipse conficias.* Dieselbe Bitte, wie ep. 387, 4. — *quod scribis* = promittis. — *omnib. reb.*, auf alle mögliche Art. — *ei*, Tulliae. — *Idib. Iun.*, am 13. Iunius.

1. *ab Isidoro*, Attici liberto. — *praedia*, quae venditurus eram. — *ut sustentetur* Tullia. — *de Frusinati* praedio, quod vendiderat cum conditione redemtionis, redimendo, ut diserte est ep. 408. *ERNESTI.* *Frusino*, wo Cicero diess Landgut besass,

erit mihi res opportuna. Meas literas quod requiris, impedior inopia rerum, quas nullas habeo literis dignas; quippe cui nec, quae accidunt, nec quae aguntur, ullo modo probentur. Utinam coram tecum olim potius quam per epistolas! Hic tua, ut possum, tueor apud hos. Cetera Celer. Ipse fugi adhuc omne munus, eo magis, quod ita nihil poterat agi, ut mihi et meis rebus aptum esset. Quid sit 2
gestum novi, quaeris: ex Isidoro scire poteris; reliqua non videntur esse difficiliora. Tu id velim, quod scis me maxime velle, cures, ut scribis, ut facis. Me conficit sollicitudo, ex qua etiam summa infirmitas corporis: qua levata,

---

ietzt Frussilone, war eine kleine Kolonialstadt im neuen Latium diesseits des Flusses Cosa, im Lande der alten Volsker, mitten zwischen Cicero's Landsitze zu Tusculum und Formiae und in geringer Entfernung von dessen Arpinatischem Stammgute. Sinn: „Zum Wiederkauf des Gutes bei Frusino werd' ich gerne schreiten." — *si modo futuri sumus* scil. salvi et incolumes. *ERNESTI.* „Wenn das to be or not to be erst entschieden ist." — *requiris*, vermissest d. i. dass ich so selten schreibe, kommt daher: *impedior* u. s. w. — *per epistolas* tecum deliberavissem, wie im vorig. Br. §. 1 am Ende. — *hic*, in Epiro, ubi Cicero erat apud Pompeium. — *tua*, Deine Besitzungen. — *apud hos*, Pompeianos, in quorum potestate erat Epirus atque adeo praedia Attici. *ERNESTI.* Man bemerke die behutsame und kalte Bezeichnung der Pompeianer! — *Cetera Celer* narrabit, quum ad te venerit. *ERN.* Q. Pilius *Celer*, ein Bruder der Pilia, der Gemahlinn des Attikus, oder ein Geschwisterkind mit ihr. *WIEL.* Vielmehr der libertus Attici. S. ep. 361, 4. *Cetera celo* Cld. Manutii. Placet, quod has literas non Celeri sed Isidoro perferendas dederat. *SCH.* So nachher *ex Isidoro scire poteris.* — *aptum esset.* Wegen seiner ökonomischen Lage und aus politischer Rücksicht konnte und musste er noch nicht zu sichtbar gegen Cäsar hervortreten. Die Uebernahme eines militairischen Amts war ihm zu kostspielig und gab ihn der Rache des Cäsars preis.

2. *Quid sit gestum.* Was folgt, ist, wie Manutius schon angemerkt hat, einige Tage später noch zu diesem Briefe zugeschrieben. So war unterdess das von Cäsar de B. Civ. III, 66—72 ausführlich erzählte Gefecht bei Dyrrhachium vorgefallen, worin Pompeius die Oberhand behalten hatte. Leider aber benutzte dieser den Sieg nicht, der vielmehr die Pompeianer zum sorglosesten Uebermuthe verleitete und somit den unglücklichen Ausgang der Schlacht bei Pharsalus vorbereitete. Diess ahnend drückt sich Cicero, iedoch mit zurückhaltender Behutsamkeit, so lakonisch über iene neuesten Vorfälle aus: „Was noch zu thun ist, wird dem Anscheine *nach* keine grössere Schwierigkeiten haben." Er will also den sanguinischen Hoffnungen der Pompeianer nicht geradezu widersprechen; schreibt aber *videntur.* — *ut scribis.* S. d. vorig. Br. am Ende. — *ut facis.* Forte: *et facis*; cfr. tamen Taciti *dial. de Orat.* 23: *ut potestis, ut facitis. ORELLI.* — *infirmitas corporis*, worüber er schon ep. CCCLXXXV, 1 klagt. Diese Unpässlichkeit hatte ihn auch von der Schlacht bei Dyrrhachium zurückgehalten und behinderte ihn nachher, dem entscheidenden Treffen in den Pharsalischen Feldern beizuwohnen. — *qua levata*, wenn

ero una cum eo, qui negotium gerit estque in spe magna. Brutus amicus in causa versatur acriter. Hactenus fuit, quod caute a me scribi posset. Vale. De pensione altera, oro te, omni cura considera, quid faciendum sit, ut scripsi iis literis, quas Pollex tulit.

EPISTOLA CCCXCIII. (ad Div. XIV. 21.)

Scr. fortasse mense Quintil. A. U. C. 706. ex castris. (a. C. 48.)

Petit, ut res diligenter administret et saepe literas mittat.

TULLIUS TERENTIAE SUAE S. D.

S. V. B. E. V. Da operam, ut convalescas. Quod opus erit, ut res tempusque postulat, provideas atque administres: et ad me de omnibus rebus quam saepissime literas mittas. Vale.

EPISTOLA CCCXCIV. (ad Div. XIV. 6.)

Scr. in castris Pompeii Id. Quintil. A. U. C. 706. (a. C. 48.)

Excusat infrequentiam literarum; Terentiae officia erga Tulliam laudat; Pollicem servum exspectat.

SUIS S. D.

Nec saepe est, cui literas demus: nec rem habemus ullam, quam scribere velimus. Ex tuis literis, quas proxime accepi, cognovi praedium nullum venire potuisse. Quare videatis velim, quomodo satisfiat ei, cui scitis me

---

sie gehoben ist. — *negotium gerit*, der an der Spitze der Optimaten steht, Pompeius. — *in spe magna*, quippe qui ex Dyrrhachina pugna confidere militibus suis coepisset. *MANUT.* — Dec. Iunius *Brutus*. S. zu ep. DCCLXII im Anf. — *in causa versatur acriter*, nimmt sich der Sache mit ungemeinem Feuer an; strenue militat in partibus Pompeii. *SCH.* Forte: *amicus est; in causa.* Propter script. *amicust* omissum *est.* Alias semper in talibus est *amicus noster*, non simplic. *amicus. ORELLI.* — *Hactenus . . . posset*, Diess ist Alles, was die Behutsamkeit mir zu schreiben erlaubt. *potest* Oxon. 2. Ball. prob. Graevio. — *Vale.* om. h. l. et ponit in fine, ut solet, Lamb. *OR.* Aber es kommt noch ein Postscript. — *pensione altera* dotis Tulliae Dolabellae solvendae. *SCH.* S. d. Anf. d. vorig. Br. — *Pollex*, servus Ciceronis. Vid. ep. 328, 1. 394.

1. *ut convalescas.* S. ep. CCCLXXXIX im Anf. — *provid. et admin.*, besorge und beschicke.

SUIS S. D. Sic Md. Bas. Vict. 2. Bened. *Tullius Terentiae meae* Vict. 1. 2. (Graev.) *M. T. C. Terentiae et Tulliae S. D.* Lamb. Ern. Sch. *OR.* *M. T. CICERO TERENTIAE SUAE S. P. D.* Lünem.

1. *venire* i. e. vendi. Idem scripserat supra ad Atticum ep. 392. *SCH.* — *videatis*, Crat. Lamb. *videas.* — *quomodo satisfiat ei,*

satisfieri velle. Quod nostra tibi gratias agit, id ego non miror te mereri, ut ea tibi merito tuo gratias agere possit. Pollicem, si adhuc non est profectus, quam primum fac extrudas. Cura, ut valeas. Idibus Quintilibus.

„wie Der könne befriedigt werden." Bezieht sich wol auf die Auszahlung der noch restirenden Mitgift an Dolabella. S. ep. 391, 1. — *scitis*, Crat. Lamb. *scis*. — *nostra*, Tullia. „Dass unsere Tullia Dir so vielen Dank schuldig zu sein bekennt, finde ich eben so natürlich, als dass Du es um sie verdienst." *WIEL.* Ein Wink für Mutter und Tochter, die sich ietzt nicht zum Besten mit einander standen. — *Pollicem*, servum a pedibus. S. ep. 392 am Ende. — *fac extrudas*, iag' ihn unverzüglich zu mir fort. — *Idib. Quint.*, am 15. Iulius.